Catalogued throughout



ALEXANDRI M.

HISTORIARUM SCRIPTORES

AETATE SUPPARES.



VITAS ENARRAVIT, LIBRORUM FRAGMENTA
COLLEGIT, DISPOSUIT,
COMMENTARIIS ET PROLEGOMENIS
ILLUSTRAVIT

Dr. ROBERTUS GEIER.

LIPSIAE
SUMPTIBUS LIBRARIAE GEBAUERIAE.
MDCCCXLIV.



VIRIS CLARISSIMIS

GODOFREDO BERNHARDYO

MAUR. HERM. EDUARDO MEIERO

PRAECEPTORIBUS DILECTISSIMIS

FRID. AUGUSTO ECKSTENIO

CAROL. FERDINANDO RANKIO

AMICIS OMNI PIETATE COLENDIS

D. D. D.

AUCTOR.

Reliquias scriptorum, qui gloriosi laboris vel ipsi socii atque consortes vel temporum illorum certe aequales Alexandri Magni res gestas primum posteris prodiderunt, uno quasi corpore conclusas et comprehensas habere quum operae pretium esse videretur, hoc a nobis susceptum consilium ita est perpetratum, ut illorum et vitas copiosius enarraremus et quae restarent litterarum monumenta primum diligentius collecta et praepositis suis cuique titulis ex temporum ordine accuratius disposita commentariis et prolegomenis illustraremus. In quibus operam studiumque ponentes tum universae litterarum huius aetatis cognitioni tum summi regis memoriae pro viribus nos consulturos, atque his commentationibus nostris quum nullum fere graviorem Alexandri rerum locum intactum iacere pateremur amplum ac pretiosum Santo-Crucii opus multis quidem partibus redempturos sperabamus. Ceterum viros harum rerum peritos neque ignorantes aerumnosas talium laborum difficultates utut severos non iniquos tamen atque inhumanos nos iudices nacturos esse confisi hoc unum deprecamur, ne nimiae aut levitati aut negligentiae tribuant, quod Aristobuli commentariorum fragmenta quinque et Charetis unum non suo loco sed Addendis in calce libri adscripta, alia fortasse hic illic prae-

termissa deprehendent. Meminerint illi quaeso, nobis muneris et scholastici et paedagogici angustiis otioque negotioso circumscriptis horas tantum subsecivas his litteris licuisse consecrare. Denique id lectores rogatos volumus ut antequam ad ipsam accedant libri lectionem graviores aut calami aut operarum errores emendent hosce:

Pag. 18. lin. 11. (a fin.) scr. Sostrati pr. Sostati.
— 35. — 18. — — Callisth. Fragm. XII. pr. Fragm. I.
— 43. — 6. (ab init.) — IV, 3, 10. pr. IV, 10.
— 62. — 13. — — relinquendam pr. reliquendam.
— 73. — 5. ab init. — Char. Mytil. Fragm. VII. pr. Fragm. VI.
Item. p. 202. annot. 3.
Pag. 111. lin. 19. scr. superstite pr. supersite.
— 134. — 2. (ab init.) scr. (726. Cas.) pr. (756. Cas.)
— 155. — 4 — bove fero pr. vero.
— 164. — 9. (a fin.) scr. Strab. l. XI t. IV. pr. l. XV. t. VI.
— 198. ad fin. — viros illa aet. celeberr. pr. historicos etc.
— 263. lin. 3. — collectione pr. collatione.
— 208 — 8. a fin. scr. Fragm. IX. pr. Fragm. VIII.
— 350. — 9. — — αὗται pr. αὔται.
— 351. — 4 ab init. — Medii Larissaei et Cyrsili Pharsalii pr. Med. Phars. et Cyrs. Lariss.

Scribebam Halis Saxonum
Die Sti Ioannis MDCCCXLIV.

ARGUMENTI DESCRIPTIO.

PROLEGOMENA.

CAP. I.

De rerum scribendarum ratione Philippi et Alexandri M. temporibus usitata.

Sicuti tragicam Graecorum artem Sophoclis et Euripidis fabulis, ita Thucydidis et Xenophontis scriptis historicam ad summum laudis et gloriae fastigium constat pervectam esse. „Eorum enim aetate censetur historicae orationis succus quasi et sanguis incorruptus et naturalis pulcritudo: quanquam haec fuit magis propria certorum ingeniorum ac disciplinae, quam communis totius aetatis laus. Nam, ut hoc utar, Philistus et Ctesias, aequales Xenophontis, in eiusdem laudis societatem pervenire non potuerunt."[1]) Nempe Philistus Syracusius[2]) quanquam haud raro cum Thucydide comparatur, quem ita imitandum sibi proposuerat, ut a Cicerone[3]) „paene pusillus Thucydides" appellaretur, ingenii tamen vigore et nativa scribendi virtute historicorum principe longe inferior, quae natura negaverat rhetoricorum artificiorum usu studebat compensare, quandoquidem iste, auctore Suida[4]), *πρῶτος κατὰ ῥητορικὴν τέχνην ἱστορίαν ἔγραψε.* Ctesias autem ab hac Philisti indole quamvis alienissimus, Herodoteae scilicet dictionis suavitatem haud inepte imitatus, nimium tamen fabularum lenociniis in rerum

1) Verba sunt Wyttenbachii in Select. Princ. Hist. Praef. p. XI.

2) De eo commentatus est Goeller. de Sit. et Orig. Syrac. p. 100.

3) Ad Quint. Fratr. II, 13.

4) s. v. Φίλιστος.

narratione videtur tribuisse.[1]) — Quare uterque hic scriptor quum primum vel rhetorico vel poëtico isto scribendi genere, quod vehementer tunc Graecorum animis arridebat[2]), ita uterentur, ut non tam rerum narratarum fidei ac veritati consulerent, quam suae gloriae inservirent lectorumque aures quasi titillarent, quanquam ab optimorum historicorum virtutibus nondum prorsus remoti, multum tamen valuerunt ad depravationem historicae artis accelerandam. „Hinc ad Polybium ducenti ferme numerantur anni: quo spatio mirum est quam multi et egregii fuerint historici, doctrinae copia et litterarum varietate triumviris illis minime postponendi, orationis sanitate magis deinceps magisque ab illis degenerantes: quippe plerique ex rhetorum palaestris, fucato potius nitore, quam viribus et sano colore prodierunt: et, ut fit, vitiorum plures quam virtutum imitatores habuerunt."[3]) Longe autem celeberrimae rhetorum palaestrae auctor extitit ea aetate Isocrates, cuius e ludo tanquam ex equo Troiano innumeros principes exiisse dicit Cicero.[4]) E quibus duo viri excellentis ingenii Ephorus et Theopompus, ab ipso magistro impulsi, ad historiam se contulerunt, causas nunquam attigerunt.[5]) Etenim Isocrates, ipse carens luce forensi intraque parietes eam alens gloriam quam nemo Ciceronis iudicio est postea consequutus, primus inter Graecos docuit certas leges, e quibus modus et numerus quidam etiam

1) Cf. Demetr. de Eloc. p. 84. ed. Schneid., Dionys. Halic. II. p. 9. lin. 7. Sylb., Plut. V. Artax. c. 6. (*πρὸς τὸ μυθῶδες καὶ δραματικὸν ἐκτρεπόμενος τῆς ἀληθείας*), Phot. Excerptt. Pers. c. 63. Accuratius de Ctesiae oratione et fide explicavit J. C. F. Bachrius Ctes. Cnid. Opp. Reliq. (Francof. 1824) p. 20. sqq. cf. Heyne de fontt. Diod. comment. III. p. 79.

2) Cf. Bernhardy. Gr. Litterat. T. I. p. 340. Ulrici Charakterist. der antik. Historiogr. p. 29. 38.

3) Item verba sunt Wyttenbachii l. c.

4) De Orat. II, 22.

5) Cic. de Orat. II, 43. Cf. Meier Marx. Ephor. Fragm. p. 15.

soluta oratione servari posset, quum ante eum eodem Cicerone teste[1]) „verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla esset: aut si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam." Ab hoc igitur magistro in numerosa verborum comprehensione et splendida sententiarum enuntiatione instituti Ephorus et Theopompus fidei integritatem sinceritatemque in rebus narrandis minus curantes plurimumque studium in externum orationis ornatum et nitorem conferentes iuxta rhetoricae artis ostentationem fabularum ornamenta non spernebant, ut non solum numeroso verborum ambitu, sed etiam narrationum iucunditate ac varietate lectorum animos pellicerent atque tenerent. Quae de Theopompo quidem omnes et veteres et recentiores auctores confirmant[2]), Ephorum autem ab opprobrio fidei parum exactae speciosius quam verius defendere conati sunt Creuzerus et Marxius[3]), qui nimia illum laude ornant propter pragmaticam quam dicunt eius virtutem, qua mythos ubique

---

1) Brut. c. 8.

2) Ita a Strabone (T. I. p. 116. Tzsch.) in eorum historicorum numero habetur, qui, ut ait ille, *μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες, οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων, τερατείας καὶ τέρψεως χάριν.* Huc pertinet, ut hoc uno utar, narratio de Jovis templo in Arcadia, quod qui ingrederentur, eos omnes umbra orbari, qua de re acriter eum perstrinxit Polybius (XVI, c. 12.). Similes fabulas in Theopompi libris haud raras fuisse, optime docent quae leguntur iis Justini libris, quibus Trogus Pompeius Theopompo auctore usus est. Cf. Heeren. de fontt. et auctorit. Trog. Pomp. I. §. 7. et 8. II. §. 6. sqq. Weiske de hyperb. error. in hist. Philipp. P. I. §. 10. Neque Dionysius (Ep. ad Pomp. 6.), alioquin Theopompi admirator, a fabularum et commentorum opprobrio eum defendere ausus est. Ceterum de Theopompo praeter Pflugkium et Wichersium (Fragm. ed. 1829. sq.) cf. Mülleri Prolegg. ad Historic. Fragm. (Paris. 1841) p. LXXVI.

3) Praef. ad Ephor. Fragm. p. VII. et p. 53. Contra diserte testatur Diodorus I, 39, ubi haec leguntur: *ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄν τις παρ' Ἐφόρῳ ζητήσειεν ἐν παντὸς τρόπου τἀκριβές, ὁρῶν αὐτὸν ἐν πολλοῖς ὠλιγωρηκότα τῆς ἀληθείας*, quod iudicium etiam fragmentis confirmatur veluti apud Plin. N. H. VII, 48. Strab. t. V. p. 191. Tzsch. Cf. Heyne l. l p. 108. Odofr. Müller. Prolegom. in Mytholog. p. 76. et Carol. Müller. Prolegom. ad Historic. Fragm. p. LXII sqq.

studuisset explicare et ad historiae veritatem revocare; contra quae recte docuit Ulrici[1]), neque sibi constitisse Ephorum in hac fabularum tractatione et ipsa sua inquirendi ratione ad oblitterandam potius quam ad indagandam historicam veritatem valuisse.

Ceterum quod inde ab his temporibus magis deinceps ars historica a pristina simplicitate, fide, gravitate deflectens pro veritate fabularum commenta, pro viribus et sanitate orationis nitorem declamationum et fucum ex rhetorum palaestris petitum coepit usurpare: hoc neque Ephoro et Theopompo neque uni alterive rerum scriptori, sed universae et rerum publicarum et litterarum morumque in Graecia conditioni aetatisque indoli tribuendum est. Etenim veteres historici in patriae rebus conscribendis quum illud potissimum sequuti essent consilium, ut simplici, eleganti, gravi genere scribendi (ἁπλότητι, πιθανείᾳ, ἀληθείᾳ) non solum delectarent lectorum animos, sed etiam luculentis vel virtutum vel vitiorum exemplis propositis et ad civitatem bene ac sapienter administrandam instituerent et ad morum probitatem omniumque virtutum documenta imitanda impellerent atque conformarent: post bellum Peloponnesiacum brevemque rerum Thebanarum florem una cum praecipite potentissimarum Graeciae civitatium ruina veteres quoque Graecorum virtutes magis magisque ruere et ire praecipites coeperunt, donec ad Ephori et Theopompi tempora perventum est, quibus vix aut omnino non inveniebantur, qui in rerum cognitione civilem et moralem institutionem aut spectarent aut desiderarent.[2]) Accedit, quod reliquis artium litterarumque generibus iam pridem excultis unius et oratoriae et rhetoricae artis studium hac ipsa aetate inter Graecos quam maxime colebatur atque fovebatur; quo factum est, ut post-

1) l. c. p 52. ann. 1.

2) Cf. Isocr. Panathen. II. p. 180.

habita argumenti veritate, gravitate, utilitate, etiam in rerum narratione orationis luminibus, nitori, magnificentiae plurimum tribueretur.

At vero ut varios errores multaque vitia in his scriptoribus iure notaveris, non desunt tamen, quibus iidem de rerum cognitione bene meruerint. Nam quum a rerum Graecarum origine usque ad Macedonici imperii incrementa notitia terrarum ac gentium arctius cum Graecis coniunctarum mirum in modum aucta esset et amplificata, quoniam, ut ait Heerenius[1]), Philippi iam aetate inter Graeciae, Siciliae et Macedoniae, quin et Asiae et nonnullos Africae populos tam arcta intercedebant vincula, ut qui Macedonici regni historiam condere vellet, reliquas civitates silentio praeterire minime posset: Ephorus et Theopompus id quod Herodotum iam, quae erat aetatis et argumenti indoles ac ratio, instituisse videbant, ut deverticula (ἐπεισόδια) quasi intexeret, quibus vel populorum vel virorum illustrissimorum historias a primordiis copiosius exponeret, magna cum arte doctrinaeque ubertate ita persequebantur, ut, ubi ferret occasio, argumento primario excursus immiscerent, quibus de singulis gentibus ac civitatibus, quae quidem tunc innotuissent, morum, institutorum factorumque plenissimam notitiam suppeditarent. Quare Ephorus et Theopompus primi inter veteres τὰς κοινὰς πράξεις scripsisse traduntur[2]), quod quidem historiarum genus quanquam cum eo quod nos sequimur in historia quam universalem appellamus nequit comparari, plurimum tamen ad rerum cognitionem augendam litterarumque historicarum rationem ab arctioribus finibus, quibus adhuc erant circumscriptae, vindicandam contulit.

---

1) De Trogi Pompeii fontt. I, §. 6.

2) De Ephoro hoc testantur Polyb. V. 33. et Diod. IV, 1. XVI, 74.; Theopompi autem Philippicorum ambitum tam late patuisse, ut historiae quodammodo catholicae, quae Graecorum aetate ista desideriis satisfaceret, vices explere potuerit, docet Heeren. l. c. §. 7.

Longe autem uberrimum argumentum his litteris accessit ipsa Alexandri Magni rerum et copia et amplitudine, quarum summa vix duorum lustrorum spatio coarctata nemini profecto non praeter consuetudinem facta et mira vel hodie videbitur. Atqui eae res sub oculis populi patrabantur ipsa natura et ingenii indole ad rerum exaggerationem, fabularum fictionem, miraculorum studium propensi, belligerabatur autem in iis terris, quarum memoria antiquitus iam poëticis fabulis decora Graecorum animis inhaerebat: dein contra barbaros pugnabatur qui tum superbe olim aquam et humum servitutis signa a Graecis poposcerant, tum improbis ac sacrilegis manibus deorum immortalium fana et delubra profanaverant et contaminaverant; princeps vero et auctor harum rerum erat iuvenis, qui celeberrimorum inter Graecos heroum et genus iactans et virtutes aemulatus ceu stella quaedam, ut ait Plutarchus[1]), ab occasu ad orientem transiliens quotquot regiones passibus peragravit, totidem victoriis suis illustrabat, atque altiora fere animo moliebatur factisque peragebat, quam quae plurimorum aequalium mentibus aut opinionibus essent consentanea[2]); denique qui primi eas res memoriae mandarunt,

1) De Fortun. Roman. c. 13., ubi sententia quidem aliter conformata, imago tamen eadem est: *Ἀλεξάνδρου — — ὥσπερ ἄστρου φερομένου καὶ διᾴττοντος ἐπὶ δυσμὰς ἐξ ἀνατολῶν καὶ βάλλοντος ἤδη τὰς τῶν ὅπλων αὐγὰς εἰς τὴν Ἰταλίαν* sqq.

2) Huc transcribere iuvat, quae de Alexandri Magni virtutibus et rebus gestis subtiliter, eleganter, concinne dissernit vir de Arrianea Alexandri Anabasi egregie nuper meritus C. G. Krügerus (Praemonit. ad Arr. p. III sq.): „Omnium autem antiquitatis virorum nullus illustrior est quam Alexander, patris magni filius maior, natione Macedo, eruditione et studiis Atheniensis; adoptatae huius patriae et gloriae et consiliorum heres, praeter laudem nullius rei avarus, sanguinis sui prodigus, nihil non audens, quod religioso quodam perpetuae felicitatis suae rerumque a se gerendarum praesagio ductus nihil non prospere successurum sibi persuaserat; idem adolescentis aetate senex prudentia, etiam in temeraria audacia hostium moribus in rationem versis consilii non expers; comitate et liberalitate atque disciplina et severitate suos devinciens, milites laborum periculorumque societate, duces ingenii excellentia praestringens, omnes suae alacritatis, sui ardoris, suae spei implens, adeo ut Alexandro duce neminem sibi resistere, nihil cursum suum morari posse arbitra-

non solum Alexandri comites sed rerum narratarum plerumque ipsi pars ea aetate scribebant, qua ars historica, id quod supra explicavimus, a viribus et sano colore ad rhetoricarum artium fucum fabularumque captationem verterat et qua Alexandri immature defuncti admiratio etiam eo augebatur, quod „Macedonum spes", ut ait Fronto (Princip. histor. fragm. I.), „torrentis modo magna vi ortae brevi die occiderunt, quorum unius humanae prolis aetate imperium extinctum est."

Haec si probe tenebis et animo reputabis, neque miraberis varios errores, fabulas, commenta in Alexandri rerum narratione iam ab aequalibus pervulgata, et fontibus causisque eorum perspectis quemadmodum vera e falsis sint segreganda atque eruenda facile intelliges. Ceterum vehementer errant, qui aut omnia aut plurima certe, quae auctoribus istis praeter omnem fidem ac veritatem de Alexandro eiusque rebus prodita sint, ab una magni regis adulatione profecta esse opinentur. Primum enim ipsum quidem Alexandrum minime faciles praebuisse aures iis, qui humili adulationis abrepti studio ineptis rerum exaggerationibus fabularumque fictarum nugis

---

rentur; hostium eo facilius victor quo magis mox pro invicto timeri coeptus est. Huiusmodi virtutibus ornatus exigui populi, Macedonum, imperator potius quam rex seditionum igniculis in Graecia Thebarum incendio restinctis exercitu parvo, animis maximis populum latissime regnantem adortus non amnibus, non mari, non moenibus inhibitus ingentes barbarorum copias iterum iterumque prostravit, eversoque Persarum regno Cyri solio potitus Asiam Graeco regi parere coegit, ut disiecta immensi imperii membra novo rerum ordine componerentur. Sed his spoliis non contentus, Columbi studio agitatus alias aliasque terras Graecorum cultui atque commercio aperturus, devictis qui resisterent populis usque ad Hyphasin penetravit et invitus revertens primus Indo navigato Graecorum naves Erythraei maris littora legere iussit, quum ipse per Gedrosiae et Carmaniae deserta superatis difficultatibus quae humanarum virium modum excedere videantur ad capita regna reverteretur, administrationi rerum et novis consiliis operam navaturus, nisi fato visum fuisset perfunctum esse iis quae peragenda sortitus esset." — „Er that das Niegesehene, was Wunder, wenn schon seine Zeitgenossen ihm ins Gesicht das Nieerhörte von seinen eigenen Thaten erzählten." Gervinus loco infra citato (p. 217 sq.).

PROLEGOMENA.

[illegible] autem uberrimum argumentum his litteris ac-
[illegible] ipsa Alexandri Magni rerum et copia et ampli-
[illegible] enim annis vix duorum lustrorum spatio
[illegible] profecto non praeter consuetudinem
[illegible] hodie videbitur. Atqui eae res sub
[illegible] superabatur ipsa natura et ingenii indole ad
[illegible] exaggerationem, fabularum fictionem, miraculorum
[illegible] propensi, belligerabatur autem in iis terris, qua-
[illegible] antiquitus iam poëticis fabulis decora Grae-
[illegible] inhaerebat: dein contra barbaros pugna-
[illegible] qui tum superbe olim aquam et humum servitutis
[illegible] Graecis poposcerant, tum improbis ac sacrilegis
[illegible] deorum immortalium fana et delubra profanave-
[illegible] contaminaverant; princeps vero et auctor harum
[illegible] iuvenis, qui celeberrimorum inter Graecos
[illegible] gloriae iactans et virtutes aemulatus ceu stella
[illegible] ut ait Plutarchus¹), ab occasu ad orientem
[illegible] quotquot regiones passibus peragravit, toti-
[illegible] suis illustrabat, atque altiora fere animo
[illegible] fortiusque peragebat, quam quae plurimorum
[illegible] mentibus aut opinionibus essent consenta-
[illegible] denique qui primi eas res memoriae mandarunt,

---

¹) [illegible] Fortun. Roman. c. 13, ubi sententia quidem aliter confor- [illegible] imago tamen eadem est: Ἀλέξανδρον — — ὥσπερ ἄστρον [illegible] ἐπὶ δυσμὰς ἐξ ἀνατολῶν καὶ βάλλοντος [illegible] εἰς τὴν Ἰταλίαν sqq. [illegible] quae de Alexandri Magni virtutibus et [illegible] disseruit vir de Ar- [illegible] eleganter, concinne [illegible] super meritus C. G. Krügerus [illegible] Alexandri Anabasi egregie [illegible] ad Arr. p. III sq.): „Omnium autem antiquitatis vi- [illegible] illustrior est quam Alexander, patris magni filius [illegible] Macedo, eruditione et studiis Atheniensis; ad- [illegible] patriae et gloriae et consiliorum heres, praeter [illegible] rei avarus, sanguinis sui prodigus, nihil non au- [illegible] religione quadam perpetuae felicitatis suae rerumque [illegible] praesagio ductus nihil non prospere successu- [illegible]; idem adolescentis aetate senex prudentia, [illegible] hostium moribus in rationem versis [illegible] temeraria audacia [illegible] liberalitate atque disciplina et [illegible] expers; comitate et [illegible] milites laborum periculorumque so- [illegible] devinciens, [illegible] ingenii excellentia praestringens, omnes suae ala- [illegible] spei implens, adeo ut Alexandro duce [illegible] ardoris, [illegible] nihil cursum suum morari posse arbitra- [illegible] sibi resistere, [illegible]

non solum Alexandri comites sed rerum narratarum plerumque ipsi pars ea aetate scribebant, qua ars historica, id quod supra explicavimus, a viribus et sano colore ad rhetoricarum artium fucum fabularumque captationem verterat et qua Alexandri immature defuncti admiratio etiam eo augebatur, quod „Macedonum spes", ut ait Fronto (Princip. histor. fragm. I.), „torrentis modo magna vi ortae brevi die occiderunt, quorum unius humanae prolis aetate imperium extinctum est."

Haec si probe tenebis et animo reputabis, neque miraberis varios errores, fabulas, commenta in Alexandri rerum narratione iam ab aequalibus pervulgata, et fontibus causisque eorum perspectis quemadmodum vera e falsis sint segreganda atque eruenda facile intelliges. Ceterum vehementer errant, qui aut omnia aut plurima certe, quae auctoribus istis praeter omnem fidem ac veritatem de Alexandro eiusque rebus prodita sint, ab una magni regis adulatione profecta esse opinentur. Primum enim ipsum quidem Alexandrum minime faciles praebuisse aures iis, qui humili adulationis abrepti studio ineptis rerum exaggerationibus fabularumque fictarum nugis

rentur; hostium eo facilius victor quo magis mox pro invicto timeri coeptus est. Huiusmodi virtutibus ornatus exigui populi, Macedonum, imperator potius quam rex seditionum igniculis in Graecia Thebarum incendio restinctis exercitu parvo, animis maximis populum latissime regnantem adortus non amnibus, non mari, non moenibus inhibitus ingentes barbarorum copias iterum iterumque prostravit, eversoque Persarum regno Cyri solio potitus Asiam Graeco regi parere coegit, ut disiecta immensi imperii membra novo rerum ordine componerentur. Sed his spoliis non contentus, Columbi studio agitatus alias aliasque terras Graecorum cultui atque commercio aperturus, devictis qui resisterent populis usque ad Hyphasin penetravit et invitus revertens primus Indo navigato Graecorum naves Erythraei maris littora legere iussit, quum ipse per Gedrosiae et Carmaniae deserta superatis difficultatibus quae humanarum virium modum excedere videantur ad capita regna reverteretur, administrationi rerum et novis consiliis operam navaturus, nisi fato visum fuisset perfunctum esse iis quae peragenda sortitus esset." — „Er that das Niegeschene, was Wunder, wenn schon seine Zeitgenossen an ins Gesicht das Nieerhörte von seinen eigenen Thaten erzählten." Gervinus loco infra citato (p. 217 sq.).

eius gratiam vellent aucupari, ut alia taceam[1]), una de Aristobulo Cassandrensi quae fertur narratione (cf. Lib. II. c. I. p. 28 sq.) satis demonstratur; dein vero plurima quanquam superstite etiamtum Alexandro commentariis erant consignata, tamen post eius demum mortem sunt pervulgata, quum commentorum, ut ait Arrianus (Praef. Exp. Alex.), neque necessitas neque praemii spes proposita esset. Quare ut sint nonnulla, quae iure huc referas: multo tamen plura falsa et commenticia vel ex eo ipso, quod supra notavimus, rhetorici ornatus fabularumque studio, vel ex rerum geographicarum et physicarum ignorantia, vel ex Graecanica levitate, credulitate, iactantia, vel denique ex singularibus quibusdam causis in ipsa singulorum auctorum vitae et rerum conditione positis repetenda sunt. In Indicarum denique rerum narrationibus ab his scriptoribus proditis illud quaeso memineris, Indiae, terrae ad hanc usque aetatem et Macedonibus et Graecis vix fama cognitae, novis quibusque regionibus, fluviis, montibus, plantis, arboribus, belluis, incolis haud secus eorum animos admiratione ac stupore esse permotos atque perculsos, quam Hispanorum, qui cum audacissimo nauarcho ad Americae oram primum appullerunt. Atque in universum maritimam Nearchi expeditionem cum celeberrima Columbi navigatione haud inepte licet comparare. Neque temere Van der Chys (Comment. Geogr. in Arr. p. I.): „Et vere, inquit, affirmare mihi videor, praeter circumnavigatam a Lusitanis Africam et detectam paulo post ab Hispanis Americam nullum unquam fuisse tempus, quo cognitio orbis terrarum tantum ceperit incrementum, quantum temporibus Alexandri M."

---

1) Veluti quae Patrocle auctore afferuntur a Strabone l. II. t. I. p. 186 sq. (69 Cas.), quem locum infra C. II. adscripsimus.

CAP. II.

De historicorum Alexandri M. aetati supparium numero, partitione, auctoritate.

Oratorie potius quam vere Cicero[1]): „Quam multos, ait, scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse traditur!" Etenim qui historicorum munus ab initio professi Alexandrum comitati eiusque res scriptis persequuti sunt, duntaxat tres fuerunt philosophi rhetoricarum artium studiosissimi: Anaximenes, Callisthenes, Clitarchus, ex quibus Clitarchum num secum habuerit in ipsis expeditionibus, ne certo quidem licet affirmare.[2]) Reliqui tantum non omnes et rerum narratarum ipsi socii atque consortes fuerunt, quippe qui vel copiis ducendis vel aliis ministeriis apud regem detinerentur, et a rerum scribendarum consilio primum quidem alienissimi ipsa rerum quibus intererant mira novitate adducti memoriae summi regis pro viribus et ipsi consulere aggressi sunt. In horum numero censentur: Ptolemaeus, Aristobulus, Onesicritus, Nearchus, Chares, Ephippus, Marsyas, Androsthenes et Medius, quibus accedunt Eumenes et Diodotus, diurnorum regiorum auctores; denique Baeton et Diognetus, Alexandri Magni itinerum mensores.

Praeter hos ab aliis quidem alios inter historicos huic aetati suppares, ut qui Alexandri Magni res litteris essent persequuti, relatos esse non ignoramus; argumentis tamen id esse comprobatum idoneis negamus ac pernegamus. Et primum quidem hoc loco memorandi certe sunt historici huius aetatis celeberrimi Ephorus et Theo-

1) Or. pro Arch. c. 10. Cf. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 33: „Ils (les premiers témoins) ont été sans doute nombreux, Alexandre ayant eu à sa suite beaucoup d'écrivains, chargés de composer son histoire."

2) Cf. lib. V, c. I.

pompus aliquatenus etiam ad Alexandrum pertinentes. Namque illum una cum Xenocrate[1]) (Chalcedonio) et Menedemo (Eretriensi?) philosophis arcessitum quidem ab Alexandro, invitationem vero utcunque honorificam una cum illis propter senectutem, opinor, esse deprecatum, Plutarchus auctor est.[2]) De Theopompi autem tali invitatione etiamsi nihil apud veteres proditum est, illud certe constat, Alexandri gratia eum ita gavisum esse ut etiam epistolarum commercium inter utrumque intercederet[3]) atque Alexandri laudationem[4]) et *συμβουλὰς* vel *συμβουλευτικὸν πρὸς Ἀλέξανδρον*[5]) ille scriberet. Neque vero propterea quisquam Theopompum, ne dicam Ephorum, in Alexandri rerum scriptoribus ponendum esse existimabit.

Non defuerunt autem, qui Suida auctore Hieronymum Cardianum[6]), Eumenis illius popularem et amicum, singularem de Alexandri M. rebus gestis librum conscripsisse putarent. Etenim apud Lexicographum (s. v. *Ἱερώνυμος Καρδιανός*) vulgo olim haec legebantur: *ὃς τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχ-*

1) De eo cf. Lib. VII. c. I. p. 276.

2) De Stoic. Repugn. c. 20: *Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν, ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης· Ἔφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι, παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον.* Cf. Lib. VI. c. I. p. 198, ubi minus accurate scripsimus: „historicos illa aet. celeb." pro „viros — — celeb."

3) Cf. quae infra de Alexandri commercio epistolico annotantur et Ruhnk. Hist. crit oratt. Gr. p. 162.

4) Cf. Theon. Progymn. p. 19 et 103 et Suidas v. *Ἔφορος*, qui etiam Vituperium Alexandri a Theopompo scriptum esse dicit. Müller. Prolegom. ad Historic. Fragm. p. LXXIII.

5) Cf. Athen. VI, 230. Fragm. 276. W. et Cic. ad Attic. XII, 40.

6) De eius Vita et Scriptis commentati sunt praeter Vossium de Hist. Gr. Lib. I., c. 11. p. 100 sqq. Westerm., Fabricium Bibl. Gr. T. II. p. 219., Sevinum Rech sur la vie et les oeuvr. de Jerôme de Cardie in Mém. de l'acad. d. inscr. t. XIII. p. 20. sqq. et Santo-Crucium Ex. Crit. p. 40. ex recentioribus viris doctis F. G. Kiesslingius dissertatione inaugurali (de Menaechmo Sicyonio et Hieronymo Cardiano.), Droysenius Hellenism. T. I. p. 670 sq. et Brücknerus in Zimmerm. Zeitschr. f. Alterthumsw. A. 1842. Fasc. III. p. 252 sqq.

θέντα συνέγραψε. Haec Vossius mutanda censens in τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρου: „Huius, ait, Cardiani non ignobile inter historicos nomen est. Scripsit autem de rebus gestis Alexandri, quemadmodum est apud Suidam. Itaque hunc Hieronymum intelligi puto ab Appiano Mithrid. c. 8, ubi postquam de rebus Bithyniae egisset, ad Cappadoces accedit atque ex Hieronymo refert, Alexandrum, quum adversus Darium proficisceretur, has gentes reliquisse intactas, ingressumque aliam viam maritimam per Pamphyliam et Ciliciam. Nec de Alexandro solum, sed de illis etiam Hieronymus egit, qui Alexandro successerunt" sqq. Haec Vossius. Cuius in sententiam pedibus iverunt Fabricius l. c., qui quidem legi mavult τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου, et Mannertus.[1]) Santo-Crucius vero, ut solet in rebus dubiis, hisce rem ambigit: „On ne peut douter, que Jérôme n'eut écrit beaucoup des choses concernant Alexandre, s'il n'en avait pas composé la vie particuliére." Unus Sevinus (l. c.) Vossio refragatus, auctore, ut videtur, sagacissimo Leopardo[2]), in Suidae loco neque τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρου neque τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου sed τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ scribendum neque singularem de Alexandri M. rebus librum sed celeberrimam rerum post Alexandrum gestarum historiam omnium consensu ab Hieronymo elaboratam hoc loco recte vidit esse intelligendam. Quam sententiam frustra impugnavit F. G. Kiesslingius (l. c.) contra Sevinum ita disputans: „Sevinus mavult Ἀλεξάνδρῳ minus recte. Nam Suidas si intelligi voluisset historiam successorum Alexandri, usus esset consueto dicendi genere: ὃς τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας συνέγραψε, atque omnino magis consentaneum videtur, a lexicographo commemorari primam operis partem quam mediam." Verum enim vero misso tantisper Suidae loco circumspiciens alia veterum de Hie-

---

1) Hist. Success. Alex. p. 357.

2) Emend. lib. XI, c. 9.

ronymo Alexandri historiarum auctore testimonia ne levissimum quidem talis scriptionis vestigium indagabis, quamvis Hieronymum τὸν τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας γεγραφότα omnes fere, qui idem argumentum attigerunt, sequioris aetatis scriptores optime cognitum habeant.[1]) Omnium vero maxime siquidem revera singularem ille de Alexandri M. rebus librum conscripsisset mirum unicuique videretur Plutarchi oporteret silentium, qui quum in Eumenis, Pyrrhi, Demetrii vitis Hieronymum testem identidem excitaverit[2]), in vita tamen Alexandri, ubi omnia fere historicorum aequalium quotquot magni regis res gestas scriptis tractarunt nomina perlustravit[3]), ne verbo quidem eiusdem Hieronymi fecit mentionem. Haec igitur, credo, iustam moverent de Suidae auctoritate suspicionem etiamsi luculentissimis atque certissimis apud eum verbis legeretur exaratum, Hieronymum Cardianum singulari quodam scripsisse opere quae ab Alexandro Magno essent perpetrata. Nunc vero non luculenta et certa extant Suidae verba, sed locum habemus luculenter et certe corruptum, talemque ex quo celeberrimum illud Hieronymi opus de rebus post Alexandrum gestis non maiore litterarum mutatione liceat eruere, quam ipsius Alexandri rerum historias a tota scilicet vetustate ignoratas. Optimo igitur iure vir summus de Suidae Lexico nuperrime immortaliter meritus ex Leopardi emendatione τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντα textu repraesentare non dubitavit, praesertim quum argumentum illud ex Appiano (l. c.) petitum ad Vossii et Kiesslingii opinionem sustentandam ne minimi quidem momenti esse videatur.[4])

---

1) Cf. Diod. XVIII, c. 42. Pausan. I, 9, 10. et I, 14, 1. Lucian. Macrob. c. 13. Dionys. Ant. Rom. I, 6. Joseph. in Apion. I, p. 1050. e. Heyne de font. hist. Diod. et Brükner. l. c.

2) Cf. Heeren. de fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 70. 72. 74.

3) Cf. infra c. II. Lib. III, c. II. Onesicr. Fr. V. et ann. ad h. l.

4) „Leopardum (l. c.) merito probat Wessel. in Diod. XVIII, 26. Gaisfordus post Vossium dedit Ἀλεξάνδρου cum V., quod sequitur etiam Kiesslingius in commentariolo de Menaechmo et Hie-

Sicuti vero Hieronymus Cardianus ita etiam Hecataeus Abderita[1]), quanquam Alexandri M. aequalis[2]) et fortasse etiam ad Syriam usque expeditionum comes erat, ex eorum tamen historicorum numero, qui peculiaribus ac separatis libris Alexandri res commentati sunt, sine ulla dubitatione est eximendus. Ceterum quin haud secus atque Hieronymus ἐν τοῖς ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ, Hecataeus quoque ἐν τῇ περὶ Ἰου-

ronymo p. 25. dativum aspernatus. „Nam Suidas (inquit) si intelligi voluisset historiam successorum Alexandri, usus esset consueto dicendi genere ὃς τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας συνέγραψε, atque omnino magis consentaneum videtur, a lexicographo commemorari primam operis partem quam mediam.“ Disputatio speciosior quam tutior. Neque enim aut ἐπ' Ἀλεξάνδρου quadrat in eum qui res gestas Alexandri scripserit (immo quod inserat Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 219. ὑπ' Ἀλεξάνδρου), neque Hieronymum aliorum tempora quam Diadochorum et Epigonorum invenio litteris mandasse. Nam quod Appianus Mithrid. 8. eius auctoritatem videtur in Alexandri bellis usurpare, Hieronymum opinor in Eumenis memoria satis causae habuisse, ut Cappadociam ab armis Macedonum intactam traderet. Itaque merito negarunt eum singularibus libris res Alexandri complexum esse Geierus de Alexandri M. rerum scriptt. (dissert. inaugur. Halis 1835) p. 4. sqq. et qui nuper accurate de vita monumentisque Hieronymi explicavit Brücknerus in Zimmerm. Zeitschr. f. Alterth. A. 1842. p. 259. Ceterum librarii ου et ῳ tam exiguo discrimine signarunt, ut Ἀλεξάνδρῳ non dubitarim repraesentare.“ Bernhardy. ad Suid. l. c. Quod vero non consueto dicendi genere hoc loco usus est Lexicographus, nonne fortasse ideo fecisse videatur, quia non solum τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας sed etiam τὴν περὶ ἐπιγόνων πραγματείαν brevissime una dictione τῶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντων comprehendere voluit. Denique quod Kiesslingius omnino magis ait consentaneum videri, a lexicographo commemorari primam quam mediam operis partem, ut taceamus, quam primam dicit ille Hieronymi operis partem, ne aliquam quidem fuisse eius librorum particulam: nonne multo magis decebat lexicographum appellasse hoc loco celeberrimos Hieronymi de rebus post Alexandrum gestis commentarios quam eam scriptionem, quam ne ulli quidem veteri auctori innotuisse vidimus? — Ceterum quanquam in his multo Sevinus Kiesslingio propius ad veritatem accessit, in universum tamen a viro eruditissimo Abbatis istius Franco-Gallici errores, quibus haec quoque scatet eius commentatio, sagaciter plerumque esse refutatas lubenter concedimus.

1) De eius Vita et Scriptt. cf. Voss. de hist. gr. I. c. 10. p. 86—89. Westerm. P. Zorn. Hecat. Abder. Fragm. (Alton. 1730.) Creuzer. hist. gr. antiq. fragm. p. 28 sqq. Sante-Cruc. Ex. crit. p. 555—557.

2) Cf. Joseph. c. Apion. I, 22. Diod. I, c. 46.

δαίων ἱστορίᾳ atque *ἐν ταῖς Αἰγυπτιακαῖς ἱστορίαις* saepenumero Alexandri rerum mentionem attigerit, nullus dubitabit.

Alia est ratio Orthagorae[1]) atque Pythagorae.[2]) Etenim ille quidem et iuxta Onesicritum appellatur apud Aelianum (Hist. Anim. XVII, 6. Onesicr. Fragm. XXX.) et iuxta Nearchum apud Strabonem secundum scripturam vulgarem (l. XVI. t. VI. p. 383. 766 Cas. Nearch. Fragm. XXIX). Solus praeterea citatur ab eodem Aeliano Hist. Anim. XVI, 35: *Τί δαὶ Ὀρθαγόραν μνήμης ἄμοιρον ἐάσομεν; ὅσπερ οὖν ἐν Ἰνδοῖς λόγοις φησί* sqq. et a Philostrato (Vit. Apoll. III, 15. cf. Phot. bibl. cod. CCXLI. p. 327. b.), qui de rubro mari eum egisse indicat. Ceterum de huius viri aetate apud veteres ne levissimum quidem indicium reperitur. Alter vero Pythagoras primum memoratur semel ab eodem Aeliano Hist. Anim. XVII, 8: *Πυθαγόρας ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης λέγει* sqq., dein bis ab Athenaeo IV. p. 183. f.: *Πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δάφνης* et XIV. p. 633 f.—634: *μετὰ δὲ ταῦτα ζητήσεως γενομένης περὶ σαμβύκης, ἔφη ὁ Μασσούριος ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διειλέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα τὸν ἐποποιὸν ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων, χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Πάρθους καὶ Τρωγλοδύτας, τετραχόρδῳ ὄντι· ἱστορεῖν δὲ τοῦτο Πυθαγόραν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.* Eundem vero Pythagoram intelligendum esse censemus, qui Ptolemaei (Philadelphi, ut videtur) regis praefectus dicitur apud Plinium[3]), ubi Juba au-

1) Cf. Voss. de Hist. Gr Lib. III. p. 477. ed. Westerm.

2) Cf. Ibid. p. 493. sq. Neutrius autem mentionem attigit Santo-Crucius.

3) N. H. XXXVII, 2, 24: „Juba auctor est, et in quadam insula Rubri maris ante Arabiam sita nasci quae Necron vocetur, et

ctore item de rubro mari quaedam digna memoratu afferuntur. Atqui Pythagoram hunc cum Orthagora illo facile potuisse confundi et ex nominum et ex scriptorum similitudine est consentaneum. Quare quum Pythagoram non Orthagoram de rubro mari commentatum esse certissimis cognitum habeamus testimoniis, Strabonis loco supra allato (Nearch. Fragm. XXIX), ubi item de rubro mari agitur, Pythagorae nomen pro Orthagorae cum Bernhardyo repraesentare non dubitavimus. Atque idem faciendum esse in Philostrati loco supra citato persuasum habemus. Neque argumenti certe ratio refragaretur, eandem si nominum mutationem admitteres altero loco Aelianeo (Onesicr. Fragm. XXX), ubi iuxta Onesicritum Orthagorae nunc de belluis marinis ad Gedrosiae oram conspectis auctoritas est allegata. Ergo nisi unus restaret locus Aelianeus (Hist. Anim. XVI, 35), ubi ad Orthagoram ἐν Ἰνδοῖς λόγοις provocatur, Orthagoram hunc a Pythogora illo omnino non diversum esse arbitraremur. Utcunque autem est, non licet assentiri Vossio (l. c.), eundem Pythagoram, qui de rubro mari scripsisset, secundum Laertium VIII, 1, 47 res Doriensium tractasse opinato. Tale certe argumentum a Pythagora Ptolemaei regis praefecto apparet fuisse alienissimum. Denique etiam illud satis apertum est atque perspicuum, neque Orthagoram neque Pythagoram ad aequales Alexandri rerum auctores pertinere.

Jam videamus, quo iure Antipater et Craterus, celeberrimi illi Alexandri exercituum duces, inter eiusdem historiarum scriptores a Vossio[1]) relati sint. Quorum alter, cui in Asiam proficiscens Alexander Macedoniam dedit administrandam, Suida teste, fuit μα-

---

in ea, quae iuxta gemmam topazion ferat, cubitalemque effossam a Pythagora Ptolemaei regis praefecto.

1) De hist. gr. 1, 10. p. 95 et 97. ed. Westerm.

θητὴς *Ἀριστοτέλους* atque *κατέλιπεν Ἐπιστολῶν σύγγραμμα ἐν βιβλίοις δυσί· καὶ Ἱστορίαν, τὰς Περδίκκου πράξεις Ἰλλυρικάς.*[1]) Ex his vero Antipatri scriptis Historiam rerum a Perdicca in Illyrico gestarum nihil ad Alexandri res pertinere per se patet, epistolarum autem commercium[2]), quod vel cum ipso Alexandro vel cum aliis viris huius aetatis celeberrimis ei intercedebat, utut in gravissimis ac fide dignissimis horum temporum monumentis summi sit aestimandum, non satis tamen valet, ut inter ipsos Alexandri historiarum scriptores locum illi concedamus.[3]) Eademque est ratio alterius, quem supra attigimus, viri in Alexandri M. comitum numero exercituumque ducibus clarissimi, Crateri, cuius item, Strabone teste (l. XV. t. V. p. 78—79 (702 Cas.)), *ἐκδέδοταί τις πρὸς τὴν μητέρα Ἀριστοπάτραν ἐπιστολή, πολλά τε ἄλλα παράδοξα φράζουσα καὶ οὐχ ὁμολογοῦσα οὐδενὶ, καὶ δὴ καὶ τὸ μέχρι τοῦ Γάγγου προελθεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· αὐτός τέ φησιν ἰδεῖν τὸν παταμὸν καὶ κήτη τὰ ἐπ' αὐτῷ καὶ μεγέθους καὶ πλάτους καὶ βάθους πόῤῥω πίστεως μᾶλλον ἢ ἐγγύς.* Ceterum sicuti in universum Bentleio[4]) potissimum magistro constat inter omnes, antiquitus iam celeberrimorum virorum nominibus varias epistolas solita fraude esse suppositas, ita ne has Crateri quidem quae fereban-

---

1) Breviter Eudocia: *ἔγραψεν ἱστορίαν καὶ σύγγραμμα ἐπιστολῶν ἐν βιβλίοις εἴκοσι.*

2) De eo cf. Jons. de Scriptt. Hist. Phil. I, 13, 2. Heeren. de fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 61 sqq. Meminit etiam Cicero d. off. II, 14: „Extant epistolae Philippi ad Alexandrum et Antipatri ad Cassandrum et Antigoni ad Philippum, trium prudentissimorum", et Plutarchus Comp. Alcib. cum Coriol. c. 3: *Ἀντίπατρος μὲν οὖν ἐν ἐπιστολῇ τινι γράφων περὶ τῆς Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου τελευτῆς „Πρὸς τοῖς ἄλλοις" φησὶν „ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ πείθειν εἶχε."*

3) Singulari tamen commentatione et de ipsius Alexandri et de comitum eius commercio epistolico explicare propositum est. Interim cf. Sauto-Cruc. Ex. crit. p. 202 sqq. Heeren. l. c. p. 60 sq. Stahr. Aristotel. t. II. p. 46 sqq.

4) Dissertation upon the Epistles of Phalaris, Lond. 1698. (Opusc. philol. Lips. 1781).

tur litteras a tali suspicione prorsus alienas equidem dixerim, quanquam per se quidem a probabilitate minime videtur abhorrere litteris Craterum certiorem fecisse matrem de itinere Indico, praesertim quum eodem Strabone (l. c. p. 167 (721 Cas.)) auctore *Κρατερὸς ἀπὸ τοῦ Ὑδάσπου ἀρξάμενος δι' Ἀραχωτῶν ἤει καὶ Δραγγῶν εἰς Καραμανίαν.*[1]) Utcunque est haec certe epistola sive genuina sive suppositicia non sufficit ad Craterum inter suppares Alexandri M. historiarum scriptores recipiendum. Maiore etiam iure, siquidem tantum esse tribuendum ponderis videretur huic litterarum commercio, tertio huc referri posset loco alius item Alexandri exercituum dux clarissimus a Vossio praetermissus, Parmenionem dicimus, cuius et epistola ad Alexandrum[2]) et epigramma in eundem Alexandrum ferebantur.[3])

Denique, ne praetermisisse videamur magni discipuli summum praeceptorem, sicuti dubitari non potest quin ad Aristotelem haud raras et ipse Alexander dederit epistolas et Stagirita haud paucis ad eas responderit[4]), ita certissimum etiam illud est, quod copiosius disseruit Stahrius, varia in peculiarem quendam Alexandri usum ab Aristotele scripta esse.[5]) At vero haec omnia ad nostrum

---

1) Cf. Strab. l. c. p. 183 (725 Cas.): *Ταύτην δὲ τὴν χώραν (τὴν Χωαρηνὴν) διεξιὼν Κρατερὸς, καταστρεφόμενος ἅμα τοὺς ἀπειθοῦντας ἤει συμμίξαι τὴν ταχίστην σπεύδων τῷ βασιλεῖ* sqq.

2) Testatur Athen. XIII. p. 607. f.: *Ἐσπουδάκεσαν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς περὶ τὰς μουσουργοὺς, ὡς δῆλον ποιεῖ Παρμενίων ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ, ἣν ἐπέστειλεν αὐτῷ μετὰ τὸ Δαμασκὸν ἑλεῖν καὶ τῆς ἀποσκευῆς τῆς Δαρείου ἐγκρατὴς γενέσθαι. κ. τ. λ.* Cf. Plut. Vit. Alex. c. 32. Heeren. l. c. p. 62.

3) Cf. Antholog. lib. III. p. 347. Qui vero Clitum quoque *τὸν μέλαν* cum Clyto, Aristotelis discipulo, rerum Milesiarum scriptore (cf. Athen. XII. p. 540. c. XIV. p. 655. c.) male confuso, ad scribendum sese contulisse opinati sunt, eorum levitas vix digna est quae notetur.

4) Praeter Santo-Crucium (l. c. p. 200 sqq.) cf. Stahr. Aristotel. II. p. 46 sqq 101. sqq.

5) Stahr. Aristotel. I. p. 95—97. et II. p. 38, ubi haec annotantur: „Die Verzeichnisse bei Diogenes Laert. und dem Anonym.

quidem propositum nihil pertinere haud sane pluribus demonstrare opus est. Librum enim ex hoc numero huc spectantem de Alexandri vita conscriptum ab eo, quo, ut recte ait Heerenius, „quis meliora, quis certiora de pueritia ac institutione Alexandri tradere potuisset!" — unquam extitisse, admodum Heerenius incertum esse iure arbitratur.[1])

Omnium vero maxime in suarum ipse rerum scriptoribus Alexander Magnus esset habendus, si praeter copiosissimum epistolarum commercium, de quo alio loco accuratius explicabimus[2]), similiter ac postea magnus ille inter Romanos gloriae aemulus fecit, in commentariis scribendis operam ac studium posuisset, id quod indicari olim temere opinabantur loco Plutarcheo infra adscripto.[3]) Neque ad hoc demonstrandum valent vel

---

des Menage liefern mehrere Schriften, deren Titel vermuthen lässt, dass sie für Alex., oder auf dessen Veranlassung geschrieben waren. Dahin gehören bei dem Letztern: 1) *Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποικιῶν, α'* (cf. Droysen. Hellenism. T. II. p. 588. sqq. G); 2) *Περὶ βασιλείας*; 3) *Περὶ* (?) *Ἀλεξάνδρου, ἢ περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ*; bei Diogenes Laert.: *Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποίκων*; u. a. m., z. B. die Aufsätze über Homer, über die Tragoedien; und bei dem Anonymos die Untersuchungen über Euripides, Hesiodos, Archilochos, Choerilos, und Aehnliches. Vergl. Aristot. Opp. Vol. I, p. 65. Bipont. Auch Ammonios Hermeiu (in Arist. Categor. p. 7. ed. Ald. 1546) in seiner, weiter unten genauer aufzuführenden Eintheilung der Aristotelischen Schriften, rechnet zu den *Μερικοῖς* (*ὅσα πρός τινα ἰδίᾳ γέγραπται*) die Briefe v. Arist., *ἢ ὅσα ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, Περί τε βασιλείας, καὶ ὅπως δεῖ τὰς ἀποικίας ποιεῖσθαι, γεγράφηκεν.*" Cf. Sancto-Cruc. l. c. p. 203. sqq.

1) Heeren. l. c. p. 59.

2) Indicem harum epistolarum in quarum farragine vel „de lapide philosophorum" epistola sub Alexandri nomine ferebatur a Chemicis inter scriptt. artis auriferae Basil. 1593 et 1610. tom. I. vide apud Fabric. Bibl. Gr. lib. III. c. II. (Vol. III. p. 27. ed. Harl.).

3) Vit. Alex. c. 23: *Ἐν δὲ ταῖς σχολαῖς πρῶτον μὲν ἀναστὰς καὶ θύσας τοῖς θεοῖς εὐθὺς ἠρίστα καθήμενος* (*Ἀλέξανδρος*)· *ἔπειτα διημέρευε κυνηγῶν ἢ συντάττων ἢ δικάζων τι τῶν πολεμικῶν ἢ ἀναγινώσκων.* Ibi enim verba *ἢ συντάττων* Cruserius reddit: „vel commentando" et Amiotus: „il composait

mandata illa scripto comprehensa (ἐντολαὶ ἔγγραπτοι), quae brevi ante mortem Alexander Cratero dederat, vel regis commentarii (τὰ ὑπομνήματα τοῦ βασιλέως) a Perdicca Alexandro defuncto inspecti, quorum capita praecipua de arduis novarum expeditionum consiliis navibusque parandis et aedibus in Hephaestionis et Philippi honorem exstruendis a Diodoro[1]) indicantur. Verum enim vero etsi rerum suarum historias continuis complecti litterarum monumentis ipsi ne vacabat quidem magno regi, illud tamen satis est consentaneum, quod Patrocle aucto-

---

quelque chose." Neque tamen hodieque quisquam dubitabit, quin arctissime iungenda sint *συντάττων τι τῶν πολεμικῶν*, praesertim si comparaverit quae apud eundem Plutarchum c. 32 extr. de Alexandri inter pugnam Gaugamelensem habitu afferuntur: *Ἄχρι μὲν οὖν συντάττων τι τῆς φάλαγγος ἢ παρακελευόμενος ἢ διδάσκων ἢ ἐφορῶν παρεξήλαυνεν* (*Ἀλέξανδρος*) *κ. τ. λ.* Quare vir eruditissimus, qui Plutarchi Vitas nuperrime edidit, etiam priore loco scribendum proposuit aut *διδάσκων* (pro *δικάζων*) aut *συντάττων τι τῶν πολεμικῶν ἢ δικάζων*, neque tamen tali verborum aut permutatione aut transpositione videtur opus esse, quum alteri loco *δικάζειν* alteri *διδάσκειν* egregie conveniat, ad utrumque autem verbum haud inepte referantur subsequentia: *τὶ τῶν πολεμικῶν*.

1) Diod. XVIII, 4: *Κρατερὸς δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων ὑπάρχων ἔτυχε προαπεσταλμένος εἰς Κιλικίαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν ἀπολυθέντων τῆς στρατείας, ὄντων μυρίων. ἅμα δ' εἰληφὼς ἦν ἐντολὰς ἐγγράπτους, ἃς ἔδωκε μὲν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ συντελέσαι, μεταλλάξαντος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῖς διαδόχοις ἔδοξε μὴ συντελεῖν τὰ βεβουλευμένα. ὁ γὰρ Περδίκκας παραλαβὼν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ βασιλέως τήν τε συντέλειαν τῆς Ἡφαιστίωνος πυρᾶς πολλῶν δεομένην χρημάτων, τάς τε λοιπὰς αὐτοῦ ἐπιβολὰς πολλὰς καὶ μεγάλας οὔσας καὶ δαπάνας ἀνυπερβλήτους ἐχούσας, ἔκρινε συμφέρειν ἀκύρους ποιῆσαι. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ διὰ τῆς ἰδίας γνώμης καθαιρεῖν τι τῆς Ἀλεξάνδρου δόξης, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἀνήνεγκε τὴν περὶ τούτων βουλήν. Ἦν δὲ τῶν ὑπομνημάτων τὰ μέγιστα καὶ μνήμης ἄξια τάδε.* Iam vero sequuntur quae de expeditione in Carthaginienses et ceteros, qui maritimas Africae et Hispaniae vicinasque ad Siciliam usque regiones incolerent apparanda, de templis sex magnificentissime fabricandis, de civium in urbes novas commigratione et hominum ex Asia in Europam et rursum ex Europa in Asiam translatione, denique de Philippi patris sepulcro splendidissime exstruendo magnus rex magna sane consilia animo volvens imperaverat. Quem locum miramur non respexisse Droysenium Hellenism. T. I. p. 698—704, ubi de Alexandri testamento commentatus est, qua de re alio loco accuratius disseremus.

re apud Strabonem[1]) asseveratur, quaecunque in expeditionibus memoratu viderentur digna esse, ipsum Alexandrum etiam diligentius quam rerum suarum scriptores indagasse locorumque accuratissimas a viris earum rerum peritis sibi tradendas curasse descriptiones. Quam vero Asiae regionum adumbrationem hac ipsius Alexandri opera ac diligentia elimatam secum postea a Xenocle gazae praefecto communicatam scripsit idem Patrocles apud Strabonem l. c., eam longe diversam fuisse a Baetonis et Diogneti Itinerario recte vidit Santo-Crucius.[2]) Atque omnino hoc opus vel geographicum vel (sit venia verbo!) statisticum in singularem quendam unius regis usum compositum neque publici unquam iuris videtur factum esse.

Iam vero ex his satis credo apparebit, neque Ephorum et Theopompum neque Hieronymum Cardianum, neque Hecataeum Abderitam, neque vel Orthagoram vel Pythagoram neque Antipatrum, Craterum, Parmenionem neque denique aut Aristotelem aut ipsum Alexandrum in iis habendos esse historiarum scriptoribus, de quorum vitis et scriptis explicare nobis hoc quidem loco propo-

---

1) Strab. l. II. t. I. p. 186 sq. (69 Cas.) quem locum transcripsimus Lib. XII. C. I. Sect. II. p. 358. Ceterum de Alexandri studio et peritia rerum geographicarum et physicarum cf. Ritter. Erdk. T. X. p. 24 sq. „Die dritte Periode der Geschichte, der das Euphratsystem seine geographische Aufklärung verdankt, ist die Zeit Alexanders, welche überall den Blick in den fernen Orient erweitert; er ist es, der sich selbst zumal in dessen unterm Stromgebiete recht einheimisch zu machen suchte, weil er nach seiner Rückkehr vom Indus von der Idee ganz erfüllt schien, das Euphratland zum Verbindungsgliede in dem Weltorganismus zwischen Orient und Occident zu erheben und deshalb so Grosses begann, was seine Zeit nicht verstand etc." Cf. ibid. p. 26: „Denn in dieser Periode (von Alexaders zweiten Aufenthalte in Babylonien) werden alle Hauptverhältnisse der dortigen Wassersysteme zum ersten male durch ihn erkundet, wie nie zuvor und wie nie wieder nach ihm bis in die neueste Zeit" sqq. Cf. Ibid. p. 30 sqq. Droysen. Hellenism. T. II. p. 588 sqq.

2) Cf. Lib. XII. C. I. Sect. II. p. 358.

situm est, subsistendumque esse in eorum numero quos supra appellavimus.[1])

Ex his vero si quaeris, qui in Alexandri rebus scribendis tales sese praestiterint, qualem esse historicum iubeat Cicero[2]), „ut ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis": Arrianus quidem in universum duobus tantummodo, Ptolemaeo et Aristobulo[3]), quibus in Indicis rebus accedat Nearchus[4]), has virtutes iure vindicandas esse censuit. Quare fuisse profecto ait, quod Alexander quum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, fortunatum heroa praedicaret, qui suae virtutis Homerum praeconem invenisset[5]); quo-

---

1) Praeter hos autem aliam litteratorum hominum artificumque turbam vel perpetuo vel aliquamdiu in Alexandri castris fuisse constat, in quibus appellasse sufficit Anaxarchum Abderitam, Agim Argivum, Cleomenem Siculum, Neophronem Sicyonium, Choerilum et Pherecratem. (Cf. Lib. VI. c. I. ann. 6.). Adde: Scymnum Tarentinum, Philistidem Syracusium, Heraclitum Mytilenensem, (*θαυματοποιοὺς διαπρέποντας*), Alexim Tarentinum (*ῥαψῳδὸν*), Cratinum Methymnensem, Aristonymum Atheniensem, Athenodorum Teium (*ψιλοκιθαριστάς*), Heraclitum Tarentinum, Aristocratem Thebanum (*κιθαρῳδούς*), Dionysium Heracleensem, Hyperbolum Cycicenum (*αὐλῳδούς*), Timotheum, Phrynichum, Cephisiam, Diophantum, Euium Chalcidensem (*αὐλητάς*), Thessalum, Athenodorum, Aristocritum (*τραγῳδούς*), Lyconem, Phormionem, Aristonem (*κωμῳδούς*), Phasimelum denique (*ψάλτην*). (Cf. Lib. VIII. c. II. Fragm. XVI. et annot. ad h. l)

2) De orat. II, 15, 62.

3) Cf. Lib. I., c. I. p. 2. sqq. et Lib. II. c. I. p. 28.

4) Cf. Lib. IV. c. I. p. 113 sqq.

5) Arr. Exp. Alex. I, 12, 1. (2) sqq.: *καὶ εὐδαιμόνισεν ἄρα, ὡς ὁ λόγος, Ἀλέξανδρος Ἀχιλλέα, ὅτι Ὁμήρου κήρυκος ἐς τὴν ἔπειτα μνήμην ἔτυχε.* (cf. Cic p. Arch. c. 10.) *καὶ μέντοι καὶ ἦν Ἀλεξάνδρῳ οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα εὐδαιμονιστέος Ἀχιλλεύς, ὅτι αὐτῷ γε Ἀλεξάνδρῳ οὐ κατὰ τὴν ἄλλην εὐτυχίαν τὸ χωρίον τοῦτο ἐκλιπὲς ξυνέβη οὐδὲ ἐξηνέχθη ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ἐπαξίως· οὔτ᾽ οὖν καταλογάδην οὔτε τις ἐν μέτρῳ ἐποίησεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν μέλει ᾔσθη Ἀλέξανδρος, ἐν ὅτῳ Ἱέρων καὶ Γέλων καὶ Θήρων καὶ πολλοὶ ἄλλοι οὐδέν τι Ἀλεξάνδρῳ ἐπεοικότες, ὥστε πολὺ*

niam hoc unum ad reliquam felicitatem defecisse videatur, ut eius res pro dignitate memoriae proderentur. Item aliis identidem locis malam eorum fidem perstringit, quotquot praeter Ptolemaeum, Aristobulum, Nearchum vel Alexandri expeditionem vel res Indicas scriptis attigissent.[1]) Ceterum Arrianus utcunque laudandus quod triumviros illos rerum scribendarum auctores prae ceteris sequutus est, reliquorum tamen quanquam non prorsus ignoravit vel contempsit[2]) commentarios minus quam par erat videtur curasse atque usurpasse[3]), et tametsi criseos cautione ac pronunciationis simplicitate egregie in universum de Alexandri rebus meritus est, arrogantius profecto semet ipse iactavit inter optimos Graeca-

---

μεῖον γιγνώσκεται τὰ Ἀλεξάνδρου ἢ τὰ φαυλότατα τῶν πάλαι ἔργων· ὁπότε καὶ ἡ τῶν μυρίων σὺν Κύρῳ ἄνοδος ἐπὶ βασιλέα Ἀρταξέρξην καὶ τὰ Κλεάρχου τε καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ἁλόντων παθήματα καὶ ἡ κατάβασις αὐτῶν ἐκείνων, ἣν Ξενοφῶν αὐτοὺς κατήγαγε, πολύ τι ἐπιφανέστερα ἐς ἀνθρώπους Ξενοφῶντος ἕνεκά ἐστιν ἢ Ἀλέξανδρός τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Ex sequentibus quae ad ipsum Arrianum spectant infra transcripta sunt.

1) Cf. Praefat. Exp. Alex. §. 2: *ἄλλοι μὲν δὴ ἄλλα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψαν, οὐδ᾽ ἔστιν ὑπὲρ ὅτου πλείονες ἢ ἀξυμφωνότεροι ἐς ἀλλήλους.* Ibid. V, 2. et VI, 11, quos locos adscripsimus ad Clitarch Fragm. X. p. 171. et Ptolem. Fragm. XXI. p. 25 sq. De rerum Indicarum scriptoribus cf. Ibid. V, 4, 8 (4): *ἀλλὰ Ἀλέξανδρος γὰρ καὶ οἱ ξὺν τούτῳ στρατεύσαντες τὰ πολλὰ* (cf. antecedentia) *ἐξήλεγξαν, ὅσα γε μὴ καὶ αὐτῶν ἔστιν οἳ ἐψεύσαντο.* Cf. Hist. Ind. II, 4. V, 7 et 10 sqq. VI init. et VIII. De Ptolemaeo, Aristobulo, Nearcho cf. Lib. I. c. I. p. 2 sq. Lib. II. c. I. p. 28 sqq. Lib. IV. c. I. p. 112 sqq.

2) Onesicritum certe, Androsthenem, Callisthenem, Ephippum, Eumenem memoravit (cf. Lib. III. c. I. p. 75 sqq. Lib. V. c. II. p. 171. Lib. XI. c. I Sect. I. p. 341 sq. Lib. VI. c. I. et Lib. IX. c. I. p. 309 sq. Lib. XII. c. I. Sect. I.), atque in universum cf. Praef. Exp. Alex. §. 4 (3): *ἔστι δὲ ἃ καὶ πρὸς ἄλλων* (praeter Ptolemaeum et Aristobulum) *ξυγγεγραμμένα, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιαφήγητά τε μοι ἔδοξε καὶ οὐ πάντη ἄπιστα, ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψα.*

3) Quod optime demonstratur ipsa comparatione quum Onesicriti, et Callisthenis, tum Charetis, Clitarchi Fragmentorum. Neque in ipsis Aristobuli commentariis excerpendis satis interdum accurate ac diligenter versatum esse Arrianum ex comparatione eorum apparet, quae apud Strabonem et alios auctores ex eodem Aristobulo afferuntur, veluti cf. Aristob. Fragm. III. VII. XIII. XXIX – XXXV. (cf. annot. ad XXIX. (p. 50.)) et L.

nici sermonis scriptores non minus quam Alexandrum inter optimos imperatores habendum esse.[1])

Diligentius quam Arrianus omnium fere supparium historicorum quotquot Alexandri res conscripserunt commentariis usi sunt Plutarchus et Strabo, quorum uterque de Alexandri M. rebus iuxta Arrianum optime meritus est. Ille enim praeter Ptolemaeum, cuius commentarii in rerum bellicarum potissimum narratione versati quum ad singulare Plutarchi consilium minus idonei esse viderentur rarius excitantur[2]), atque praeter Aristobulum[3]) et Ephemerides Regias[4]) passim etiam Onesicritum[5]), Clitarchum[6]), Callisthenem[7]), Charetem[8]) auctores adhibet.[9])

---

1) Exp. Alex. I, 12, 7 (4), ubi ita pergit: *Ἔνθεν καὶ αὐτὸς ὁρμηθῆναί φημι ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφὴν, οὐκ ἀπαξιώσας ἐμαυτὸν φανερὰ καταστήσειν ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ὅστις δὲ ὢν ταῦτα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γιγνώσκω, τὸ μὲν ὄνομα οὐδὲν δέομαι ἀναγράψαι, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄγνωστον ἐς ἀνθρώπους ἐστὶν, οὐδὲ πατρίδα ἥτις μοί ἐστιν οὐδὲ γένος τὸ ἐμὸν, οὐδὲ εἰ δή τινα ἀρχὴν ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἦρξα· ἀλλ' ἐκεῖνο ἀναγράφω, ὅτι ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο· καὶ ἐπὶ τῷδε οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις.* Cf. Santo-Cruc. Ex. crit. p. 89 — 102.

2) Vit. Alex. c. 46 (cf. Lib. III. c. II. p. 85 sq.) et de Fort Alex. or. I, c. 3. (Ptolem. Fragm. IV.).

3) Vit. Alex. c. 46. (cf. Ibid.) cf. Aristob. Fragm. I[a], I.[b] (vid. Addenda), I, II, IV, VII, XXVIII[b] (in Addend.), XXXIV[b] (ibid.). XLVI.

4) Cf. Lib. XII. c. II. Ephemerid. Reg. Fragm. I. et II.

5) Cf. Onesicr. Fragm. I. II. V. VIII. IX. X.[b]

6) Vit. Alex. c. 46. (cf. Lib. III c. II p. 85 sq.) et Vit. Themistocl. c. 27. (Clit. Fragm. XXIV.).

7) Cf. Callisth. Fragm. XVI. et XVII.[a — b].

8) Cf. Charet. Fragm. I[a] et [b] II. VIII. IX. XV[a]. Pro huius Charetis nomine apud Heerenium de fontt. et auct. Vit. Parall. Plut. p. 63. turpi operarum errore est exaratum Onatas.

9) Fallitur Heerenius l. c. p 65. quod Nearchum quoque semel a Plutarcho putat excitari Vit. Alex. c. 73. init., ubi haec leguntur: *Εἰς Βαβυλῶνα προάγοντος αὐτοῦ Νέαρχος (ἀφίκετο γὰρ αὖθις εἰσπλεύσας εἰς τὸν Εὐφράτην διὰ τῆς μεγάλης θαλάσσης) ἔφη τινὰς ἐντυχεῖν αὐτῷ Χαλδαίους παραινοῦντας ἀπέχεσθαι Βαβυλῶ-*

De quorum sive bona sive mala fide quid censendum videretur, loco isto de Amazone satis aperte indicavit.[1])

Strabo autem etsi in universum de Alexandri rerum scriptoribus severius exercuit iudicium scribens: *Πάντες μὲν γὰρ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀπεδέχοντο μᾶλλον*, atque de Onesicrito, *ὃν οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν*, addit: *ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τοὺς τοσούτους ἐκεῖνος τῇ τερατολογίᾳ*, cautius tamen concedit, *λέγειν δ᾽ οὖν τινα καὶ πιθανὰ καὶ μνήμης ἄξια, ὥστε καὶ ἀπιστοῦντα μὴ παρελθεῖν αὐτά.*[2]) Itaque ex iis, qui Alexandri aetati

---

νος τὸν Ἀλέξανδρον. Ὁ δὲ οὐκ ἐφρόντισεν, ἀλλ᾽ ἐπορεύετο· καὶ πρὸς τοῖς τείχεσι γενόμενος ὁρᾷ κόρακας πολλοὺς διαφερομένους καὶ τύπτοντας ἀλλήλους, ὧν ἔνιοι κατέπεσον παρ᾽ αὐτόν. Hoc enim loco v. *ἔφη* non ad Nearchum rerum scriptorem, sed Nearchum, Alexandri comitem, esse referendum tum ex ipso verborum nexu (ubi tamen pro *αὐτῷ* equidem malim *αὑτῷ*) tum ex comparatione apparet locorum, quos attulimus Lib. II. c. II. Aristob. Fragm. XXXIX. (p. 63 sqq.).

1) Est vero locus saepius iam citatus in Vit. Alex. c. 46, de quo cf. quae annotavimus Lib. III. c. II. p. 85 sq. Ceterum de Plutarcho praeter Heerenium l. c. cf. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 72—81.

2) Locus est l. XV. t. VI. p. 61. (698 Cas.). Cf. l. II. t. I. p. 188. (70 Cas.), ubi acrius quam par erat invehitur etiam in Nearchum (item l. XV. t. VI. p. 184. (725 Cas.)), qua de re cf. Lib. IV. c. I. p. 115 sqq. Dein ita pergit: *καὶ ἡμῖν δ᾽ ὑπῆρξεν ἐπιπλέον κατιδεῖν ταῦτα ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. Διαφερόντως δ᾽ ἀπιστεῖν ἄξιον Δηϊμάχῳ τε καὶ Μεγασθένει. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς ἀστόμους καὶ ἄῤῥινας ἱστοροῦντες* sqq., quo loco perducti sumus, ut ad hos non ad Onesicritum referenda putaremus, quae leguntur l. XV. t. VI. p. 113 sqq. (710 Cas.). Cf. Addenda p. 379 sqq. et 382 sqq. Similiter eadem de re iudicavit l. XV. t. VI. p. 3. (685 Cas.), ubi ad Alexandri rerum auctt. pertinent verba: *τινὲς δ᾽ αὐτῶν καὶ συστρατεύσαντες ἀλλήλοις καὶ συνεπιδημήσαντες καθάπερ οἱ Ἀλεξάνδρῳ συγκαταστρεψάμενοι τὴν Ἀσίαν· ἀλλ᾽ ἕκαστος ἑκάστῳ τἀναντία λέγει πολλάκις. Ὅπου δὲ περὶ τῶν ὁραθέντων οὕτω διαφέρονται, τί δεῖ νομίζειν περὶ τῶν ἐξ ἀκοῆς*; cf. ibid. p. 145 sqq. (717 Cas.): *Τῆς δ᾽ ἀνομολογίας τῶν συγγραφέων ἔστω παράδειγμα καὶ ὁ περὶ τοῦ Καλάνου λόγος* (cf. Lib. III. c. II. p. 90 sqq. p. 108. et Lib. IV. c. II. p. 150.)· *ὅτι μὲν γὰρ συνῆλθεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἀπέθανεν ἑκὼν παρ᾽ αὐτῷ διὰ πυρὸς ὁμολογοῦσι, τὸν δὲ τρόπον οὐ τὸν αὐτόν φασιν οὐδὲ κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας* sqq. Denique vid. l. XVII. t. VI. p. 589 (813 Cas.), quem locum transcripsimus Lib. VI. c. II. p. 256 sqq.

erant suppares, nunc affert auctoritatem Ptolemaei[1]), nunc testimonio utitur Aristobuli[2]), Onesicriti[3]), Nearchi[4]), Clitarchi[5]), Callisthenis[6]), Anaximenis[7]), Androsthenis[8]), Medii et Cyrsili[9]), Baetonis et Diogneti.[10]) Ex suppraibus igitur Alexandri historiarum scriptoribus tres tantummodo, Charetem, Marsyam et Ephemeridum auctores a Strabone non citatos videmus, quippe quorum commentarii prorsus a rerum geographicarum et ethnographicarum abhorrerent descriptione.

Quodsi superstites hos Alexandri rerum scriptores longe gravissimos, Arrianum, Plutarchum, Strabonem Eratosthene praeeunte[11]) in auctorum suorum fide et auctoritate iudicanda atque recensenda non sine cautissimo artis criticae usu egisse videmus, longe aliam viam inierunt Curtius, Diodorus, Trogus Pompeius vel potius Justinus, quippe qui a molestis ac salebrosis talium quaestionum

1) Ptolem. Fragm. II.

2) Aristob. Fragm. VI. XIV. XVII. XXII. XXIX—XXXV. XXXVII. XLI. XLIII.

3) Onesicr. Fragm. VI. VII. X—XXII. XXVII. XXVIII.

4) Nearch. Fragm. I—IX. XV. XVI. XIX. XX. XXIII. XXV. XXVI. XXIX. XXXIV—XXXVII.

5) Clitarch. Fragm. VII. IX. XVII. XIX. XX.

6) Callisth. Fragm. (Persicorum; reliqua hoc loco non curamus) II—VI. VIII, IX^b—XII. XVI.^{b} XVIII.

7) Anaxim. Fragmentum τῶν περὶ Ἀλέξανδρον non extat apud Strabonem, sed πρώτων ἱστοριῶν Fragm. XIII—XIV.

8) Androsthen. Fragm. II.

9) Cf. Med. et Cyrsil. Fragm. I.

10) Itinerar. Alex. Fragm. II.^{b} cf. annot. ad h. l. et Lib. XII. c. I. Sect. II. p. 358—59. Ceterum de Strabone cf. Heeren. de fontt. Geographic. Strab. in Comment. Soc. Gott. T. V. I. et II. 1820 et 22. et Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 63—64. et 126.

11) Hic enim vir κριτικώτατος non peculiarem quidem de Alexandro commentarium composuit, id quod opinati sunt Schmiederus (Praef. ad Arr. Exp. Alex. p. 33.) et Santo-Crucius (l. c. p. 52), identidem vero et accurate de Alexandri rebus amplissimo de Chronographiis disseruit opere. Cf. Bernhardy. Eratosthen. p. 245.

curis mirifice abhorrentes vetera quibus ipsi uterentur rerum monumenta vel raro vel omnino non appellarent. Ex omnibus enim historicis qui Alexandri aetati aequales eius res commentariis persequuti sunt Curtius[1]) et Diodorus[2]) unum Clitarchum auctorem, Trogi Pompeii autem epitomator ne hunc quidem memoravit; neque profecto potest dubitari quin ex unius Clitarchi opere, quod Ciceronis iam aetate perquam Romanis scimus placuisse, si non omnes longe tamen plurimae de Alexandro eiusque rebus narrationes ab illis proditae fluxerint.[3])

Hi vero sunt scriptores, qui libris vel integris vel maximam certe partem conservatis Alexandri rerum argumentum aut unice aut ita quidem tractarunt, ut identidem ad id recurratur plurimaque earum rerum notitia iis debeatur. Quibus recentiore aetate duo accesserunt opera anno huius saeculi septimo decimo ab Angelo Maio Mediolani ex bibliothecae Ambrosianae umbraculis in lucem atque usum publicum edita, quorum alterum Itinerarium Alexandri Magni, cuius auctor ignoratur et quod supra iam attigimus, scriptum est ad Constantium Augustum, Constantini M. filium anno 338 p. C. contra Persas profecturum. Huius scriptor anonymus se non de loquacium numero vilibus usum auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus censura pronunciaret ipse profitetur (cap. II.). Quare quoniam si non ipso Arriano, iisdem certe quibus Arrianus auctoribus et omnium quidem maxime Pto-

1) Cf. Clitarch. Fragm. XI. et XII.

2) Cf. Clitarch. Fragm. IV.

3) Data opera hoc demonstrare conati sumus per totum Lib V. Imprimis cf. locos p. 152. ann. 3 adscriptos. Ceterum de Curtio cf. Santo-Cruc. l. c. p. 102—103. Mützellius enim recentissimo tempore de hoc scriptore egregie alioquin meritus totam hanc quaestionem praetermisit. De Diodoro praeter Santo-Crucium l. c. p. 70—71. cf. Heynium de fontt. et auctt. Hist. Diod. in Comment. Soc. Gott. ad a. 1782. Vol. V. p. 89 sqq., de Trogo Pompeio et Justino praeter Santo-Crucium l. c. p. 115—17. cf. Heeren. de Trog. Pomp. fontt. et auct. Ibid. Vol. XV.

lemaei Lagidae, quem **inimicum fabularum** appellavit[1]), testimonio usus[2]) est, Itinerario suo plerumque cum Arriano ita consentit, ut novi fere nihil ad Alexandri rerum cognitionem hinc videatur redundare. Contra nova sane omnia sunt, quae altero continentur opusculo cum Itinerario isto ab eodem Angelo Maio primum edito, cui inscriptum est: **Julii Valerii res gestae Alexandri Macedonis translatae ex Aesopo Graeco.** Verum enim vero libellus iste quanquam haud minimi momenti est ad ponderandum ambitum fabularum, quae primis iam aevi Christiani saeculis de magno rege percrebruerunt[3]), neque tamen ad veram Alexandri

---

1) Itiner. Alex. c. 50.

2) Cf. Annot. ad Ptolem. Fragm. IV. VII. XII. XIV. XV. Quo magis mireris uno loco (c. 115.) eum a Ptolemaeo discessisse. Cf. Annot. ad Ptolem. Fragm. XXI.

3) Eruditissime atque elegantissime, ut solet, de his fabulis commentatus est **Gervinus Gesch. d. poet. National-Literat. d. Deutschen** T. I. p. 217 sqq., ubi ad nostram rem proxime spectant quae leguntur p. 219: „Alle diese Vorstellungen des Ostens und Westens, die Ausgeburten der glühendsten Phantasie, die von den mächtigsten Gegenständen erregt und auf die grossartigsten Ideen gerichtet war, und dazu die Berichte der Geschichtschreiber mischten sich im Laufe der Zeiten wirr durcheinander. Das Zeitalter des Hadrian begünstigte dies ungemein und damals entstanden schon poetische Alexandriaden. In dem **Valerius**, den Mai herausgab, ist eine Hauptquelle der Alexandersage des Mittelalters zu suchen: diese reicht noch ins **vierte** Jahrhundert. In welchem Verhältniss diese, oder seine griechische Quelle, **Aesopus**, zu dem sogenannten **Pseudocallisthenes** steht, ist noch nicht ausgemacht, scheint es. Von diesem Werke gab es und giebt es noch eine Menge von verschiedenen lateinischen Uebersetzungen, und es wäre von St. Croix verdienstlich gewesen, wenn er die Abweichungen derselben kurz zusammen- und ihr Alter festzustellen versucht hätte; es würde sich daraus ein Gewinn für die ganze Poesie des Mittelalters ziehen lassen; denn wahrscheinlich könnte man mittelst dieser lateinischen Werke die allmählige Veränderung der Alexandersage genauer als die von irgend einem anderen poetischen Cyclus verfolgen und davon vielleicht die schönsten Aufschlüsse auch für diese letzteren erhalten." De Armenica **Pseudo-Callisthenis** versione Venetiis (1842. 8.) nuper edita cf. quae ex **Petermanni** litteris humaniter ad nos datis Lib. VI. c. 1. p. 230 transcripta sunt. Pertinet vero huc omnium maxime etiam doctissimi Francogalli opus egregium: Traditions tératologiques ou récits de l'antiquité

rerum cognitionem neque ad propositum nostrum quicquam videtur pertinere.

Ex iis autem scriptoribus, qui Alexandri M. res non singularibus quidem libris vel continuo tractarunt argumento sed strictim ac passim attigerunt, tres certe hoc loco appellasse sufficit eos, qui ad suppares Alexandri historiarum scriptores saepissime provocarunt, Plinium, Athenaeum, Aelianum. Ac primum quidem Plinius praeter Aristobulum, Androsthenem, Medium et Ephemeridum auctores omnes omnino aequales Alexandri rerum auctores vel Elenchis appellavit, vel in ipso librorum contextu excitavit[1]), item Athenaeus Ptolemaeo, Onesicrito, Nearcho, Medio exceptis identidem provocavit ad omnium auctoritatem[2]), Aelianus denique Onesicriti certe,

---

et du moyen âge en occident sur quelques points de la fable du merveilleux et de l'histoire naturelle publiés d'après plusieurs manuscrits inédits grecs, latins et en vieux français par Jules Berger de Xivrey. Paris à l'impr. Roy. 1836. 8. Plenissima denique librorum, qui hoc tractarunt argumentum, notitia cum aliis innumeris debetur seni summe venerabili atque de bonis litteris immortaliter merito Friderico Jacobsio in opere egregio Beiträge zur ältern Litteratur oder Merkwürdigkeiten der Herzogl. öffentl. Bibliothek zu Gotha. Leipz. 1835. T. I. Fasc. II. p. 385. ann. 11.

1) Ita Ptolemaeus Lagida appellatur Elench. lib. XII et XIII.; Onesicritus Elench. lib. II. VI. VII. X. XII. XIII. XIV. XV. Cf. Onesicr. Fragm. III et IV. XXIV—XXVII. XXIX.; Nearchus Elench. lib. VI. XII. XIII. Cf. Nearch. Fragm. XXVII.; Clitarchus Elench. lib. VI. VII. XII. XIII. Cf. Clitarch. Fragm. VI. XIV. XXII et XXIII.; Callisthenes Elench. lib. XII.; Anaximenes ibid. et XIII., Chares Elench. lib. XIII et XXXVII. Cf. Charet. Fragm. III.; Ephippus Elench. lib XII et XIII.; Marsyas ibid., Baeton et Diognetus Elench. lib. VI. VII. XII. XIII. Cf. Itinerar. Fragm. II. III. IV.

2) Ex Athenaeo enim fluxerunt Aristobuli Fragm. III. VI. XIII. XLIX. L. Clitarchi Fragm. I. II. V. XXI. Callisthenis (Hellenic.) Fr. 7. 19. (de sacr. bell.) 18. W. Anaximenis (Hellenic.) Fr. IV. (Philippic.) Fr. XI. Charetis Fragm. IV—VIII. X—XIV. XV[b]—XVII. Ephippi Fragmenta omnia. Marsyae Pellaei Fragm. IV. V. (Philippensis Fragm. V. VI. VII. IX.). Androsthenis Fragm. I. Epherid. Fragm. I.[b] Itinerarii Fragm. I.

Clitarchi, Callisthenis et Ephemeridum usus est testimonio.[1])

Ceterum inter omnes veteres auctores hunc illum ex supparibus Alexandri historiarum scriptoribus primi antestati sunt Theophrastus[2]), Polybius[3]), Cicero[4]); ultima vero eorum mentio haud rara quidem apud Athenaeum, Aelianum Harpocrationem scholiastasque[5]) tertio aevi Christiani saeculo delitescit, Stephani Byzantii autem et Stobaei aetate desinere coepit.[6]) Posteriores enim viri litterati veluti Suidas et Tzetza[7]) vix ipsos illorum commentarios videntur inspexisse, sed in Diodori potius et Arriani aliorumque recentiorum libris excerpendis acquievisse. Quodsi memineris, singula-

---

1) Aeliano debentur Onesicriti Fragm. VII.b XXX. Clitarchi Fragm. XV. XVI. XVIII. Callisthenis Fragm. VI. Ephemeridum Fragm. I.a

2) Cf. Androsth. Fragm. III.

3) Cf. Callisth. Fragm. XIII.

4) Cf. Clitarch. Fragm. III. Callisth. (Hellenic.) Fragm. 13. W.

5) Debentur Harpocrationi Callisth. (Hellenic.) Fragm. 1. 49. 51. W. Anaxim. Fragm. II. III. (Hellenic.) V. IX. (Philippic.) X. XIII—XVIII. Marsyae Pellaei Fragm. VI. XI—XII. Philipp. II. III. Scholiastae in Appollon. Clitarch. Fragm. X. Callisth. Fragm. IX. XI.b in Aristoph. Clitarch. Fragm. XXVII. in Theocr. Clitarch. Fragm. XXIX. in Eurip. Callisth. Hellenic. Fragm. IV. W. (Marsyae Philipp. Fragm. I. XIV.), in Iliad. Marsyae Pellaei Fragm. II. (in Platon. Marsyae Philipp. Fragm. VIII. et in Odyss. eiusd. Fragm. X.).

6) Ex Stephano Byzantio hausta sunt Callisth. Fragm. XV. Hellenic. Fragm. II, ex Stobaeo Clitarch. Fragm. XXVIII. XXX. Callisth. Macedon. Fragm. 27. Metamorph. 47. Anaximen. Fragm. XVIII — XXIII.

7) De Suida cf. Lib. IV. c. I. p. 114. VII. c. I. p. 273. ann. 2. De Tzetza cf. Clit. Fragm. IV. VIII. et quae annotavimus Lib. VI. c. I. p. 230. not. 1.

rem vetustissimorum illorum historicorum indolem, fidem, integritatem recentiorum nugatorum ac fabulatorum innumerabili acervo facile hac aetate redemptam esse, illorum iactura non admodum sane mira videbitur.

LIB. I.

PTOLEMAEUS LAGIDA.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Ptolemaei Lagidae vitam quum singulari commentatione enarraverimus[1]), hoc loco ea tantum attulimus, quae ad eius commentarios de Alexandri M. rebus conscriptos propius spectare videbantur.

Ptolemaeum Alexandri res memoriae prodidisse, postquam regiam dignitatem adeptus sit, et certo Arriani constat testimonio[2]) et ipso fragmentorum argumento comprobatur[3]). Neque si animum intenderis ad ea, quae de Lagidae vita cognita habeamus, ullum reperias temporis spatium ad commentarios illos conscribendos magis idoneum, quam postremos regni annos, quibus externorum hostium impetu propulso quietam et tutam regni possessionem nactus est; id quod post pugnam demum Ipsensem (Ol. 119, 4. 301. a. C.) ei contigit, ubi et otio fruebatur satis largo et virorum doctissimorum quotidiana utebatur consuetudine ac familiaritate[4]).

Ptolemaei commentariorum argumentum non ultra Alexandri mortem perductum[5]), quamquam ex veterum scriptorum, qui quidem illos attigerunt[6]), auctoritate accuratius

1) De Ptolemaei Lagidae Vita et Commentariorum Fragmentis Commentatio. Scrips. R. Geier. Halis Sax. Ap. Eduard. Anton. 1838.

2) Praef. Exped. Alex.

3) Cf. Annot. ad Fragm. VII.

4) Cf. Comment. nostr. de Ptolem. Vit. p. 67. sqq.

5) Arr. VII, 26, 5 (3): οὐ πόῤῥω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται.

6) Ex iis praeter Arrianum Matterus (Essai historique sur l'école d'Alexandrie T. I. p. 61.) appellavit: Plin. N. H. Elench. l. XII et XIII. Plut. Vit. Alex. c. 46. Curt. IX, 5. His addendi sunt: Strab. T. II. l. VII. p. 366—67. Tzsch. Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη. Auct. Itin. Alex. c. 50. Plut. de Fort. Alex. I, c. 3.

nequit definiri[1]), tamen quod et per se consentaneum est et fragmentorum indiciis declaratur, quum auctor ipse rex bellatorque esset, in iis quae ad regias Alexandri bellicasque virtutes pertinerent, singulari cum diligentia videtur versatum esse, posthabitis geographicis aliisque id genus rebus secundariis. Etenim quum reliqui Alexandri rerum scriptores maximopere delectarentur Indicis rebus adumbrandis, Ptolemaeum earum expositione omnino fere videmus supersedisse. Namque ut alios taceam, ne Arrianus quidem in Historia Indica ullo loco ad Ptolemaei auctoritatem provocavit, quam in Expeditione Alexandri ceteris tantum non omnibus Alexandri rerum auctoribus praeferendam existimavit. Accedit id quod idem testatur Arrianus, *ὅτι Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν*[2]). Quodsi ne fluvios quidem memoravit, nonne aliarum rerum geographicarum mentione multo magis abstinuerit?

De Ptolemaei scribendi genere quum omnibus veterum auctorum testimoniis simus destituti, nihil prorsus habemus exploratum. Ut vero consentaneum est, non horride et inculte eum scripsisse, qui artium et litterarum ipse studiosissimus virorum eruditorum lubentissime interesse solebat sermonibus; ita a fucato Callisthenis aut Clitarchi tumore Ptolemaeum alienum fuisse, quum inde colligitur, quod neque ex rhetorum scholis ille prodiit neque inter rhetoricos huius aetatis scriptores usquam notatur, tum ex fragmentorum indole satis apparet.

De Ptolemaei fide Arriani, auctoris cautissimi, indicium in promptu est. Nempe duabus potissimum de causis Lagidam hic ex omnibus Alexandri rerum scriptoribus fide dignissimum habendum esse arbitratur: primum, quod rex fuerit, in quo turpius quam in quocunque alio mendacium videatur; dein, quod mortuo iam Alexandro eius res conscripserit, quum commentorum neque necessitas neque praemium propositum esset[3]). Et recte quidem. Tametsi enim in univer-

---

1) Confidentius quam verius Matterus l. c. T. II. p. 69. cum Caesaris commentariis Ptolemaei librum comparat his: „Nos héros doivent donc regretter un ouvrage, qu'ils placeraient à côtè des Commentaires de César, tout comme nos historiens voient avec douleur, que l'exemple de Ptolémée ait été perdu pour ses savans."

2) Exp. Alex. V, 20, 14. (Ptolem. Fragm. XVIII.)

3) Arr. Praef. Exp. Alex., ad quae Santo-Crucius Exam. Crit. des hist. d'Alex. p. 44. haec annotat: „Les rois sont-ils donc

sum duas has causas minime idoneas esse dixerim ad fidei satis certae laudem prae ceteris huic auctori vindicandam, non est profecto, quod cum Santo-Crucio illud Arriani iudicium reprehendamus, quum alia accedant quibus non nimium tribuisse eum Ptolemaei fidei et integritati intelligitur. Iam si in cuiusque scriptoris fide examinanda primum quaerendum est, ille num et potuerit et voluerit vera posteris tradere: nonne utrumque in Ptolemaeum convenit? Nimirum bellatorem belli, socium socii, amicum amici res optime cognitas habere, unusquisque facile concedet; Ptolemaeus igitur quin Alexandri res optime cognitas vere posteris tradere potuerit quis est qui dubitet! Deinde si invidia, odium, adulatio maxime refragantur vera narrandi voluntati: nemo ab his vitiis Ptolemaeo magis abhorruit. Namque ut aemuli, obtrectatores, adversarii non defuerint Lagidae iis maxime temporibus, quibus singulari Alexandri gaudebat gratia ac familiaritate, quamquam, ut ait Curtius[1]), regi an popularibus carior esset, dubitari poterat: quis humanum, generosum iamque defaecatum senis animum veteris simultatis, invidiae, odii stimulis ita agitatum fuisse opinetur, ut propterea Lagidam in Alexandri rebus conscribendis vera posteris tradere voluisse neget? — Accedit, quod Arriani de Ptolemaeo iudicio egregie respondet ipsum fragmentorum testimonium, in quibus uno, de quo infra videbimus[2]), loco excepto nusquam offendimur solitis istis ac tritis fabulis atque ineptiis, quibus alioquin plurimi Alexandri rerum scriptores mirifice delectabantur, ut iure Ptolemaeum cum Auctore Itinerarii Alexandri[3]) inimicum fabularum appellare atque de eius commentariorum fide cum Mattero[4]) haec liceat praedicare: „La relation des conquêtes d'Alexandre, que publia Ptolémée Soter, fut un modéle d'exactitude et d'impartialité. On n'adressa jamais à cet ouvrage le blâme d'exagération." Neque improbabile est, quod idem vir doctus coniicit, Era-

---

exempts de préiugés? L'amour et la haine n'agitent ils pas leur coeur, et l'orgueil ne dirige-t-il pas souvent leur plume? Ptolemée avait eu des rivaux et des ennemis, et il fallait en parler; Alexandre était mort, mais il lui importait de ne pas affaiblir la gloire de cet conquérant: aussi parâit-il l'avoir beaucoup menagée."

1) Curt. IX., c. 8. (XXXIII, 24. ed. Mützell.) Ceterum de Ptolemaei moribus cf. Comment. nostrae p. 57. sqq.

2) Fragm. VII. cf. annot. ad h. l.

3) Itiner. Alex. c. 50.

4) l. c. II. p. 68.

tosthenem postea his potissimum Lagidae commentariis usum esse ad reliquorum, qui Alexandri res scriptis persequuti sint, historicorum commenta confutanda erroresque expellendos[1]).

Quodsi summam feceris eorum, quae de Ptolemaei commentariis sunt disputata, ad eos haud inepte videntur referri posse Polybii ista[2]): *Ὁ μὲν οὖν Πλάτων φησὶ, τότε τἀνθρώπεια καλῶς ἕξειν, ὅταν ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. Κἀγὼ δ᾽ ἂν εἴποιμι, διότι τὰ τῆς ἱστορίας ἕξει τότε καλῶς, ὅταν ἢ οἱ πραγματικοὶ τῶν ἀνδρῶν γράφειν ἐπιχειρήσωσιν — ἢ οἱ γράφειν ἐπιβαλλόμενοι τὴν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἕξιν ἀναγκαίαν ἡγήσωνται πρὸς τὴν ἱστορίαν."* Tanto maiorem exspectationem olim fefellit Seb. Godofr. Starckius, quippe qui Ptolemaei librum integrum servatum esse opinatus eius edendi spem fecisset, quum, quod iam ab initio multi verebantur, thesaurum illum carbones esse appareret[3]).

Denique epistolae quoque eiusdem Ptolemaei ad Seleucum aliosque huius aetatis reges videntur extitisse. Namque Dionysodorus quidam, de quo nihil praeterea compertum est, earum collectionem fecisse traditur[4]).

---

1) Cf. Sainte-Croix Ex. Crit. p. 32.

2) Polyb. XII, c. 28. —

3) Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 50. Harl.

4) Lucian. Pro Laps. in salut. §. 10.

CAP. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

Arr. Exp. Alex. 1, c. 2. §. 12. Ell. (§. 7. Kr.)

De numero Macedonum in pugna contra Triballos caesorum.

Αὐτῶν δὲ τῶν Μακεδόνων τελευτῆσαι λέγει Πτολεμαῖος· ἱππέας μὲν ἕνδεκα, πεζοὺς δὲ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα.

Ex omnibus Alexandri rerum scriptoribus quum unum Ptolemaeum iis, quae ante Persicam expeditonem gesta sint, interfuisse sciamus, non solum quae hoc loco ipsis Arriani verbis huic auctori vindicantur, sed longe plurima, quae primo Anabasis libro etiam non citato auctore apud Arrianum extant, illus fidei deberi videntur, id quod magis etiam apparebit, si comparaveris Fragm. II. et ann. ad h. l.

FRAGM. II.

Strab. T. II. l. VII. p. 366. Tzsch. (301—2. Cas.)

De Celtis cum Alexandro colloquentibus.

Φησὶ δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, κατὰ ταύτην τὴν στρατείαν συμμῖξαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν, φιλίας καὶ ξενίας χάριν· δεξάμενον δὲ αὐτοὺς φιλοφρόνως τὸν βασιλέα, ἐρέσθαι παρὰ τὸν πότον, τί μάλιστα εἴη, ὃ φοβοῖντο, νομίζοντα αὐτὸν ἐρεῖν· αὐτοὺς δ᾽ἀποκρίνασθαι, ὅτι οὐδένα, πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι· φιλίαν γε μὴν ἀνδρὸς τοιούτου περὶ παντὸς τίθεσθαι.

Eodem Strabone (l. c. p. 365.) teste hoc accidit in expeditione, quam in Thraces supra Haemum habitantes fecit Alexander, quum ad Istrum usque pervenisset, et recte annotat Droysenius (Hist. Alex. p. 73. ann. 8.), non esse, quod cum Santo-Crucio (Exam. Crit. p. 221—22) de huius narratio-

nis veritate dubitemus. Ceterum eadem res legitur apud Arrianum (Exp. Alex. I, c. 4. §. 9 sqq.) non citato Ptolemaeo auctore; unde apparet, plurima etiam omisso Lagidae nomine ab Arriano ex eius commentariis hausta esse. cf. ann. ad Fr. I. Adduntur vero apud Arrianum haec: *Καὶ τούτους (τοὺς Κελτοὺς) φίλους τε ὀνομάσας καὶ ξυμμάχους ποιησάμενος ὀπίσω ἀπέπεμψε, τοσοῦτον ὑπειπὼν ὅτι ἀλαζόνες Κελτοί εἰσιν.* „Celtae autem illi, qui Alexandrum adierunt, teste Arriano habitabant ad mare Adriaticum vel Sinum Ionicum; hinc necesse est eos fuisse Carnos sive Iapydes, qui regnante Tarquinio Prisco Sigovesum sequuti (Liv. V, c. 34) deinde locum sibi elegerint in ea regione, de qua loquitur Arr. Vid. a Santo-Crucio laudatum opus Schoepflini Vindiciae Celticae §. 78 et 79. Hodie illae terrae dicuntur Dalmatia et Croatia." Van der Chys comment. Geogr. in Arr. l. c. (p. 6).

FRAGM. III.

Arr. Exp. Alex. I, 8, 1.

De Thebarum expugnatione.

Ἀλλὰ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι Περδίκκας προτεταγμένος τῆς φυλακῆς τοῦ στρατοπέδου σὺν τῇ αὑτοῦ τάξει, καὶ τοῦ χάρακος τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεστηκώς, οὐ προσμείνας παρ' Ἀλεξάνδρου τὸ ἐς τὴν μάχην ξύνθημα αὐτὸς πρῶτος προσέμιξε τῷ χάρακι καὶ διασπάσας αὐτὸν ἐνέβαλεν ἐς τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν.

Exposuit Arrianus in iis, quae hunc locum proxime antecedunt (c. 7, §. 15. (10) sqq.), Alexandrum (quippe qui amice potius de pace cum Thebanis agere quam vi et armis eorum urbem capere vellet) in obsidenda Cadmea diem de die moratum esse. Ipsos vero Thebanos fuisse tum bipartitos. Alteros enim, patriae saluti optime illos consulentes, ut missis legatis ab Alexandro defectionis veniam peterent, sapienter suasisse, alteros, de venia desperantes, data opera ad bellum multitudinem irritasse; Alexandrum vero ne ita quidem ad impetum in urbem faciendum commotum esse. His igitur annectuntur, quae de fortuito Perdiccae et Amyntae impetu in Ptolemaei commentariis scripta erant. Quae quidem non solum propter auctoris fidem, quem unum ex Alexandri M. rerum scriptoribus ipsum interfuisse huic expeditioni probabile est, verissima sunt habenda, verum etiam per se et Alexandri consiliis et ipsi rerum conditioni multo magis conveniunt, quam quae de triplici acie, qua consulto Alexan-

der Thebanos aggressus fuerit, vel de artificioso strategemate, quo eorum exercitum in pugnam ille pellexerit, leguntur apud Diodorum XVII, c. 10, sqq. et Polyaenum Strategem. IV, c. 3. Etenim ista quidem rhetoricas Clitarchi allucinationes, haec futilem ipsius auctoris strategetici sapere inventionem, luculenter apparet *). cf. Schmiederi praef. ad Arr. Exp. Alex. p. 30. et Droysen. l. c. p. 85. ann. 95". Reliquos de Thebarum expugnatione locos diligentissime attulit Freinsh. Supplem. ad Curt. I, c. 13. Ceterum non solum in iis, quae Fragm. III adscripsimus, sed toto hoc capite Arrianum Ptolemaei auctoritatem sequutum esse, non est quod pluribus annotetur.

FRAGM. IV.

Plut. de Fort. Alex. or. I. c. 3. (T. IX. ed. Hutt.)

De copiarum numero, quibus Alexander Persas adortus est.

Ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ πράγμασι ταραχὰς ἔχουσι μειράκιον ἄρτι τὴν παιδικὴν παραλλάττον ἡλικίαν (ὁ Ἀλέξανδρος) ἐθάῤῥησεν ἐλπίσαι Βαβυλῶνα καὶ Σοῦσα, μᾶλλον δὲ τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀρχὴν εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι, τοῖς τρισμυρίοις οἴεσθε πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἱππεῦσι πιστεύσας· τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστόβουλός φησιν· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, τρισμύριοι πεζοὶ, πεντακισχίλιοι δὲ ἱππεῖς· ὡς δὲ Ἀναξιμένης, τετρακισμύριοι πεζοὶ καὶ τρισχίλιοι, πεντακισχίλιοι δὲ καὶ πεντακόσιοι ἱππεῖς.

Idem Plutarchus in Vit. Alex. c. 15. init. ut vulgo leguntur verba, eadem de re haec narrat: *Τῆς δὲ στρατιᾶς τὸ πλῆθος οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς, οἱ δὲ πλεῖστον πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν.* Quare, si constitisse sibi auctorem de minimo et maximo nu-

*) Quam obiter ac negligenter Diodorus, vel potius Clitarchus in singulis huius expeditionis rebus enarrandis versatus sit, uno sufficit exemplo demonstrasse. Quamquam enim teste Arriano (c. 8, §. 5.) Perdiccam in primo impetu vulneratum in castraque reportatum esse constat, nihilominus secundum Diodorum (c. 12.) ille, quum diu iam utrimque pugnatum esset, ad portam a praesidio relictam occupandam ab Alexandro missus hoc mandato strenue defunctus esse traditur.

mero statuerimus, non solum, ut censet Reiskius, sedes sequentis vocabuli *τετρακισχιλίους* mutanda est cum *πεντακισχιλίους*, quod paulo ante legitur, sed totus locus ita emendandus: „*τῆς δὲ στρατιᾶς τὸ πλῆθός οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ τετρακισχιλίους ἱππεῖς, οἱ δὲ πλεῖστον πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους καὶ τρισχιλίους, ἱππέας δὲ πεντακισχιλίους καὶ πεντακοσίους ἀναγράφουσιν.* — Ptolemaei fidem etiam in his prae ceteris secutus est Arrianus in Exp. Alex. I, c. 11. §. 4*). Cum eodem consentit in peditum quidem numero Diodorus XVII, c. 17., equitum tamen non quinque sed quattuor millia et quingentos fuisse perhibet, Clitarcho fortasse auctore. At vero etiam hoc in loco de numerorum scriptura res non satis convenit inter vv. dd. cf. Wessel. ad h. l. Justinus XI, c. 6. in equitum numero consentit cum Diodoro, peditum triginta duo millia fuisse tradit. Emendandus etiam locus est ap. Auct. Itiner. Alex. c. XVII, ubi in Maii editione legitur, non plus suorum quam peditum X, equitum V milibus Alexandrum in Asiam profectum esse, legendum vero est sine ulla dubitatione: peditum XXX, equitum V milibus, praesertim quum ubique hic auctor Ptolemaei fidei totum se addixerit. Cf. ann. ad Fragm. VII. Longissime autem, ut solet, a veritate recedit Julius Valerius I, c. 15, quippe qui Alexandro DCLIV ad LXX milia militantium fuisse scribit. Ex reliquis scriptoribus, de quibus cf. Freinsh. Supplem. ad Curt. II. c. 3., unum Frontinum IV, 2, 4 appellamus, qui solis hominum XL millibus orbem terrarum Alexandrum aggressum prodit.

FRAGM. V.

Arr. Exp. Alex. II, 11, 11 (8).

De numero hostium in Issico proelio caesorum.

Τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας καὶ ἐν τούτοις ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ξυνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μετὰ σφῶν διώκοντας Δαρεῖον ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα.

---

*) Fallitur Droysenius l. c. p. 94, quod Anaximenem peditum triginta quattuor millia attulisse opinatur; neque scio, unde idem v. d. habeat, quod Callisthenem narrat Alexandro quadraginta millia peditum tribuisse.

Quae ab aliis scriptoribus de numero in hac pugna caesorum narrata sunt, diligenter collegerunt et examinarunt Intpp. ad Curt. III, c. 11. §. 27. (XXIX, 27. Mütz.) In Justini loco XI, c. 9. §. 10. pro: „unum et sexaginta" recte Freinshemius emendavit: „centum et sexaginta." Bene etiam Gronovius ad Arr. l. c. annotavit, respexisse huc Plutarchum in libro II de fort. Alex. c. IX verbis hisce: „*αἵματι κεκραμένους ποταμοὺς ἔπιε καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη.*" — Quod vero censet Droysenius l. c. p. 165. ann. 19. de Ptolemaei fide in hostium caesorum numeris afferendis: „Wie hoch auch sonst die Glaubwürdigkeit des Ptolemaeus (und Aristobulus) sein mag, in diesem einen Punkte der Zahlen feindlicher Truppen haben sie bisweilen ihren Muth und Ruhm mit eingerechnet", quamvis in universum minime negaverim, in hunc tamen locum non videtur adhibendum.

FRAGM. VI.

Arr. Exp. Alex. II, 12, 5. sqq. (3 sqq.)

De consolatione, qua post Issicum proelium Alexander Darii matrem, coniugem, liberos sublevat.

Ἀλλὰ λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, τῆς νυκτὸς αὐτῆς ἧ ἀπὸ τῆς διώξεως τῆς Δαρείου ἐπανῆκεν ἐς τὴν σκηνὴν παρελθόντα αὐτὸν τὴν Δαρείου, ἥτις αὐτῷ ἐξῃρημένη ἦν, ἀκοῦσαι γυναικῶν-οἰμωγὴν καὶ ἄλλον τοιοῦτον θόρυβον οὐ πόῤῥω τῆς σκηνῆς· πυθέσθαι οὖν, αἵτινες γυναῖκες καὶ ἀνθ' ὅτου οὕτως ἐγγὺς παρασκηνοῦσι. Καί τινα ἐξαγγεῖλαι, ὅτι, ὦ βασιλεῦ, ἡ μήτηρ τε καὶ ἡ γυνὴ Δαρείου καὶ οἱ παῖδες, ὡς ἐξηγγέλθη αὐταῖς ὅτι τὸ τόξον τε τοῦ Δαρείου ἔχεις καὶ τὸν κάνδυν τὸν βασιλικὸν καὶ ἡ ἀσπὶς ὅτι κεκόμισται ὀπίσω ἡ Δαρείου, ὡς ἐπὶ τεθνεῶτι Δαρείῳ ἀνοιμώζουσι. Ταῦτα ἀκούσαντα Ἀλέξανδρον πέμψαι πρὸς αὐτὰς Λεοννάτον, ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐντειλάμενον φράσαι ὅτι ζῇ Δαρεῖος· τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὸν κάνδυν ὅτι φεύγων ἀπέλιπεν ἐπὶ τῷ ἅρματι, καὶ ταῦτα ὅτι μόνα ἔχει Ἀλέξανδρος. Καὶ Λεοννάτον παρελθόντα ἐς τὴν σκηνὴν τά τε περὶ Δαρείου εἰπεῖν καὶ ὅτι τὴν θεραπείαν αὐταῖς ξυγχωρεῖ Ἀλέξανδρος τὴν βασιλικὴν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον καὶ καλεῖσθαι βασιλίσσας, ἐπεὶ οὐ κατὰ ἔχθραν οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον πρὸς Δαρεῖον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμῆσθαι ἐννόμως. — Ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσι.

Iisdem auctoribus eadem de re videtur usus esse Plutarchus in Vit. Alex. c. 21. Cf. Ann. ad Aristob. Fragm. VII.

Apud Diodorum XVII, c. 37 legitur, per eundem Leonnatum Alexandrum paulo ante quam in castra redierit de adventu suo certiores fecisse captivas. Magis etiam oratorie res exornata est apud Curtium III, c. 12 (XXX), 6., ubi narratur, „primo Mithrenem, qui Sardis tradiderit, peritum linguae Persicae, ire ad consolandas captivas a rege iussum, deinde autem Alexandrum veritum, ne proditor captivarum iram doloremque renovaret, Leonnatum ex purpuratis suis misisse." Justinus XI, c. 9. ipsius Alexandri cum hoc Leonnati adventu male confudit. — De amicitia, quae Darii matri (cuius nomen Σισύγγαμβρις apud Diodorum (cf. Freinsh. ad l. c.), Sisygambim apud Curtium (cf. Mützell ad III, 3, 22. (VIII, 22)) exhibetur) postea intercedebat cum Alexandro, cf. Ptolem. Fragm. IX. et Diod. XVII, c. 118. Uxorem Darii eandem sororem eius fuisse colligitur ex Arr. II, c. 11. (cf. Ellendt. ad h. l.) et Justin. XI, c. 9. De eximia eius filiarumque venustate vid. Plut. in Vit. Alex. c. 21. et Arrian. IV, c. 19. Sunt vero, qui supra appellantur οἱ παῖδες, duae filiae et puer infans Darii, quos memorat praeter Arrianum, Plutarchum, Curtium ll. cc. Diodorus XVII, c. 36. — Ceterum non dubitavimus in textum recipere παρασκηνοῦσι pro vulg. παρασκηνοῦσαι ex emendatione Sintenisii in Censura Arr. ed. Krüg. (Jahn's Jahrb. XVI. II. p. 147.)

FRAGM. VII.

Arr. Exp. Alex. III, 3, 9 (5).

De serpentibus Alexandri exercitum ad Ammonium ducentibus.

Πτολεμαῖος μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος φωνὴν ἱέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας πιστεύσαντας τῷ θείῳ· τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίσω αὖθις. Ἀριστόβουλος δὲ, καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει, κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας.

His addit Arrianus: *καὶ ὅτι μὲν θεῖόν τι ξυνεπέλαβεν αὐτῷ ἔχω ἰσχυρίσασθαι, ὅτι καὶ τὸ εἰκὸς ταύτῃ ἔχει· τὸ δὲ ἀτρεκὲς τοῦ λόγου ἀφείλοντο οἱ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξηγησάμενοι.* Schmiederus ad h. l. annotat, haud incredibile esse etiam serpentes in desertis arenosis, si fugae se mandent, cultiora loca ubi nidificent petere. Qua interpretatione Aristobuli quidem atque reliquorum narrationes de corvis exercitui praevo-

lantibus haud inepte posse illustrari et ad probabilitatis quandam speciem revocari lubenter concedimus, in Ptolemaei tamen anguibus vociferantibus exercitumque et ducentibus ad Ammonium et reducentibus, utcunque te verteris, portentosi et miraculosi quid residere certissimum est. Quaeritur tantum, quomodo factum sit, ut Ptolemaeus alioquin ab eiusmodi fabulis alienissimus tam mirae narrationi locum dederit. Vera causa et ratio fortasse haec fuerit. In Commentatione nostra de Ptolemaei Vita c. III, p. 44. sqq. expositum est, Rhodios, ubi Lagidae auxilio a molestissima Demetrii Poliorcetae obsidione liberati essent, ut gratos huic regi animos singulari quodam documento testificarentur, missis legatis Ammonem deum consuluisse, an divinis honoribus Ptolemaeum patriae servatorem (Σωτῆρα) fas esset venerari. Quod quum lubenter oraculum Rhodiis annuisset, quid mirum quod Ptolemaeus, tanto munere deo obstrictus, bene cavebat ne in Alexandri itinere ad eundem deum describendo in dubitationem vocare videretur divini auxilii miraculum, quo Ammon pater Alexandri filii caritatem olim demonstrasse credebatur. Quare haec fabula non ex caeco isto, quod in aliis Alexandri rerum scriptoribus denotatur, miraculorum studio deducenda, nec tam ad Alexandri quam Ammonis dei adulationem quandam est referenda. Quodsi cogitamus, Ptolemaeo, novo Aegypti regi, huius potissimum dei gratia quanti fuerit aestimanda*), facile in pia hac fraude Lagidae connivebimus. Hinc etiam illud apparet, serpentes cur fuisse narrentur, qui divinum Alexandro auxilium praestiterint. Spectat videlicet illud ad portentosam Alexandri ab eodem deo originem, quippe qui serpentis specie Olympiadi concubuisse ferebatur, qua de re cf. Plut. in Vit. Alex. c. 2—3. Justin. XII, 16. Freinsh. Suppl. in Curt. I, 1, 14. et Comment. nostr. „Die Alexander-Mythen vergl. mit den sogen. Evangel. Mythen", quae inserta est Illgenii Ephemeridibus Theologiae historicae T. II. F. III. Nr. IV. 1838. (Lips. ap. Barth.) Ceterum reliqui scriptores, qui eam rem attigerunt, omnes Aristobuli vel Callisthenis (apud Strab. XVII, T. VI. p. 589. Tzsch. (813. Cas.) et Plut. Vit. Alex. 26 - 27) auctoritati obsequuti corvos itineris duces memorant (cf. Diod. XVII, 49. Curt. IV, 7. Justin. XI, 11. Eustath. ad Dionys. v. 212.), unus Auct. Itiner. Alex. c. 50 iuxta corvos draconum mentionem fecit, Ptolemaei, ut solet, auctoritati unice adstrictus.

*) Cf. Droysen. de Lagid. Regn. p. 4.: „Non dubium est, quin haec regio (Ammonii) Lagidarum ut postea Romanorum sub ditione fuerit immunis, ut Mannertus putat, religionis causa."

FRAGM. VIII.

Arr. Exp. Alex. III, 4, 8 (5).

De itinere, quo Alexander ex Ammonio in Aegyptum reversus esse traditur.

Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασε καὶ τῷ θεῷ ἐχρήσατο· καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἴγυπτον, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

Cum Aristobulo videntur consentire Curtius IV, c. 8. (XXXIII, 1. cf. Mütz. ad h. l.) Justinus XI, c. 11., Diodorus XVII, c. 52., qui quidem perperam etiam Alexandriae condendae consilium hoc in reditu ex Ammonio ab Alexandro et captum et perpetrari inceptum esse tradunt. Recte vero Auctor Itiner. Alex. c. 59., „Alexandro ex Ammonio reduce facto conditum Alexandriae iam adolevisse et moenia docet surrexisse." cf. Arr. Exp. Alex. III, c. 1. Plut. Vit. Alex. c. 26. De ipsa autem hac Ptolemaei et Aristobuli discrepantia Droysenius Hist. Alex. p. 214. ann. 12. ita existimat: „Trotz der unklaren Critik Barbiés ist die letztere Angabe (des spätern Königs Aegyptens) wohl richtiger, da der Umweg über Paraetonium und Alexandria jetzt, nach dem Vertrage mit Cyrene, keinen Zweck mehr gehabt hätte." — Denique quae sequitur apud Arrianum Ammonii adumbratio, ad quam proxime accedit Auct. Itiner. Alex. c. 51., tota videtur ex Ptolemaei commentariis hausta esse. De loco ubi situm erat templum Ammonis haec attulit Van der Chys in Comment. Geogr. in Arr. l. c. (p. 55): „Seriori tempore iterum innotuit per peregrinatores Europaeos Brownium, Hornemannum et Minutolium, quorum relationes in compendium redegit Heerenius Op. Hist. V. XIII. p. 210. Erat autem locus, ubi nunc conspiciuntur rudera satis integra templi Ammonis, simul deversorium vel statio mercatorum, unde fiebat ut tam crebro eo venirent; hodie Siwah dicitur. Ichnographiam ruderum et regionis circumiacentis exhibet Heeren l. c. p. 212; templum hodie dicitur Birbe vel Umebeda, constat autem duabus partibus, pronao et templo interiore; ut ex ruderibus videre licet, aedificium non erat magni ambitus, sed secundum morem antiquissimorum Aegyptiorum exstructus. Tam extrinsecus quam intrinsecus muri hieroglyphis sunt inscripti, et quaedam etiam eorum pars picturis viridis et caerulei coloris erat tecta."

FRAGM. IX.

Arr. Exp. Alex. III, 17, 11 (6).

De precibus a Darii matre pro Uxiorum gente interpositis.

Ταῦτα τὰ γέρα παρ' Ἀλεξάνδρου λαβόντες χαλεπῶς εὕροντο δεόμενοι παρ' αὐτοῦ τὴν χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες φόρους ὅσα ἔτη Ἀλεξάνδρῳ ἀποφέρειν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου, δοῦναί σφισι τὴν χώραν οἰκεῖν.

Narrata est in antecedentibus apud Arrianum l. c. insignis clades Uxiorum montanorum, qui nisi iisdem, quae priores Persarum reges ipsis largiri soliti essent, donis ab Alexandro acceptis, transitum eius in Persidem concessuros sese negaverant. cf. Arr. l. c. §. 2. Huc spectat ironice illud dictum: *ταῦτα τὰ γέρα* sqq. — Ipsum Ptolemaeum huic interfuisse expeditioni, luculenter apparet ex Arr. III, 18, 13. Quo magis intelligitur, quantum tribuendum sit rhetoricis Curtii (V, c. 3. (X sqq.)) declamationibus, quibus simplicem Lagidae narrationem pro more suo ita exornavit, ut falsa plurima veris mixta habeat. Ita, ut hoc unum afferamus, falsa sunt, quae (XL, 15) de plenissima Uxiorum immunitate ab Alexandro concessa apud Curtium perhibentur, quum Arriani vel potius Ptolemaei testimonio constet, tributum annuum equorum, iumentorum, pecudum iis impositum esse; quod vero pecunia iis non esset imperata, hoc unum causae fuisse, quod pecunia signata barbari isti prorsus carerent. Quare sicuti alias ferocitatem et immanitatem, ita hoc loco Alexandri moderationem et clementiam, rhetorici tumoris studio ductus una cum Clitarcho exaggerare Curtius non dubitavit.

FRAGM. X.

Arr. Exp. Alex. III, 26.

De Philotae condemnatione et supplicio.

Ἐνταῦθα καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν τοῦ Παρμενίωνος ἔμαθεν Ἀλέξανδρος, καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος ὅτι προηγγελμένην ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ, οὐ μέντοι πιστή γε ἐφάνη τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι εἵνεκα καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνά τε τὸν πατέρα τὸν Φιλώτα τιμῆς καὶ ἐς αὐτὸν Φιλώταν πίστεως. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει εἰσαχθῆναι ἐς Μακεδόνας Φιλώταν· καὶ κατηγορῆσαι μὲν αὐτοῦ ἰσχυρῶς Ἀλέξανδρον, ἀπολογήσασθαι

δὲ αὐτὸν Φιλώταν· καὶ τοὺς μηνυτὰς τοῦ ἔργου παρελθόντας ἐξελέγξαι Φιλώταν τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἄλλοις τε ἐλέγχοις οὐκ ἀφανέσι καὶ μάλιστα δὴ ὅτι αὐτὸς Φιλώτας πεπύσθαι μὲν ἐπιβουλήν τινα Ἀλεξάνδρῳ παρασκευαζομένην συνέφη, ἐξηλέγχετο δὲ κατασιωπήσας ταύτην πρὸς Ἀλέξανδρον, καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκηνὴν ὁσημέραι τὴν Ἀλεξάνδρου φοιτῶν· καὶ Φιλώταν μὲν κατακοντισθῆναι πρὸς τῶν Μακεδόνων καὶ ὅσοι ἄλλοι μετέσχον αὐτῷ τῆς ἐπιβουλῆς, ἐπὶ Παρμενίωνα δὲ σταλῆναι Πολυδάμαντα, ἕνα τῶν ἑταίρων, γράμματα φέροντα παρ' Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρόν τε καὶ Σιτάλκην καὶ Μενίδαν· οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ἧς ἦρχε Παρμενίων τεταγμένοι ἦσαν. Καὶ πρὸς τούτων ἀποθανεῖν Παρμενίωνα, τυχὸν μὲν ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλέξανδρος Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ ἐπιβουλεύματος, τυχὸν δὲ ὅτι, εἰ καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνῃρημένου, ἐν τοσαύτῃ ὢν ἀξιώσει παρά τε αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα, μὴ ὅτι τὸ Μακεδονικόν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ὧν πολλάκις καὶ ἐν μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος κατὰ πρόσταξιν τὴν Ἀλεξάνδρου ξὺν χάριτι ἐξηγεῖτο.

Philotae causam in Drangiana terra actam esse, et Arrianus (l. c. 25) testatur et comprobant Diodorus (XVII, 78), Strabo (t. VI. l. XV. p. 180. (724)), Curtius VI, 6 (XXIV, 36). Quomodo autem Alexander iam pridem in Aegypto de Philotae certior factus sit insolentia ac protervitate, docemur loco Plutarchi in Vit. Alex. c. 48 et 49. (cf. de Fort. Alex. or. II, c. 7.) Ceterum iure mireris, quod Arrianus ipsa Philotae coniuratione prorsus praetermissa et ne verbo quidem mentione facta Dimni, Nicomachi, Cebalini, eius sociorum, satis habet attulisse, quae de illius condemnatione et supplicio in Lagidae commentariis conscripta essent. Secus a Curtio videmus factum esse, quippe qui Clitarchi, ut solet, vestigia premens, in hoc potissimum argumento rhetoricas artes exercuerit (cf. Mütz. ad VI, 44, 40.). Probe autem tenendum est, Ptolemaeum his omnibus praesentem interfuisse (cf. Arr. l. c. 28.), quare quae huius auctoritati apud Arrianum debentur, iis quae reliqui scriptores eadem de re prodiderunt longo sunt praeferenda, neque, ut hoc unum annotemus, Curtio fides habenda, qui coniurationis reos saxis obrutos esse tradidit, quos Ptolemaeus telis percussos testatur. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 296. ann. 19. — Ceterum ab initio recepimus cum Krügero plerorumque codd. et edd. scripturam

προηγγελμένην non *προσηγγελμένην*, quod ex cod. opt. dederunt Schmied. et Ellendtius. Perversa autem, quam Ell. in hoc loco notavit, verborum coniunctio meliore Krügeri interpunctione tollitur. Deinde ex auct. cod. opt. cum Ellendtio scripsimus *μηνυτὰς* pro vulg. *ἐπιμηνυτὰς*, quod praetulit Krüg. Eandem auctoritatem sequuti sumus in verbis: *ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλέξανδρος* sqq., ubi miramur vulg. *Ἀλεξάνδρῳ* praehabitam esse Krügero, quamquam v. *δοκεῖν* haud raro Arrianus existimandi significatione utatur. cf. Ell. ad h. l. Denique in verbis: *σφαλερὸς ἤδη ἦν Παρμενίων* insertum v. *περιών*, quod recepit Krüg., quum non legatur in cod. opt., cum Ellendtio omisimus.

FRAGM. XI.

Arr. Exp. Alex. III, 29, 10 (6). — 30, 11 (5).

Bessus Ptolemaeo duce capitur et Darii perfidiose necati poenas luit.

Περάσας δὲ τὸν Ὦξον ποταμὸν (ὁ Ἀλέξανδρος) ἦγε κατὰ σπουδὴν ἵνα Βῆσσον εἶναι ξὺν τῇ δυνάμει ἐπυνθάνετο· καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνοῦνται παρὰ Σπιταμένους καὶ Δαταφέρνου πρὸς αὐτὸν ἀγγέλλοντες ὅτι Σπιταμένης καὶ Δαταφέρνης, εἰ πεμφθείη αὐτοῖς καὶ ὀλίγη στρατιὰ καὶ ἡγεμὼν τῇ στρατιᾷ, ξυλλήψονται Βῆσσον καὶ παραδώσουσιν Ἀλεξάνδρῳ· ἐπεὶ καὶ νῦν ἀδέσμῳ φυλακῇ φυλάσσεσθαι πρὸς αὐτῶν Βῆσσον. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν Ἀλέξανδρος, αὐτὸς μὲν ἀναπαύων ἦγε τὴν στρατιὰν σχολαίτερον ἢ πρόσθεν. Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου ἀποστέλλει τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίας τρεῖς ἄγοντα καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ξύμπαντας, πεζῶν δὲ τήν τε Φιλώτα τάξιν καὶ τῶν ὑπασπιστῶν χιλιαρχίαν μίαν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας πάντας καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, σπουδῇ ἐλαύνειν κελεύσας ὡς Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην. Καὶ Πτολεμαῖος ᾔει ὡς ἐτέτακτο, καὶ διελθὼν ἐν ἡμέραις τέσσαρσι σταθμοὺς δέκα ἀφικνεῖται ἐς τὸ στρατόπεδον οὗ τῇ προτεραίᾳ ηὐλισμένοι ἦσαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην βάρβαροι.

Ἐνταῦθα ἔμαθε Πτολεμαῖος ὅτι οὐ βεβαία τῷ Σπιταμένῃ καὶ Δαταφέρνῃ ἡ γνώμη ἐστὶν ἀμφὶ τῇ παραδόσει τοῦ Βήσσου. Τοὺς μὲν δὴ πεζοὺς κατέλιπε, προστάξας ἕπεσθαι ἐν τάξει, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐλάσας ἀφίκετο πρὸς κώμην τινὰ, ἵν' ὁ Βῆσσος ἦν ξὺν ὀλίγοις στρατιώταις. Οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην μετακεχωρήκεσαν ἤδη ἐκεῖθεν, καταιδεσθέντες αὐτοὶ παραδοῦναι τὸν Βῆσσον. Πτολεμαῖος δὲ περιστήσας ἐν κύκλῳ τῆς κώμης τοὺς ἱπ-

πέας (ἦν γάρ τι καὶ τεῖχος περιβεβλημένον καὶ πύλαι κατ' αὐτὸ) ἐπεκηρυκεύετο τοῖς ἐν τῇ κώμῃ βαρβάροις, ἀπαθεῖς σφᾶς ἀπαλλάσσεσθαι παραδόντας Βῆσσον. Οἱ δὲ ἐδέχοντο τοὺς ξὺν Πτολεμαίῳ ἐς τὴν κώμην· καὶ Πτολεμαῖος ξυλλαβὼν Βῆσσον ὀπίσω ἐπανῄει· προπέμψας δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρον ὅπως χρὴ ἐς ὄψιν ἄγειν Ἀλεξάνδρου Βῆσσον· καὶ Ἀλέξανδρος γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντα οὕτως ἄγειν ἐκέλευσε καὶ καταστήσαντα ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ᾗ αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρελάσεσθαι ἔμελλε. Καὶ Πτολεμαῖος οὕτως ἐποίησεν.

Ἀλέξανδρος δὲ ἰδὼν τὸν Βῆσσον, ἐπιστήσας τὸ ἅρμα ἤρετο, ἀνθ' ὅτου τὸν βασιλέα τὸν αὐτοῦ καὶ ἅμα οἰκεῖον καὶ εὐεργέτην γενόμενον Δαρεῖον τὰ μὲν πρῶτα ξυνέλαβε καὶ δήσας ἦγεν, ἔπειτα ἀπέκτεινε; Καὶ ὁ Βῆσσος οὐ μόνῳ οἷ ταῦτα δόξαντα πρᾶξαι ἔφη, ἀλλὰ ξὺν τοῖς τότε ἀμφὶ Δαρεῖον οὖσιν, ὡς σωτηρίαν σφίσιν εὑρέσθαι παρ' Ἀλεξάνδρου. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοῖσδε μαστιγοῦν ἐκέλευεν αὐτὸν καὶ ἐπιλέγειν τὸν κήρυκα ταὐτὰ ἐκεῖνα ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πύστει ὠνείδισε. Βῆσσος μὲν δὴ οὕτως αἰκισθεὶς ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα ἀποθανούμενος. — Καὶ ταῦτα Πτολεμαῖος ὑπὲρ Βήσσου ἀνέγραψεν.

His addit Arrianus, Aristobulum a Ptolemaeo eo dissentire, Bessum quod ab ipso Spitamene et Dataphernе captum et Alexandro traditum esse scripserit. Eadem leguntur apud Diodorum (XVII, c. 83.) et Curtium (VII, c. 4. et 5. cf. Mütz. ad VII, 22, 26.). Plutarchus autem (Vit. Alex. c. 43.), Strabo (T. IV. l. XI. p. 523—24. Tzsch.) et Justinus (XII, 5.) brevius eam rem attigerunt. De Bessi supplicio cf. etiam Snte-Croix l. c. p. 315 sqq. — Ptolemaeum vero etiam in his unus omnium maxime sequuntus est Auctor Itiner. Alex. c. 78, qui de longiore ista Ptolemaei narratione haec excerpsit: „Quin etiam nuntiatur iam planiora peregrinantibus, Besum ibi vinctum a suis communi pretium culpae servari pro his, quibuscum fugerat, reum. Quare exim iter solito patientius facit. Ptolomaeum vero Lagi praeire susceptum Besum ad seque perducere antemittit. Nec mora, vinctus affertur, unaque flamma eius irae exstincta. Ita increpitum perfidiae servilis, eoque nomine verberatum, ad poenae comperendinationem custodiri in tempora mandat. In ceteros venia liberalis." Droysenius (Hist. Alex. p. 308—9.) narrationem Ptolemaei, quippe qui non interfuerit solum huic expeditioni sed praefuerit, reliquis omnibus iure censet esse praeferendam. Erat autem haec prima expeditio Ptolemaei σωματοφύλακος, qua dignitate post condemnationem Demetrii, qui cum Philota conspirasse videbatur, a rege ornatus erat.

Cf. Comment. nostr. de Ptolem. Vit. p. 10. — Quod ad verborum vel structuram vel scripturam attinet, primum recte Krügerus pro vulg. *ταῦτα ἐκεῖνα ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πίστει ὠνείδισε*, ex codice Parisino dedit: *ταὐτὰ ἐκεῖνα ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πύστει ὠνείδισε*. Dein quod de aoristo *ἀνέγραψεν*, cuius loco in edd. Vulc. et Blanc. et uno cod. Flor. perfectum *ἀναγέγραφεν* legitur, Ellendtius annotavit, „Arrianum cum a variis quos sequeretur scriptoribus narrata tanquam sua describeret, aoristum posuisse, cum autem ipsius scriptoris quem ante oculos haberet, verba describeret, perfecto usum esse", haec observatio quamvis internae horum temporum rationi satis fuerit consentanea, usu tamen non comprobatur. Ex ipsis enim locis ab Ellendtio allatis, nusquam sibi constitisse in hac ratione adhibenda Arrianum, apparet. Quod vero addit idem vir doctus, Arrianum perfecto etiam tum uti solere, cum lectores facere vellet certiores, quosnam potissimum sequutus esset auctores, ea lex qua ratione vel disciplina grammatica nitatur, equidem non assequor. Nonne iis in locis, quibus aoristum posuit, idem voluit Arrianus? Nobis quidem duplex potius ratio, quam Arrianus in his temporibus adhibendis sequutus est, unice videtur in eo versari, ut perfecto fontium auctoritas fortius affirmando efferatur, quam aoristo, unde consentaneum est, quibus in locis ille perfecto usus sit, ibi ipsa auctoris verba accuratius servata esse. cf. VII, 18, 1. (Aristob. Fragm. XXXIX). Ipsissimis autem, quod vulgo dicunt, auctoris verbis nusquam Arrianus videtur usus esse.

FRAGM. XII.

Arr. Exp. Alex. IV, 3, 10—11. (5.)

De sorte incolarum urbis cuiusdam Sogdianae post seditionem recuperatae.

Τὴν δὲ ἑβδόμην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβε, Πτολεμαῖος μὲν λέγει ὅτι αὐτοὺς σφᾶς ἐνδόντας, Ἀριστόβουλος δὲ ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε καὶ ὅτι πάντας τοὺς καταληφθέντας ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε. Πτολεμαῖος δὲ κατανεῖμαι λέγει αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους τῇ στρατιᾷ, καὶ δεδεμένους κελεῦσαι φυλάττεσθαι ἔςτ' ἂν ἐκ τῆς χώρας ἀπαλλάττηται αὐτός, ὡς μηδένα ἀπολείπεσθαι τὴν ἀπόστασιν πραξάντων.

Septem urbes Sogdianae, inter quas Gaza et Cyropolis, a Spitamene potissimum reliquisque Bessi sociis concitatae, seditione facta Macedonum praesidia trucidaverant. Quarum sex

vi recuperatae et deletae poenas dederant, de septima hoc loco agitur. cf. Arr. l. c. § 5. Apud Curtium VII, 6, ubi eadem res tractatur, alia negligentius omissa alia ita confusa sunt, ut iure Freinshemius ad h. l. de „dissentanea et intricata hac tota Curtii narratione“ conqueratur. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 317. ann. 46. De regionibus illis uberrime egit Mütz. ad Curt. VII, 25, 1. cf. annot. ad 26, 10. Plutarchus, Diodorus, Iustinus de deletis his urbibus nihil afferunt, Iustinus tamen (XII, 5.) Alexandriam et duodecim alias urbes in his regionibus conditas memorat. Denique Auctor Itiner. Alex. c. 82 et 83. etiam in his Ptolemaeum sequutus: „Quae vero septima, inquit, civitas exempli metu ad modestiam ducta est.“ Santo-Crucius l. c. p. 331. de hac Ptolemaei et Aristobuli discrepantia his queritur: „Quel moyen peut-il y avoir de concilier deux écrivains, témoins oculaires du même événement? Ce moyen ne pourroit se trouver que dans leurs propres récits. Malheureusement nous n'avons ceux d'Aristobule et Ptolémée, Arrien fait bien sentir la différence de leurs opinions, mais il ne les discute point.“

FRAGM. XIII.

Arr. Exp. Alex. IV, 14, 1—2.

De Callisthene, Hermolai et Sostrati coniurationis auctore et suasore.

Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς (Ἑρμόλαος καὶ Σώστρατος) ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον.

De Hermolai et Sostati coniuratione praeter Arrianum (l. c. 13 sqq.) egerunt Curtius (VIII., c. 6—9.) et Plutarchus (Vit. Alex. c. 55.), quorum alter hac potissimum usus narratione ad rhetoricas artes ostentandas copiosius rem tractavit, alter brevius attigit. De Callisthene apud illum (c. 6. XXIII, 24.) haec leguntur: „Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat, sed solitum puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque faciles aures praebere. Quidam adiiciunt, quum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem, meminisse debere eos iam viros esse; idque an

ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum iuvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse." Similia habet Plutarchus l. c., qui quidem addit: *καίτοι τῶν περὶ Ἑρμόλαον οὐδεὶς οὐδὲ διὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης τοῦ Καλλισθένους κατεῖπεν. Ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος αὐτὸς εὐθὺς Κρατέρῳ γράφων καὶ Ἀττάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ φησὶ τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα πράξειαν, ἄλλος δὲ οὐδεὶς συνειδείη· Ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον καὶ τὸν Καλλισθένην συνεπαιτιασάμενος* sqq. cf. Diog. Laert. 5, 1. 10. Ex recentioribus viris doctis Westermannus in Comment. de Callisthenis Olynthii vita et scriptis (Lips. 1838) p. 13. num revera istius coniurationis conscius fuerit Callisthenes nec ne ad liquidum negat perduci posse, (cf. Sevin. Act. Academ. Paris. t. XI. p. 209. Stahr. Aristotel. t. I. p. 128. ann. 1.) Droysenius contra in Hist. Alex. p. 357. ann. 89 de Callisthenis culpa non dubitandum esse existimat, quod indicium contra Westermannum sustentare conati sumus in Jahnii Ephemerid. t. XXVI. fasc. II. (1839) p. 183 sqq. Recentissimus Callisthenis defensor extitit Mützellius ad Curt. VIII, 23, 25, qui Westermanni commentationes de hoc argumento prorsus videtur ignorasse. Ceterum cf. Lib. VI, c. I.

FRAGM. XIV.

Arr. Exp. Alex. IV, 14, 5. (3.)

De Callisthenis exitu.

Καλλισθένην δὲ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν.

De hac auctorum fide dignissimorum discrepantia mirabundus exclamat Arrianus: *Οὕτως οὐδὲ οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς ὅπως ἐπράχθη ξύμφωνα ἀνέγραψαν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἄλλοι ἄλλως ἀφηγήσαντο. ἀλλ' ἐμοὶ ταῦτα ἀποχρῶντα ἔστω ἀναγεγραμμένα.* — Cum Ptolemaeo consentit Curtius VIII, (XXIX, 21. cf. Mütz. ad h. l.) et Auct. Itiner. Alex. c. 92.; cum Aristobulo autem Chares ap. Plutarchum in Vit. Alex. c. 55. (Fragm. VIII.), qui Callisthenem post detectam Hermolai coniurationem septem menses custoditum, ut coram Aristotele in iudicio sisteretur, eo tempore, quo apud Mallos Alexander vulnus acciperet, in India inflato ventre ac phthiriasi mortuum esse tra-

dit. cf. Plut. Vit. Sull. c. 36. Diog. Laert. 5, 1, 5. et Suid. s. v. *Καλλισθ.*; quos locos adscripsit Westermannus de Callisth. Olynth. Vit. p. 14. Atque hanc Charetis Mytilenaei, auctoris fide dignissimi, narrationem, praesertim quum ab Aristobuli relatione nihil fere discrepet, praeferendam esse et Ptolemaei auctoritati, qui hoc quidem loco memoria videtur lapsus esse, et aliis, quae de Callisthenis interitu circumferebantur, recte iam vidit Droysenius in Hist. Alex. p. 357. ann. 89. cf. quae a nobis sunt annotata in Jahnii Epherherid. l. c. et Lib. VI. c. I. de Vit. Callisth. Prorsus autem inepta et absurda sunt quae leguntur apud Justinum XV, c. 3. cf. Ovid. Ib. v. 519. Diog. Laert. l. c. Schol. Lucian. dial. mort. 13, 6. et 14; 4. Tatian. orat. adv. Graec. c. 2. Suid. s. v. *Καλλισθ.* et *Νεόφρων*.

FRAGM. XV.

Arr. Exp. Alex. IV, 25, 6. (4.)

De hominum et boum numero post cruentam Indorum cladem captorum.

Καὶ λέγει Πτολεμαῖος ἀνθρώπους μὲν ληφθῆναι τοὺς πάντας ὑπὲρ τετρακισμυρίους, βοῶν δὲ ὑπὲρ τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας· καὶ τούτων τὰς καλλίστας ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρουσαι αὐτῷ κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐς Μακεδονίαν ἐργάζεσθαι τὴν χώραν.

Narrata sunt in antecedentibus proelia cum Indiae superioris incolis ad Choaspem sive Euaspla flumen (de quo cf. Ellendtii annotat. ad Arr. l. c. 24. init. Droysen. Hist. Alex. p. 367. ann. 16. et Mützell. ad Curt. VIII, 37, 22), quibus Lagida maximam partem ipse dux interfuerat (cf. Arr. l. c. 23, 6. 24, 4. et 14.), quare, quae apud Arrianum de his pugnis conscripta sunt, ex Ptolemaei potissimum commentariis hausta esse non miraberis. Ptolemaeum sequutus Auctor Itiner. Alex. c. 15 haec habet: „Ducenta denique triginta boum millia illic capta formae merito destinat Alexander una captivis Macedoniae cultum agros suorum et suosce." De bobus istis annotat Droysenius l. c. p. 369. ann. 17: „Es ist eine merkwürdige Bestätigung dieser Notiz, dass noch heute in jenen Gegenden mit Stieren geackert wird." cf. Bohlenii librum, qui inscribitur: das alte Indien. T. I. p. 40.

FRAGM. XVI.

Arr. Exp. Alex. V, 14, 9. (5) — 15, 5. (3.)

De pugna contra Porum ad Hydaspem facta.

Ἀλλὰ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτῳ καὶ ἐγὼ ξυμφέρομαι, ἄλλως λέγει· ἐκπεμφθῆναι μὲν γὰρ τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου λέγει καὶ οὗτος, ἀλλ᾽ οὐχ ἑξήκοντα μόνα ἅρματα ἄγοντα. Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Πῶρον ἀκούσαντα ἐκ τῶν σκοπῶν ὅτι δὴ ἢ αὐτὸς Ἀλέξανδρος διαβέβηκε τοῦ Ὑδάσπου τὸν πόρον ἢ μέρος γέ τι τῆς στρατιᾶς, σὺν ἑξήκοντα ἅρμασι μόνοις ἐκπέμψαι τὸν αὑτοῦ παῖδα· ἃ δὴ ὡς μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν ἐκπεμπόμενα πολλά τε καὶ οὐκ εὔζωνα ἐς τὴν ἀποχώρησιν ἦν, ὡς δὲ εἰς τὸ εἶρξαί τε τοὺς οὔπω πεπερακότας τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἤδη ἐκβεβηκόσιν ἐπιθέσθαι, οὐδαμῇ ἀξιόμαχα. Ἀλλὰ δισχιλίους γὰρ λέγει ἱππέας ἄγοντα ἀφικέσθαι τὸν Πώρου παῖδα, ἅρματα δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον.

Καὶ ἐπὶ τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐκπέμψαι Ἀλέξανδρον καὶ οὗτος λέγει τοὺς ἱπποτοξότας, αὐτὸν δ᾽ ἄγειν τοὺς ἱππέας· προσάγειν γὰρ οἰηθῆναι Πῶρον ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ· τὴν δὲ ἵππον ταύτην προτεταγμένην αὐτῷ προπορεύεσθαι πρὸ τοῦ ἄλλου στρατοῦ ὡς δὲ κατέμαθεν ἀτρεκῶς τὸ πλῆθος τὸ τῶν Ἰνδῶν, ἐνταῦθα δὴ ὀξέως ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς ξὺν τῇ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἵππῳ· τοὺς δὲ ἐγκλῖναι, ὡς Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν κατεῖδον καὶ τὸ στῖφος ἀμφ᾽ αὐτὸν τῶν ἱππέων, οὐκ ἐπὶ μετώπῳ, ἀλλὰ κατ᾽ ἴλας ἐμβεβληκός. Καὶ τούτων ἱππέας μὲν πεσεῖν ἐς τετρακοσίους, πεσεῖν δὲ καὶ τοῦ Πώρου τὸν παῖδα· τὰ δὲ ἅρματα αὐτοῖς ἵπποις ἁλῶναι ἔν τε τῇ ἀποχωρήσει βαρέα γενόμενα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ὑπὸ πηλοῦ ἀχρεῖα.

Ex antecedentibus, quae ad hunc Ptolemaei locum pertinent, haec fere tenenda sunt. Alexander diutius iam citra rapidissimum Hydaspem fluvium castris positis quum variis artibus Porum de suo fluminis traiiciendi consilio fefelisset, relicto Cratero cum parte copiarum ipse cum reliquo exercitu nocte intempesta ad locum, qui opportunissimus esse videbatur, profectus una cum Ptolemaeo*), Perdiccâ, Lysimacho,

*) Notandus h. l. est error Droysenii in Hist. Alex. p. 390., ubi Lagidam iis copiis ab Alexandro praefectum esse tradidit, quae intra castra et insulam, ex qua transitus parabatur, relictae erant;

Seleuco in alteram ripam pervenerat. Conspectus autem ab Indorum speculatoribus, qui Porum citato cursu ea de re certiorem faciunt, aciem ita instruit, ut ipse cum equitatu primo Pori impetui occurrat, Taurenem vera toxarcham cum reliquis copiis quam celerrime subsequi iubeat. Atque de his quidem inter Ptolemaeum et Aristobulum convenit. Iam vero Aristobulus Pori filium cum sexaginta curribus prius adventasse narrat quam Alexander ad ipsam appulerit ripam citeriorem, eumque dummodo impetum in Macedones celerius fecisset, Alexandri transitum facile potuisse prohibere. Alii vero auctores sunt, non solum pugnatum esse in ipso transitu ab Indis cum Macedonibus, sed ipsum Alexandrum a Pori filio vulneratum eiusque equum Bucephalam hac pugna trucidatum. His igitur interponit Arrianus Ptolemaei narrationem, discrepantem illam quidem ab his omnibus, sed longe verissimam. Causas vero huius iudicii non solum a Ptolemaei, quem rebus a se narratis ipsum scimus interfuisse, auctoritate, sed etiam ab ipsa rerum probabilitate deducit auctor rerum tacticarum peritissimus verbis: *οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Πῶρον* sqq. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 393. ann. 45. Quae confirmantur etiam ipsius Alexandri epistolarum (apud Plutarchum in Vit. Alex. c. 60.) argumento, quod Ptolemaei narrationi accuratissime respondet, in uno tamen copiarum numero, quae Pori filio tribuuntur, et a Ptolemaeo et ab Aristobulo discrepat. Legitur enim: *τῶν γὰρ ἱππέων χιλίους καὶ τῶν ἁρμάτων ἑξήκοντα συμπεσόντα τρεψάμενος, τὰ μὲν ἅρματα λαβεῖν ἅπαντα, τῶν δ' ἱππέων ἀνελεῖν τετρακοσίους.* Secus denique Curtius VIII. c. 14. (47, 2) „centum quadrigas et tria millia equitum venienti agmini a Poro obiecta" scribit. Ex quattuor igitur auctoribus, qui hunc numerum attulerunt, ne unum quidem cum altero usquequaque videmus consentire, quod in tali quidem re vix mirum cuiquam videbitur. Ceterum praeter Plutarchum et Curtium ll. cc. hanc pugnam attigerunt Diodorus XVII, c. 87. sqq., Iustinus XII, c. 8., Polyaenus IV, c. 3. (de aliorum locis, qui obiter eam rem memorant, cf. intpp. ad Curt. l. c.), qui quidem omnes non Ptolemaeum et Aristobulum, sed Onesicritum et Clitarchum sequuti vel temere omnia confundunt vel ineptis additamentis exornant. cf. Droysen. l. c. p. 399. ann. 49. Omnium vero nugatorum agmen claudit Iulius Valerius l. III, c. 10. sqq., qui in his potissimum describendis quo absurditatis abducere possit fabularum captatio egregie demonstrat.

---

quod neque apud Arrianum legitur neque alibi. Immo Lagidam inter ipsos Alexandri comites fuisse certo Arriani (l. c. 13) constat testimonio.

FRAGM. XVII.

Arr. Exp. Alex. V, 20, 3. (2.)

De Glanganicarum sive Glausarum, gentis Indicae, appellatione.

Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι.

Addit Arrianus: *ὁποτέρως δὲ ἔχει τὸ ὄνομα, οὔ μοι μέλει.* Ad ipsum vero Indicum huius gentis nomen procul dubio propius accedit Glausarum appellatio; quod enim Aristobulus exhibet vocabulum *Γλαυγανῖκαι* Graeca terminatione videtur corruptum esse. Prorsus etiam reiiciendum est quod coniecit Gronovius ad h. l., scribendum fortasse esse *Γαυγανίκας* ut *Γαυγάμηλα* Droysenius in Hist. Alex. p. 405, ann. 54. de iis haec annotot: „Die Landschaft der Gausen ist nach Lassen Pentap. p. 26. (19) orientirt; durch sie führt der Pass von Bember."

FRAGM. XVIII.

Arr. Exp. Alex. V, 20, 14—16. (8—9.)

De Acesinis fluvii magnitudine.

Τούτου τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν· εἶναι γὰρ ἵνα ἐπέρασεν Ἀλέξανδρος αὐτὸν ἐπὶ τῶν πλοίων τε καὶ διφθερῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ τὸ μὲν ῥεῦμα ὀξὺ τοῦ Ἀκεσίνου πέτραις μεγάλαις καὶ ὀξείαις, καθ' ὧν φερόμενον βίᾳ τὸ ὕδωρ κυμαίνεσθαί τε καὶ καχλάζειν· τὸ δὲ εὖρος σταδίους ἐπέχειν πεντεκαίδεκα. Καὶ τοῖς μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθερῶν περῶσιν εὐμαρῆ γενέσθαι τὸν πόρον· τοὺς δὲ ἐν τοῖς πλοίοις διαβαίνοντας ἐποκειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖς πέτραις καὶ ξυναραχθέντων οὐκ ὀλίγους αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι.

De Acesine flumine haec annotavit Van der Chys in Comment. Geogr. in Arr. l. c. (p. 103): „Post Indum maximus fluvius Indiae septentrionalis. Hodie dicitur Chen-ab: vid. Vincent. in Peripl. Nearch. p. 95. Jen-au habet Heeren. Op. Hist. V. X. p. 368. Danvillius vero et Tieffenthalerus errant, nomen Ravi Acesini tribuentes, quod revera nomen est Hydraotis. V. Santo-Cruc. p. 789. Vincent. l. c. Tractus autem inter veterum Hydaspem et proxime ad orien-

tem situm fluvium Acesinem, hodiernorum Chelum et Chenab, ubi antiquitus erat florentissimum regnum primi Pori, nostris diebus dicitur Jenhut vel Paradisus; est autem tractus non magni ambitus sed egregie fertilis et hominum frequentia inclytus." De Acesinis nomine Droysenius in Hist. Alex. p. 405. ann. 56. haec affert.: „Alexander nannte diesen Strom, dessen einheimischer Name graecisirt Sandrophagos, fast wie der Maennerfressende oder gar der Alexanderfressende lautete, um das böse Omen zu vermeiden, den Schadenheilenden Acesines." cf. A. W. v. Schlegel Ind. Biblioth. II. p. 297 et Mütz. ad Curt. VIII, 30, 8. Scripturam: *τοὺς δὲ-διαβαίνοντας* ex auctoritate codicis optimi recepimus cum Ellendtio pro: *διαβάλλοντας*, quod Krügerus dedit, qui in sqq. rectissime emendavit *ξυναραχθέντων* pro vulg. *ξυναῤῥαχθέντων*. — Ceterum de huius fragmenti argumento cf. etiam Lib. I. c. I. p. 2.

FRAGM. XIX.

Arr. Exp. Alex. V, 28, 7—8. (4.)

Alexander ab Hyphasi traiiciendo infaustis sacrificiis deterretur.

Ἐνταῦθα λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μεῖον ἐθύετο (ὁ Ἀλέξανδρος), θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά· τότε δὴ τοὺς πρεσβυτάτους τε τῶν ἑταίρων καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ ξυναγαγὼν, ὡς πάντα ἐς τὴν ὀπίσω ἀναχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν στρατιὰν ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν.

Hic locus cum antecedentibus ita fere cohaeret: Alexander ad Hyphasin usque profectus et studio longius orientem versus progrediendi captus, militum vero animos redeundi cupidissimos expertus, aegre hoc ferens triduum in tentorio remotus ab omni amicorum alloquio militum animos mutatum iri frustra exspectaverat. Haec quoque plurimam partem Ptolemaeo auctori deberi, ita tamen, ut de his cum Aristobulo consentiret, recte animadvertit Droysenius in Hist. Alex. p. 415. ann. 72. Iam vero qui sequitur locus ex unius Lagidae commentariis haustus ab Aristobulo videtur discrepare. Huic autem Ptolemaei loco egregie congruunt quae leguntur apud Strabonem (T. VI. l. XV. p. 57. Tzsch.): *Περαιτέρω γὰρ (τοῦ Ὑφάσιος) προελθεῖν ἐκωλύθη τοῦτο μὲν μαντείοις τισὶ προςέχων, τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀπηγορευκυίας ἤδη πρὸς*

τοὺς πόνους ἀναγκασθεὶς seqq. Attigerunt idem argumentum etiam Plutarchus in Vit. Alex. c. 62, Diodorus XVII, c. 94—95, Curtius IX, c. 2—3., Iustinus XII, c. 8. (cf. Droysen. Hist. Alex. p. 417 sqq. Mütz. ad Curt. IX, 7, 1.), sacrificiorum tamen nemo ex iis mentionem fecit.

FRAGM. XX.

Arr. Exp. Alex. VI, 2, 7—8. (4.)

De numero navium, quibus Alexander in Hydaspe vectus est.

Ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ κερκούροις καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι καὶ πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων, οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων.

Schmiederus ad h. l. annotat: „Contradicit sibi auctor in Indic. XIX, 7, scribens: omnes naves fuisse octingentas. Forte scribendum: *Νῆες δὲ αἱ σύμπασαι αὐτῷ χίλιαι καὶ ὀκτακόσιαι ἦσαν.*" Quam Schmiederi emendationem iure comprobavit Droysen. Hist. Alex. p. 427. ann. 81. Ceterum ex eodem Arriani libro (Indic. XVIII.) docemur, Ptolemaeum inter eos fuisse duces, quibus in classe ad Hydaspis ripas paranda Alexander triremis adornandae *λειτουργίαν* imposuerit, quare honoris causa trierarchae illi appellabantur. cf. Comment. nostr. de Vita Ptolem. p. 12.

FRAGM. XXI.

Arr. Exp. Alex. VI, 10, 2. et 11, 13. (8.)

De Alexandri apud Mallos vulneratione.

Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστὸν, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὅτι καὶ πνεῦμα ὁμοῦ τῷ αἵματι ἐκ τοῦ τραύματος ἐξεπνεῖτο. — Καὶ οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα κατὰ τοῦ κράνους Ἀλέξανδρον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεσεῖν, αὖθις δὲ ἀναστάντα βληθῆναι βέλει διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος.

His capite sequente addit Arrianus: *Τὸ δὲ δὴ μέγιστον πλημμέλημα τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον ἐκεῖνο τίθε-*

μαι ἔγωγε. Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔστιν οἱ ἀνέγραψαν ξυναναβῆναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πευκέστᾳ καὶ ὑπερασπίσαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτῆρα ἐπικληθῆναι τὸν Πτολεμαῖον· καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους. Fuerunt autem mendaces isti auctores teste Curtio (IX, 5, 21. Clitarch. Fragm. X.), Clitarchus et Timagenes, atque de hoc eorum commento vel Curtius exclamat: „Tanta componentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel par huic vitium, credulitas fuit!" Ita etiam Diodorus (XVII, c. 99.) hoc quidem loco Clitarchi et Timagenis sprevit auctoritatem. Quo magis miramur, eodem errore lapsos Pausaniam (Attic. c. 6.), Auctorem Itinerar. Alex. (c. 115.), Plutarchum (de Fort. Alex. I, c. 2.) quibus accedit Steph. Byzant. s. v. *Ὀξύδρακαι.* Plutarchus autem quum alio loco (in Vit. Alex. c. 63.) recte Peucestam pro Ptolemaeo in eorum numero memoret, qui tunc praesto fuerint Alexandro, aut pessime sibi constitit, aut librariorum culpa Ptolemaei pro Peucestae nomen altero loco intrusum est; quod melius liceret diiudicare, nisi binis aliis locis (de Fort. Alex. II, c. 9. et 13.), ubi eadem res narratur, nomina ista ab auctore prorsus essent praetermissa. Brevius de hac Alexandri vulneratione egerunt Iustinus (XII, 9.), Strabo (t. VI. l. XV. p. 72. Tzsch.), Appianus (B. C. II, 149.), Lucianus (Dial. Mort. XIV, 14.), Orosius (III, 49.), Stobaeus (Ecl. phys. I, 4.), cf. Sainte-Croix l. c. p. 407. Droysen. Hist. Alex. p. 440. ann. 97. De ipso vulnere inter varios auctores ita ambigitur, ut Diodorus l. c. non *ὑπὲρ* sed *ὑπὸ τὸν μαστόν*, Plutarchus *περὶ τὸν μαστόν* id fuisse perhibeant, Curtius autem, ad Ptolemaeum proxime accedens, Indi sagittam per thoracem paulum super latus dextrum infixam tradat. Atque de his quoque minutiis verissima a Lagida prodita esse, medicae artis peritus fortasse vel ex internis artis rationibus eruere possit.

LIB. II.

ARISTOBULUS CASSANDRENSIS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Aristobulus Aristobuli filius apud Arrianum [1]), Cassandrensis apud varios veteres auctores [2]) nuncupatur. Atqui Cassandream quidem urbem octavo demum anno post Alexandri mortem (Ol. 116, 2. 315. a. C.) a Cassandro, Antipatri filio, eadem fere regione ubi Olynthus olim steterat conditam atque cognominatam esse constat [3]). Quare ea urbs Aristobuli non patria sed domicilium erat senectutis, quam longissimam ei contigisse, ut qui nonagenarius factus sit, ex Luciani loco (Macrob. § 12.) compertum est; ipse autem Aristobulus senem demum octoginta quattuor annorum sese Alexandri rerum commentarios composuisse in fronte huius operis professus erat [4]). Idem iuvenem sese Alexandri M. fuisse comitem atque in Indica potissimum expeditione ad varia negotia exsequenda a rege missum esse ipse commemorat [5]). Quae quidem negotia qualia fuerint, colligere licet ex iis quae de Cyri sepulcro leguntur apud eundem Aristobulum Fragm. XXXVII. Etenim post Indicam expeditionem per Caramaniam in Persidem profectus Alexander quum Pasargadis Cyri sepulcrum sacrilegis manibus spoliatum invenisset turpiterque devastatum, huius monumenti restaurandi atque de integro exornandi curam Aristobulus sibi refert esse demandatam. Quare earum artium, quae ad architecturam pertinent, haud imperitus ille vel ad alia eiusmodi ministeria vel ad novas urbes condendas Alexandro videtur praesto fuisse. Utcunque fuit, id

1) Arr. Praef. Exp. Alex. et ibid. VI, c. 28. §. 3 (2).
2) Lucian. Macrob. § 12. Plutarch. Vit. Demosth. c. 13. Athen. II. p. 43. d. VI. p. 251. a.
3) Cf. Diod. XIX, c. 52. Pausan. V. c 123, §. 2.
4) Arr. Praef. Exp. Alex. et Lucian. l. c.
5) Cf. Fragm. XXIX.

quidem constat, ducibus Alexandri neque ab Arriano neque ab alio vetere auctore eum annumerari [1]). Rerum autem geographicarum et physicarum cognitioni multum tribuisse Aristobulum, intelligitur etiam ex ipso commentariorum de Alexandri M. rebus conscriptorum argumento, quod quidem de fontibus, fluviis, insulis, de plantis, arboribus, bestiis, de urbibus denique terrarumque regionibus, ut fragmentorum comparatione evincitur, largam ac variam continuit notitiam. Quare Aristobuli libri quamquam aeque ac Ptolemaei commentarii non ultra Alexandri mortem perducti erant [2]), satis ampli fuisse atque uberes videntur, neque equidem cum viro doctissimo Petro de Bohlen Ephemeridum nomen ad eos retulerim [3]).

De Aristobuli fide ac scribendi genere vehementer inter se videntur discrepare Arriani et Luciani sententiae, quorum alter eum una cum Ptolemaeo auctorem habet fidelissimum et ab omni adulationis fabularumque studio alienissimum [4]), alter vero perstringens historicos, qui eorum quos collaudent humiliter aucupentur gratiam atque benevolentiam, nec raro eo procedant adulationis, ut vel ab iis, quos ineptis fabulis laudibusque unice efferre studeant, reprehendantur atque contemnantur, in horum numero Aristobulum censere non dubitavit. Narrat enim: *ὥσπερ Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς (ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας) λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον (πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει) ἔῤῥιψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπών· καὶ σὲ δὲ οὕτως ἔχρην, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα* [5]). — Quae narratio quum et temporum rationi videretur refragari, quibus Alexandri res ab Aristobulo scriptas esse cognitum est, et a sincerae fidei laude ab Arriano huic potissimum auctori tributa omnino abhorrere: Santo-Crucius [6]) aut ab ipso Luciano aut a librariis Aristobulum hoc loco perperam cum Onesicrito confusum esse existimavit, ad quam opinionem etiam Heerenius [7]) accedere videtur. At vero haec nomina inter sese di-

---

1) Confidentius igitur quam verius Santo-Crucius in Exam. Crit. p. 42: „Aristobule de Cassandrée en Macèdoine fut un des généraux d'Alexandre."
2) Cf. Lib. I. c. I. p. 1.
3) Bohlen. de Vet. Ind. T. I. p. 73.
4) Arr. Praef. Exp. Alex.
5) Lucian. quom. hist. s. conscr. §. 12.
6) Exam. Crit. p. 43.
7) De fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 43.

verissima misceri potuisse, pro singulari etiam librariorum vel incuria vel oscitantia vix et ne vix quidem statuendum est, ipsum autem auctorem eo negligentiae progressum esse quis crediderit! Jure igitur Schmiederus [1]) hanc Santo-Crucii coniecturam omnino reiiciendam arbitratus: „Quidni credamus, inquit, eundem Aristobulum Alexandro vivo fortunae suae per adulationem subvenire voluisse qui eo mortuo veram eius historiam ipse senex scriberet?" Neque profecto absonum cuiquam videbitur, si quae apud Lucianum de Aristobulo prodita sunt cum Arriani iudicio ita conciliaverimus, ut concedamus quidem, Aristobulum iuvenem ipsarumque Alexandri expeditionum socium ex communi plurimorum more leviter ac fabulose scribere coepisse, senem vero postea Alexandro mortuo ipsa fortasse regis reprehensione commotum futili isto scribendi genere relicto in contrariam viam discessisse. Etenim tantum abest, ut quae ad nos pervenerunt Aristobuli commentariorum fragmenta rhetoricae adulationis fabularumve vituperio notari queant, ut nimis etiam siccum et frigidum scribendi genus prae se ferre videantur, quippe quo quaecunque Alexander heroica quadam audacia non sine numine peregisse vulgo et dicebatur et credebatur, ubique fere ad communes atque naturales quasdam rationes soleant revocari [2]). Neque improbabile est, ad tale scribendi genus aliquatenus certe illud etiam valuisse, quod intra bellorum ac turbarum vicissitudines Alexandri mortem insequutas Cassandreae degens Aristobulus ab eius viri stetisse videtur partibus, quem invidiosissimum fuisse constat Alexandri M. adversarium. Ceterum Arriani subscribere iudicio non dubitamus, hunc scriptorem si quem alium de Alexandri M. rebus cognoscendis optime meritum et iuxta Ptolemaeum omnium fide dignissimum esse existimandum. Denique quum senex demum octoginta quattuor annorum Aristobulus, ut supra est annotatum, commentariis scribendis perfunctus sit, neque pugnam Ipsensem ab eo commemoratam [3]) neque Patroclem, qui sub Seleuco I. Indicis regionibus praefectus de Indicis rebus commentatus erat [4]), hic illic eodem de argumento testem adhibitum esse [5]) mirabimur. Quod vero conie-

---

1) Praefat. ad Arr. Exp. Alex. p. XXIV.

2) Cf. Fragm. IV. de nodo Gordio et annot. ad h. l.

3) Cf. Fragm. XXXIX.

4) Cf. Fabric. bibl. gr. III. p. 48. Heeren. de fontt. Geogr. Strab. Comm. II, p. 139. Siebenk. praef. ad Strab. p. XVIII. Voss. de hist. gr. I, 12. p. 62.

5) Cf. Fragm. XVII.

cit Vossius[1]), librum περὶ λίθων apud auctorem de Fluv. c. XIV. citatum, ab eodem Aristobulo qui Alexandri res perscripserit esse concinnatum, id neque affirmare ausim neque refellere.

---

1) De Hist. gr. I, c. 10.

CAP. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

a) Plut. de Fort. Alex. or. I, c. 3. b) or. II, c. 11. c) Vit. Alex. c. 15.

De Alexandri orientem aggressuri copiis atque aerario.

a) *Τὸ δὲ λαμπρὸν αὐτῷ καὶ μέγα παρασκευασθὲν ὑπὸ τῆς τύχης ἐφόδιον ἑβδομήκοντα τάλαντα ἦν, ὥς φησιν Ἀριστόβουλος· (ὡς δὲ Δοῦρις, τριάκοντα μόνον ἡμερῶν ἐπισιτισμός).*

b) *Ἐκ τούτου διέβαινεν, ὡς μὲν Φύλαρχός φησιν, ἡμερῶν τριάκοντα ἔχων ἐφόδιον, ὡς δὲ Ἀριστόβουλος, ἑβδομήκοντα τάλαντα.*

c) *Ἐφόδιον δὲ τούτοις οὐ πλέον ἑβδομήκοντα ταλάντων ἔχειν αὐτὸν Ἀριστόβουλος ἱστορεῖ, (Δοῦρις δὲ τριάκοντα μόνον ἡμερῶν διατροφὴν, Ὀνησίκριτος δὲ καὶ διακόσια τάλαντα προσοφείλειν).*

Cf. Ptolem. Fragm. IV. et annot. ad h. l. Ceterum Phylarchum altero loco pro Duride Samio commemoratum recte miratur Luchtius ad Phylarchi Hist. Fragm. LXXI. Fortasse cum Clitarcho nomen est permutatum. De Alexandri aerario Iul. Valer. I, 15: „Tunc viae sumtum a Philippi thesauris collatuque studentium rebus suis auri talenta LX cum CCCC quatuorque et decem milibus cogit."

FRAGM. II.

Plut. Vit. Alex. c. 16.

De numero Persarum et Macedonum ad Granicum caesorum.

Λέγονται δὲ πεζοὶ μὲν δισμύριοι τῶν βαρβάρων, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι πεντακόσιοι πεσεῖν. Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀριστόβουλός φησι τέσσαρας καὶ τριάκοντα νεκροὺς γενέσθαι τοὺς πάντας, ὧν ἐννέα πεζοὺς εἶναι.

De barbaris hoc proelio caesis Diod. XVII, c. 21: *ἀνῃ-*

ρέθησαν δὲ τῶν Περσῶν οἱ πάντες πεζοὶ μὲν πλείους τῶν μυρίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους δισχιλίων, ἐζωγρήθησαν δ' ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους. Eundem numerum H. Stephano teste codd. aliquot apud Plutarchum exhibent, quibus *μύριοι* pro *δισμύριοι* legitur. De Macedonibus Arrianus Exp. Alex. I, 16, 7 (4): *Μακεδόνων δὲ τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον· — τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα, πεζοὶ δὲ ἐς τοὺς τριάκοντα.* Neque, quod opinatur Santo-Crucius Exam. Crit. p. 240—41, hic Arriani locus ab Aristobuli relatione discrepat. Etenim novem pedites ab Aristobulo inter *τοὺς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον πεσόντας* habitos si detraxeris a numero XXXIV, quos in universum ex regis comitibus occisos ille affert, habebis numerum XXV ab Arriano proditum. Unde apparet, Arrianum quidem *τῶν ἑταίρων* appellatione significasse *τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους*, Aristobulum vero verbis *τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον* intellexisse totam cohortem, cui etiam *πεζέταιροι*, quorum in numero novem isti pedites habendi sunt, adscripti erant. Quare Aristobuli locus non ad omnes omnino Macedones proelio ad Granicum caesos, sed ad eos tantum spectat, qui ex singulari Alexandri sodalium agmine perierunt, atque temere Iustinus XI, 6: „De exercitu Alexandri, inquit, novem pedites, centum viginti equites cecidere.“

FRAGM. III.

Athen. II, p. 43. d.

De fonte quodam Mileti reperto.

Ἀριστόβουλος δ' ὁ Κασανδρεύς φησιν ἐν Μιλήτῳ κρήνην εἶναι Ἀχίλλειον καλουμένην, ἧς τὸ μὲν ῥεῦμα εἶναι γλυκύτατον, τὸ δ' ἐφεστηκὸς ἁλμυρόν· ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι περιῤῥάνασθαί φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Τράμβηλον τὸν Λελέγων βασιλέα.

Huius fontis mentionem quum praetermissam videamus ab Arriano in Exp. Alex. I. c. 18—20, ubi de Mileti expugnatione agitur, primo hoc patet exemplo, minime omnia, quae in Aristobuli commentariis essent consignata, Arriani libris esse prodita. De Trambelo ab Achille necato cf. Schol. Lycophr. 468. Ceterum ex Aristobuli commentariis videntur etiam illa hausta esse, quae de olei fonte ad Oxum invento leguntur apud Strabonem l. XI. t. IV. p. 520. Tzsch. (517. Cas.).

FRAGM. IV.

a) Plut. Vit. Alex. c. 18. b) Arr. Exp. Alex. II, 3. 13. (7.)

De nodo Gordio.

a) *Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάνυ λέγει ῥᾳδίαν αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) τὴν λύσιν γενέσθαι ἐξελόντι τοῦ ῥυμοῦ τὸν ἕστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, εἶθ' οὕτως ὑφελκύσαντι τὸν ζυγόν.*

b) *Ἀριστόβουλος δὲ λέγει, (τὸν Ἀλέξανδρον) ἐξελόντα τὸν ἕστορα τοῦ ῥυμοῦ, ὃς ἦν τύλος διαβεβλημένος διὰ τοῦ ῥυμοῦ διαμπὰξ ξυνέχων τὸν δεσμὸν, ἐξελκῦσαι ἔξω τοῦ ῥυμοῦ τὸν ζυγόν.*

Satis constat, uno Aristobulo excepto reliquos omnes Alexandri rerum auctores nodum illum Gordium gladio a rege discisum perhibere, quod multo magis heroico Pellaei iuvenis ardori est consentaneum, quam quae de paxillo exempto Aristobulus hoc loco prodidit. Pertinet igitur haec narratio ad siccum et frigidum illud huius auctoris scribendi genus, de quo supra c. I. p. 29. diximus. cf. ann. ad Fragm. V. De vulgari narratione cf. Plut. et Arr. ll. cc. Curt. III, 114. (Mütz. ad h. l.). Iustin. XI, 7. Utra narratio sit verior, Arrianus quidem non audet diiudicare; addit enim: *ὅπως μὲν δὴ ἐπράχθη τὰ ἀμφὶ τῷ δεσμῷ τούτῳ Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι. Ἀπηλλάγη δ' οὖν ἀπὸ τῆς ἁμάξης αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὡς τοῦ λογίου τοῦ ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ δεσμοῦ ξυμβεβηκότος.* cf. Droysen. Hist. Alex. 152. ann. 7. Ceterum pro *ὑφελκύσαντι*, quod edidit Huttenius, et *ἐφελκύσαντι*, quod vulgo legebatur, ex loco Arrianeo fortasse scribendum: *ἐξελκύσαντι.*

FRAGM. V.

Arr. Exp. Alex. II, 4, 9. (7.)

De causa morbi, quo Tarsi Alexander laborabat.

Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται, ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν.

Etiam hoc loco reliqui Alexandri rerum scriptores omnes ab Aristobulo discrepant, quippe qui huius morbi id potissimum causae fuisse narrent, quod Alexander, pulvere et sudore perfusus calidum corpus in Cydni undis abluerit. cf. Arr. l. c. Curt. III. 5. (12, 2. Mütz. ad h. l.) Justin. XI, 8. Auct.

Itiner. Alex. c. 28. Senec. de ir. II, 23. Valer. Maxim. III, 8. Oros. III, 16. — Diodorus XVII, 31. omissa morbi causa breviter narrat: *μετ' ὀλίγον δὲ εἰς ἀῤῥωστίαν βαρυτέραν ἐμπεσὼν καὶ χαλεπῷ πάθει συνεχόμενος συνεκάλεσε τοὺς ἰατρούς*, quae proxime ad Aristobuli narrationem accedere videntur, quam non ignorat etiam Plutarchus Vit. Alex. c. 19. verbis: *ἦν δὲ ἡ διατριβὴ διὰ νόσον, ἣν οἱ μὲν ἐκ κόπων, οἱ δὲ λουσαμένῳ — προσπεσεῖν λέγουσι.* cf. Droysen. Hist. Alex. p. 155. et ann. ad Fragm. IV.

FRAGM. VI.

a) Athen. XII. p. 530. a. b) Strab. l. XIV. t. V. p. 691. Tzsch. c) Arr. Exp. Alex. II, 5, 2 sqq.

De Sardanapali monumento Anchialensi.

Ἀριστόβουλος δ' „Ἐν Ἀγχιάλῃ, ἣν ἐδείματο (φησὶ) Σαρδανάπαλλος, Ἀλέξανδρος ἀναβαίνων εἰς Πέρσας κατεστρατοπεδεύσατο. καὶ ἦν οὐ πόῤῥω τὸ τοῦ Σαρδαναπάλλου μνημεῖον, ἐφ' οὗ ἑστάναι τύπον λίθινον συμβεβληκότα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους, ὡς ἂν ἐπικροτοῦντα. ἐπιγεγράφθαι δὲ αὐτῷ Ἀσσυρίοις γράμμασι „Σαρδανάπαλλος, Ἀνακυνδαράξου παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ· ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἆλλα τούτου οὐκ ἄξια." τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν.

b) *Εἶτ' Ἀγχιάλη, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κτίσμα Σαρδαναπάλου, φησὶν Ἀριστόβουλος· ἐνταῦθα δ' εἶναι μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου, καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα· ἐνίοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναί φασιν Ἀσσυρίοις γράμμασι τοιάνδε· „Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ· ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια." τοῦ ἀποκροτήματος.*

c) *Αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) ὕστερον ἄρας ἐκ Ταρσοῦ τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται· ταύτην δὲ Σαρδανάπαλον κτίσαι τὸν Ἀσσύριον λόγος. Καὶ τῷ περιβόλῳ δὲ καὶ τοῖς θεμελίοις τῶν τειχῶν δήλη ἐστὶ μεγάλη τε πόλις κτισθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα ἐλθοῦσα δυνάμεως. Καὶ τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου ἐγγὺς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλου, καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται, καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο αὐτῷ Ἀσσύρια γράμματα. Οἱ μὲν Ἀσσύριοι καὶ μέτρον ἔφασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι, ὁ δὲ νοῦς ἦν αὐτῷ ὃν ἔφραζε τὰ ἔπη ὅτι „Σαρδα-*

νάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐδείματο. Σὺ δὲ ὦ ξένε ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια." τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι· καὶ τὸ παῖζε ῥᾳδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι.

E tribus auctoribus, apud quos legitur integrum hoc Aristobuli fragmentum (epigramma illud exstat etiam apud Schol. ad Aristophan. Avv. v. 1021. Suid. s. v. Σαρδανάπ., pars epigrammatis apud Plutarchum de Fort. Alex. II, c. 3.), ipsa Aristobuli verba accuratissime videtur reddidisse Athenaeus, Arrianus autem, ut solet, ne citato quidem auctoris nomine sensum tantummodo liberius exhibuit. De scripturae discrepantia cf. Schweigh. ad Athen., Ellendt ad Arr., Intpp. ad Strab. ll. cc. De Anchialo urbe haec annotat Van der Chys Comment. Geogr. in Arr. l. c. „Dicta etiam Anchiale. Vid. Strab. XIV. p. 225. Hodie incertum videtur utrum rudera huius urbis supersint nec ne. Earum investigationi vacare non potuit Beaufortius: vid. eius Karamania p. 268. Videtur autem Anchialus non longe sita fuisse ab hodierno pago Karaduar. Leakius in praefat. ad Itiner. p. XVIII tradit hodiernum Anchiali nomen Karaduar." cf. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 247 sqq. O. Müller. in Mus. Rhen. 1829. Naecke ad Choeril. p. 196 et 249. Denique vid. Callisth. Fragm. I.

FRAGM. VII.

Plut. Vit. Alex, c. 21.

De Alexandri amore in Barsinen, Memnonis viduam.

Ἀλλ' Ἀλέξανδρος, ὡς ἔοικε, τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος οὔτε τούτων (i. e. τῶν Δαρείου παίδων) ἔθιγεν οὔτ' ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης. Αὕτη δὲ μετὰ τὴν Μέμνονος τελευτὴν χήρα γενομένη περὶ Δαμασκὸν ἐλήφθη. Πεπαιδευμένη δὲ παιδείαν Ἑλληνικὴν καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικὴς οὖσα καὶ πατρὸς Ἀρταβάζου γεγονότος ἐκ βασιλέως θυγατρὸς ἐγνώσθη, Παρμενίωνος προτρεψαμένου τὸν Ἀλέξανδρον, ὥς φησιν Ἀριστόβουλος, καλῆς καὶ γενναίας καὶ αὐτὸν καλὸν ἅψασθαι γυναικός.

Ita verba καὶ τὸ κάλλος, quae vulgo leguntur, emendare non dubitavimus praeeunte Reiskio, qui scribendum censebat: καὶ τὸν καλὸν i. e. Alexandrum, qui ipse formosus sit, haud

dedecere, mulieri consuescere item formosae et nobili loco natae. Alii vv. dd. copulam *καὶ* aut tollendam aut in *κατὰ* mutandam, alii *παρὰ τὸ κάλλος* scribendum, alii verba *καὶ τὸ κάλλος* prorsus delenda, alii denique aliquot verba excidisse statuerunt. cf. Hutten. ad h. l. De nostra emendatione *καὶ αὐτὸν καλὸν* cf. locum simillimum, qui loco supra exscripto proxime antecedit: *καίτοι λέγεταί γε, τὴν Δαρείου γυναῖκα πολὺ πασῶν τῶν βασιλίδων εὐπρεπεστάτην γενέσθαι, καθάπερ καὶ αὐτὸς Δαρεῖος ἀνδρῶν κάλλιστος καὶ μέγιστος.* De Alexandri in puellarum amoribus continentia cf. sententiam simillimam ap. Stob. Serm. v. 36 (*αἰσχρὸν τοὺς ἄνδρας νικήσαντας ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι*) et quae narrantur apud Plutarch. Apophth. regg. (T. VIII. p. 100. ed. Hutt.) et Athen. X. p. 435. a. Ceterum apud Aelianum V. H. XII, c. 34. Alexander primum cum Pancasta quadam concubina rem habuisse traditur. cf. Plin. N. H. XXXV, 16. De Barsine sive Barsene ex qua postea Hercules filius natus est, cf. Iustin. XI, 10. XIII, 2. Diod. XX, 28. Curt. X, 6, (20), 11. Mütz. p. 912. Apud Arrianum quidem Exp. Alex. VII, 4. idem Aristobulus Fragm. XXXVIII. Barsinen appellat Darii filiam natu maximam Susis ab Alexandro in matrimonium ductam, cui ceteri auctores nomen Statira fuisse perhibent. cf. Diod. XVII, 107. Curt. III, 5. (8), 23. p. 50. Mütz. Iustin. XII, 10. Plut. Vit. Alex. c. 70. Memnon. ap. Phot. p. 224. a. 30. Rectissime autem Blancardus ad Arr. l. c. auctore Photio p. 68. b. 7. in Arriani loco non *Βαρσίνην* sed *Ἀρσινόην* legendum esse censuit. cf. annot. ad Aristob. Fragm. XXXVIII. De Memnonis denique exitu cf. Diod. XVII, 29. Arr. II, 1. Plut. Vit. Alex. c. 18. Curt. III, 1 et 2. et Droysen. l. c. p. 146—47.

FRAGM. VIII. IX et X.

Arr. Exp. Alex. III, 3, 5. (3.) et 10. (6.) c. 4. §. 8. (5.)

De itinere ab Alexandro ad Paraetonium et Ammonium facto eiusque reditu in Aegyptum.

Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλασσαν ᾔει δι' ἐρήμου, οὐ μέντοι δι' ἀνύδρου τῆς χώρας, σταδίους ἐς χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος.

Ἀριστόβουλος δὲ καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει, κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας.

Καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἴγυπτον, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν

αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

In medio fere isto itinere ab Alexandria recens condita usque ad Paraetonium facto Cyrenensium legatos Alexandrum convenisse narrant Curtius IV, 7, 9. (cf. Mütz. ad h. l.) et Diodorus XVII, 49. De ipso hoc itinere cf. etiam Plut. Vit. Alex. c. 26. et Strab. l. XVII. t. VI. p. 525. Tzsch. De fragmentis IX et X diximus ad Ptolem. Fragm. VII et VIII. De Paraetonio urbe haec leguntur in Van der Chys comment. Geogr. in Arr. l. c. (p. 55): „Ultima urbs Aegypti occidentem versus. Hodiernum nomen loci parva immutatione facta est al Baretoun; sed frequentius dicitur Berek Marsa. Nulla fere rudera superesse videntur."

FRAGM. XI.

Arr. Exp. Alex. VI, 11, 9—10. (5.)

De vero pugnae loco, quae ad Arbela facta vulgo dicitur.

Ἄρβηλα δὲ τοῦ χώρου ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες λέγουσιν ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει, οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἐς πεντακοσίους. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος.

Simillima sunt quae leguntur apud Plutarchum in Vit. Alex. c. 31., ubi etiam de significatione vocis *Γαυγάμελα* (*οἶκος καμήλου*) agitur. cf. Strab. l. XVI. t. VI. p. 246. et Tzschuck. ad h. l. Ad Arbela contra proelium consertum narrant Diodorus XVII, 53. et Curtius IV, c. 9 (36), §. 9. cf. Mütz. ad h. l. — Auctor Itinerar. Alex. c. 57 de ea re haec habet: „Hisque cum copiis castra conlocant iuxta Bulemum amnem, Arbelo urbe non procul, vel quod alii mavolunt in Cansamelis, id loci nomen est;" quem ad locum A. Maius annotat, in fluminis istius nomine vehementer variare codd. Curtii et Arriani, qui habeant: Bumadus, Bumodus, Bantamelus, Bumellus Bumelus, Bumolus, e quibus Ellendtius praeeunte Schmiedero: „*πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ,*" Freinshemius: „ad amnem, Bumado nomen est," in Arriani et Curtii textum receperunt, Mützellius contra: „Boumelo nomen est" exhibuit. De spatio, quod inter Arbela et verum pugnae locum interfuisse censet Arrianus, Droysenius in Hist. Alex. p. 221. ann. 24: „Arrian rechnet offenbar fehlerhaft die Entfernung

von Arbela bis zum Bumodus (dem kleinen Fluss Chaser, der sich auf der rechten Seite in den grossen Zab ergiesst) auf sechshundert Stadien (zwölf Meilen), da nach Niebuhr und Andern von Erbile (Kinneir Persia p. 152) bis zum Zab vier und eine halbe Meile, von Zab bis zum Chaser kaum anderthalb Meilen ist." Ceterum recentiores geographos solita diligentiâ contulit etiam Mütz. ad Curt. l. c. §. 10. Causam vero, qua pugna ad Arbela facta vulgo dicatur, recte Arrianus l. c. §. 11 in celebriore huius urbis nomine ponit.

FRAGM. XII.

Arr. Exp. Alex. III, 11, 3. (3.)

De catalogo Darii copiarum post pugnam Gaugamelensem invento.

Ἑάλω γὰρ ὕστερον ἡ τάξις ἥντινα ἔταξε Δαρεῖος γεγραμμένη, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος.

Quare ipsum ordinem, quo Darii acies hoc proelio instructa esset, apud Arrianum l. c. sqq. ex hoc catalogo descriptum Aristobuli deberi commentariis probabile fit. Quodsi ab hoc ordine ex integerrimo fonte hausto multifariam deflexit Curtius IV, 12, 6 sqq., a veritate, ut solet, in errores deflexisse censendus est. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 223 et 230. ann. 31. Mütz. ad Curt. l. c. p. 313 et 317.

FRAGM. XIII.

Athen. XII. p. 513. f.

De Susorum urbis appellatione.

Κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον.

Hoc fragmentum eo loco ponendum esse duximus, quod vix potest dubitari, quin de Susorum appellatione egerit Aristobulus ubi Alexandrum ad hanc urbem pervenisse narravisset, quamquam apud Arrianum Exp. Alex. III, 16, 11. sqq., ubi idem tractatur argumentum, neque Aristobuli mentio neque nominis istius derivatio invenitur. cf. Fragm. XIV. Ceterum Casaubonus ad Athen. l. c. annotat: „Potest scribi: τῇ ἐκείνων φωνῇ; susum enim ipsorum (Persarum) lingua esse κρίνον: sed contra librorum consensum nihil mutandum." Schweighaeusero autem, si quid mutandum esset, placeret Coragi con-

iectura: τῇ Μήδων pro τῇ Ἑλλήνων, aut τὸ τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρῖνον; sed non sollicitandum videri vulgatum, quod ambo Mssti tueantur, pro κρίνον vero rectius κρῖνον scribi; ceterum videri et ipsum nomen σοῦσον in Graecorum linguam quodammodo fuisse adoptatum, σούσινον certe unguentum Theophrastum apud Athen. XV. p. 689. d. dicere ex liliis paratum. At vero nobis in difficultatibus a semet ipsis fictis laborasse videntur interpretes, quum simplicissima horum verborum appareat interpretatio: „Susum enim (vocabulum Persicum) significare quod in Graeca lingua lilium dicatur."

FRAGM. XIV.

Strab. l. XI. t. IV. p. 463. Tzsch. (509. Cas.)

De Hyrcaniae natura.

Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος, ὑλώδη οὖσαν τὴν Ὑρκανίαν δρῦν ἔχειν, πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ φύειν, τὴν δ' Ἰνδικὴν πληθύειν τούτοις.

De Hyrcania apud Arr. Exp. Alex. III, 1 leguntur haec: *κεῖται δὲ ἡ Ὑρκανία χώρα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Βάκτρα φερούσης· καὶ τῇ μὲν ὄρεσιν ὑπείργεται δασέσι καὶ ὑψηλοῖς, τῇ δὲ πεδίον αὐτῆς καθήκει ἔστε ἐπὶ τὴν ταύτῃ θάλασσαν.* Ad quem locum annotat Van der Chys in Comment. Geogr. p. 75: „Cf. Cellarius II. p. 795 sqq.; Tzchukius ad Pomp. Melam III, 5. § 4. Hyrcania ad septentrionem habebat mare cognomen; ad orientem terminus erat fluvius Oxus et Parthia, ad meridiem Media magna. Hodie regio dicitur Mazanderan: vid. Barbieus Bocagius apud Santo-Cruc. p. 822."

FRAGM. XV.

Arr. Exp. Alex. III, 26, 1.

De Philotae coniuratione iam in Aegypto ab Alexandro cognita quae ab Aristobulo et Ptolemaeo narrata sunt, adscripsimus Lib. I. c. II. p. 13. Ptolem. Fragm. X.

FRAGM. XVI.

Arr. Exp. Alex. III, 28, 8—13. (5—8.)

De Caucaso monte.

Τὸ δὲ ὄρος ὁ Καύκασος ὑψηλὸν μέν ἐστιν ὥσπερ τι ἄλλο τῆς Ἀσίας, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ

αὐτοῦ τόγε ταύτῃ. Μακρὸν γὰρ ὄρος παρατέταται ὁ Καύκασος, ὥστε καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, ὃς δὴ τὴν Κιλικίαν τε καὶ Παμφυλίαν ἀπείργει, ἀπὸ τοῦ Καυκάσου εἶναι λέγουσι, καὶ ἄλλα ὄρη μεγάλα διακεκριμένα ἀπὸ τοῦ Καυκάσου ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐπωνυμίᾳ κατὰ ἤθη τὰ ἑκάστων. Ἀλλὰ ἔν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι καὶ σίλφιον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἀλλὰ καὶ ὣς ἐπῳκεῖτο πολλοῖς ἀνθρώποις καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα, καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἴσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ᾽ αὐτὸ καὶ τό τε ἄνθος ἐπινέμεται καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττον καὶ ταύτην κατεσθίει· ἐπὶ τῷδε ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτω ἀπελαύνουσι τὰς ποίμνας τῶν χωρίων ἵνα αὐτοῖς τὸ σίλφιον φύεται· οἱ δὲ καὶ περιφράσσουσι τὸν χῶρον, τοῦ μηδ᾽ εἰ πελάσαιεν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν, ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον.

Satis constat, de Caucaso isto vel potius Paropamiso quam largae ac variae fuerint Macedonum fabulae. cf. Bernhardy ad Dionys. Perieg. v. 714. Arr. Exp. Alex. V, 3. Indic. I, 20. et Diod. XVII, 83, quem ad locum Wesselingius haec annotat: „Caucasus hic merum κόμπασμα assentatorum est Macedonum, spretum iure optimo a Strabone ceterisque a Stanleio ad Argum. Promethei Aeschylei conductis. Fieri quidem potuit, ut voce Indorum Khoo vel Khau, montem indicante, quae Bayeri de Reg. Bractrian. p. 8. suspicio, in errorem inducerentur, auxit tamen eum militum scriptorumque vanitas, ne qua parte Alexander Herculi, gentis suae principi, concederet." De antro, in quo Promethei peracta fabula, praeter Strabonem cf. Lucian. Prometh. c. 4. cum Hemsterhusii nota. Sunt vero loci Strabonis huc spectantes l. XI. t. IV. p. 442. sqq. (505. Cas.) et l. XV. t. VI. p. 15. (688. Cas.) cf. Curt. VII, 3, 19, ad quem locum Mützellius annotat: „Die Uebertragung des Namens Kaukasus auf den Paropamisus, Hindu Kuh u. die angrenzenden Ind. Gebirge (s. darüber Ritter Erdk. 3, p. 420. 5, p. 449. 7, p. 196.) mag in dem einheimischen Namen Groucasus (s. Plin. N. H. 6, 17, 19) Gravacasas d. i. glänzendes Felsgebirge, eine Stütze gefunden haben: offenbar verdankt sie besonders der Schmeichelei gegen Alex. d. Gr. ihre Entstehung." cf. etiam Bohlen. de Vet. Ind. T. I. p. 12, qui Paropanisus (para-upa-nisa = oberhalb Nisa) non Paropamisus scribendum censet. — De antro illo adscribere iuvat quae leguntur in Ephemer. Gotting. fasc. 94—95. p. 434 (Juni 1837), hausta illa quidem ex commentatione, quae inscribi-

tur: Coniectures on the march of Alexander. By M. Court, in Annalibus Societ. Asiat. Bengal. Fasc. 55. 1836): „In der hohen Bergkette, welche die Paropamisäer von Bactriana trennt, und von Alexanders Begleitern Caucasus genannt ward, fanden diese eine Höhle, welche sie in die des Prometheus verwandelten. Court bemerkt, dass ihm versichert sei, eine ähnliche Höhle (?!) existire in der Nähe von Candahar, an einem Orte, welcher Khar' Jemshid-jan heisst." Ceterum vulgatam scripturam *κατὰ ἤθη* (sec. gentium habitacula) restituimus cum Krügero pro: *κατὰ ἔθνη*, quod ex edd. Bas. et Vulc. dederunt Schmiederus et Ellendtius. In seqq. ex auctoritate codicis optimi voc. *καὶ* post *ἵνα* delevimus cum eodem Krügero.

FRAGM. XVII.

Strab. l. XI. t. IV. p. 464 sqq. Tzsch. (509. Cas.)

De Oxo flumine.

Ἀριστόβουλος δὲ καὶ μέγιστον ἀποφαίνει τὸν Ὦξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν, πλὴν τῶν Ἰνδικῶν· φησὶ δὲ καὶ εὔπλουν εἶναι (καὶ οὗτος καὶ Ἐρατοσθένης παρὰ Πατροκλέους λαβὼν) καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν, ἐντεῦθεν δ' εἰς τὴν Ἀλβανίαν περαιοῦσθαι· καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἑξῆς τόπων εἰς τὸν Εὔξεινον καταφέρεσθαι.

Eodem de argumento apud Arrianum Exp. Alex. III, 29, 3. haec leguntur: *Ὁ δὲ Ὦξος ῥέει μὲν ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Καυκάσου, ἔστι δὲ ποταμῶν μέγιστος τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅσους γε δὴ Ἀλέξανδρος καὶ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐπῆλθον, πλὴν τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν. Οἱ δὲ Ἰνδοὶ πάντων ποταμῶν μέγιστοί εἰσιν. ἐξίησι δὲ ὁ Ὦξος ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν καθ' Ὑρκανίαν.* (cf. Arr. l. c. VII, 16, 5 et Tzschuck. ad Pomp. Melam III, 5. §. 6.) Quae si comparantur cum Strabonis loco, eidem deberi Aristobulo auctori, quamquam ab Arriano quidem non citato, luce clarius est. cf. Fragm. XXII. Ceterum ex Patrocle qui sub Seleuco I. Indicis regionibus praefectus de Indicis rebus commentatus erat, nonnulla ab Aristobulo hausta esse, supra (in Aristob. Vit. p. 29.) annotavimus. De recentioribus Oxi nominibus (Amu vel Gihon), cuius pars hodieque Kokscha vel Kuscha appellatur, eiusque fontibus et cursu diligentissime egit Mützell. ad Curt. p. 661. a. 709. et 710. Error eorum, qui Ochum in Oxum influere prodiderunt, recte iam notatus est a Santo-Crucio in Ex. crit. p. 724. cf. etiam Menn Meletem. p. 90.

FRAGM. XVIII.

Arr. Exp. Alex. III, 30, 11. (5.)

De Besso a Spitamene et Datapherne capto et tradito.

Ἀριστόβουλος δὲ (ἀνέγραψε), τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην Πτολεμαίῳ ἀγαγεῖν Βῆσσον καὶ παραδοῦναι Ἀλεξάνδρῳ γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντας.

Cf. Ptolem. Fragm. XI. et ann. ad. h. l.

FRAGM. XIX.

Arr. Exp. Alex. III, 30, 13. (7.)

De Tanai sive Iaxarte flumine.

Ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὸν Τάναϊν ποταμὸν προήει (ὁ Ἀλέξανδρος). Τῷ δὲ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσιν, ἐξίησι δὲ καὶ οὗτος ὁ ποταμὸς ἐς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν.

De scriptura vocis Ἰαξάρτης, pro quo edd. ante Schmiederum Ὀρξάντης exhibent (cf. VII, 16, 5, ubi Ὀξυάρτης legebatur) pluribus egit Schmiederus ad h. l., qui hanc vocem (Ik — Saerte) in lingua Mongolica magnum fluvium docet significare. Ellendtius ad h. l. etiam apud Plutarchum Vit. Alex. c. 45. rectius Ἰαξάρτην quam Ὀρεξάρτην scribi cum Blancardo existimat. De ipsa re cf. Strab. l. XI. t. IV. p. 465 sqq. Tzsch. (509 Cas.) Plin. N. H. VI, 16, 18. Itiner. Alex. c. 79. Droysenius denique in Hist. Alex. p. 314. ann. 44. de hoc fluvio haec attulit: „Uebrigens ist es möglich, dass die Macedonier den Jaxartes-Tanais für identisch mit dem Tanais-Don hielten; nur hat diesen Unterschied, auf dessen Entdeckung sich 50 Jahre später der Milesier Demodamas so viel zu Gute that (Solin. c. 49. cf. intpp.), Alexander wohl schon erkannt, indem er sonst nicht an eine Durchfahrt vom Kaspischen zum Indischen Meere hätte denken können.' Aristoteles meint (Meteor. I. p. 350. a. 20.), ein Arm des Araxes (so nennt er den Jaxartes) gehe zum Mäotischen See." Mützellius ad Curt. VII, 6 (29), 2. p. 685 b). annotat: „Es scheint dazu (zur Verwechselung des Jaxartes mit dem Tanais) eine anderweitige tiefere Veranlassung obgewaltet zu haben. Vielleicht war es der Umstand, dass der

Jaxartes von den Scythen Silis genannt wurde (Plin. l. c.), welchen Namen eben auch der europäische Tanais (s. Plin. N. H. VI, 7, 7) von den Anwohnern empfing. Ueber diesen Fluss s. Ritter Erdk. 2, p. 327. 7, p. 480. 731. 751. 628."

FRAGM. XX.

Arr. Exp. Alex. IV, 10. (5.)

De sorte incolarum urbis cuiusdam Sogdianae post seditionem recuperatae quae ab Aristobulo et Ptolemaeo tradita sunt adscripsimus Lib. I. c. II. p. 17. Ptolem. Fragm. XII.

FRAGM. XXI.

Arr. Exp. Alex. IV, 6, 1—4. (3.)

De clade Macedonum ad Maracandam contra Spitamenem missorum.

Ἀριστόβουλος δὲ ἐνέδρᾳ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς διαφθαρῆναι λέγει, τῶν Σκυθῶν ἐν παραδείσῳ κρυφθέντων οἳ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπεγένοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ· ἵνα τὸν μὲν Φαρνούχην παραχωρεῖν τῆς ἡγεμονίας τοῖς ξυμπεμφθεῖσι Μακεδόσιν, ὡς οὐκ ἐμπείρως ἔχοντα ἔργων πολεμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καθομιλῆσαι τοὺς βαρβάρους μᾶλλόν τι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἢ ἐπὶ τῷ ἐν ταῖς μάχαις ἐξηγεῖσθαι ἐσταλμένον, τοὺς δὲ Μακεδόνας τε εἶναι καὶ ἑταίρους βασιλέως. Ἀνδρόμαχον δὲ καὶ Κάρανον καὶ Μενέδημον οὐ δέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν, τὸ μέν τι ὡς μὴ δοκεῖν παρὰ τὰ ἐπηγγελμένα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτούς τι κατὰ σφᾶς νεωτερίζειν, τὸ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δεινῷ οὐκ ἐθελήσαντας, εἰ δή τι πταίσειαν, μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ πᾶν αὐτοὺς κακῶς ἐξηγησαμένους. Ἐν τούτῳ δὴ τῷ θορύβῳ τε καὶ ἀταξίᾳ ἐπιθεμένους αὐτοῖς τοὺς βαρβάρους κατακόψαι πάντας, ὥστε ἱππέας μὲν οὐ πλείονας τῶν τεσσαράκοντα ἀποσωθῆναι, πεζοὺς δὲ ἐς τριακοσίους.

Hoc fragmentum cum antecedentibus ita fere cohaeret: Alexander ad Tanain contra Scythas pugnans cum certior sset factus, Macedones Maracandae relictos a Spitamene oppugnari, contra eum mittit Andromachum, Caranum, Menedemum duces, quibus Pharnuchem Lycium praeficit (c. III, §. 13 sqq.). Qui quum Spitamenem a Maracandae oppugnatione recedentem audacius essent insequuti (c. V, §. 3 sqq.), secundum ceteros auctores in Polytimeti fluvii insulam compulsi misere perierunt. Eadem extat narratio apud Auct. Itiner. Alex. c. 86.

Ab his igitur Aristobuli fragmentum paululum discrepat; Curtius VII, 7, 31. eatenus certe consentit, quod Spitamenem ad Macedones opprimendos insidiis usum esse perhibet, quamquam Curtium ex Aristobuli haec commentariis hausisse minime equidem cum Mützellio (ad h. l.) dixerim. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 322. ann. 53. Ceterum, quod ad ipsa verba attinet, non dubitavimus in textum recipere: *εἰ δή τι πταίσειαν*, quod emendavit Ellendtius, pro inepto: *εἰ δή τι πταίσματος*, quod Gronovio olim placuit et a Schmiedero probatum est. Lenissima enim mutatione emendatio haec emergit e duorum codd. scriptura: *εἰ δή τι πταῖσαν*. Reliqua omnia plana sunt.

FRAGM. XXII.

Strab. l. XI. t. IV. p. 519. Tzsch. (518. Cas.)

De Polytimeto flumine.

Τὸν δὲ διὰ τῆς Σογδιανῆς ῥέοντα Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος λέγει, τῶν Μακεδόνων θεμένων, (καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ, τὰ μὲν καινὰ ἔθεσαν, τὰ δὲ παρωνόμασαν) ἄρδοντα δὲ τὴν χώραν ἐκπίπτειν εἰς ἔρημον καὶ ἀμμώδη γῆν, καταπίνεσθαί τε εἰς τὴν ἄμμον, ὡς καὶ τὸν Ἄριον τὸν δι' Ἀρίων ῥέοντα.

Eodem de fluvio apud Arrianum Exp. Alex. IV, 6, 10. (5.) leguntur haec: *Καὶ ἐπῆλθε (ὁ Ἀλέξανδρος) πᾶσαν τὴν χώραν ὅσην ὁ ποταμὸς ὁ Πολυτίμητος ἐπάρδων ἐπέρχεται· ἵνα δὲ ἀφανίζεται τοῦ ποταμοῦ τὸ ὕδωρ, ἐντεῦθεν ἤδη τὸ ἐπ' ἐκεῖνα ἔρημος ἡ χώρα ἐστίν· ἀφανίζεται δὲ, καίπερ πολλοῦ ὢν ὕδατος, ἐς τὴν ψάμμον.* Afferuntur deinde alii eiusdem regionis fluvii, item arenis hausti, in quibus *καὶ Ἄρειος ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐστι.* Unde apparet etiam hunc Arriani locum sicuti alios plurimos, qui ad regionum descriptionem pertinent, non citato auctoris nomine ex Aristobuli desumptum esse commentariis. cf. ann. ad Fragm. XVII. Neque multum discrepant, quae eadem de re affert Curtius VII, 10 (39), 2: „Ingens spatium rectae regionis est, per quam amnis, Polytimetum vocant incolae, fertur torrens. Eum ripae in tenuem alveum cogunt; deinde caverna accipit et sub terram rapit." Jam vero quae sequuntur: „Cursus absconditi indicium est aquae meantis sonus; cum ipsum solum, sub quo tantus amnis fluit, ne modico quidem resudet humore," ea quidem in Curtianis videntur habenda esse exaggerationibus. De nomine fluvii, quod in Itiner. Alex. c. 86 in Polimetus corruptum legitur, recte annotat Raderus ad Curt.

l. c.: „ab incolis ergo aetatem Alexandri sequutis, qui plerique fuere Graeci (sex enim oppida Alex. non procul ea regione condidit (cf. VII, 10, 15.) Graecis potissimum habitata) et nomen a Macedonibus fluvio inditum acceperunt et in posteros propagarunt." Droysenius Hist. Alex. p. 323. ann. 53. certissimum esse ait, hunc fluvium nullum alium esse, quam qui hodie nomine Soghd appelletur; Mützellius ad Curt. l. c. (p. 704 b.): „Es kann keiner Frage unterworfen sein, dass der Polytimetus dem Kohik oder Zeraschan entspricht," quam sententiam vir doctissimus recentiorum peregrinatorum testimoniis comprobavit. Secus de hoc fluvio statuit Menn Melet. p. 76. cf. Santo-Cruc. Ex. crit. p. 724.

FRAGM. XXIII.

Arr. Exp. Alex. IV, 8, 15. (9.)

De Cliti caede.

Ἀριστόβουλος δὲ ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη οὐ λέγει, Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν, ὅν γε, ὠργισμένου Ἀλεξάνδρου καὶ ἀναπηδήσαντος ἐπ' αὐτὸν ὡς διαχρησομένου, ἀπαχθῆναι μὲν διὰ θυρῶν ἔξω ὑπὲρ τὸ τεῖχός τε καὶ τὴν τάφρον τῆς ἄκρας, ἵνα ἐγένετο πρὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου τοῦ σωματοφύλακος· οὐ καρτερήσαντα δὲ ἀναστρέψαι αὖθις, καὶ περιπετῆ Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι Κλεῖτον ἀνακαλοῦντι καὶ φάναι· Ὅτι οὗτός τοι ἐγὼ ὁ Κλεῖτος, ὦ Ἀλέξανδρε· καὶ ἐν τούτῳ πληγέντα τῇ σαρίσσῃ ἀποθανεῖν.

De Cliti caede aliis aliter narrata cf. Arr. l. c. 8. init. Curt. VIII. c. 1. (3 sqq.) Iustin. XII, 6., Itiner. Alex. c. 90. Suid. s. v. *μεταξύ*. Ad Aristobuli autem narrationem proxime accedunt quae leguntur apud Plutarch. Vit. Alex. c. 50—51, qui similiter de ea re existimat atque Arrianus l. c. 9 init. cf. Cic. Tusc. IV, c. 27 et 37. Senec. de ir. c. 17. Epist. 84. Valer. Max. IX, 3. Oros. III, 18. Tatian. or. ad Graec. c. 3. Quod vero Santo-Crucius Exam. Crit. p. 347. Aristobuli narrationem eo potissimum consilio fictam esse opinatur, ut omnis ab Alexandro culpa removeatur, ab Aristobuli et indole et fide est alienissimum. Accedit quod etiam secundum reliquos auctores si non sola, gravissima tamen culpa Clito est tribuenda, quod recte vidit Droysenius Hist. Alex. p. 336 sqq. Alexandri culpam rhetorica Curtii expositione quamvis egregia mirifice auctam esse concedit etiam Mützellius in ann. ad Curt. VIII, 5, 52. (p. 730 a.).

FRAGM. XXIV.

Arr. Exp. Alex. IV, 13, 9 — 12. (5 — 7.)

De Syria muliere Alexandrum ab Hermolai eiusque sociorum insidiis prohibente.

Ἀριστόβουλος δὲ ὧδε ἀνέγραψε· Σύραν γυναῖκα ἐφοιτᾶν Ἀλεξάνδρῳ κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην. καὶ ταύτην τὸ μὲν πρῶτον γέλωτα εἶναι Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν· ὡς δὲ τὰ πάντα ἐν τῇ κατοχῇ ἀληθεύουσα ἐφαίνετο, οὐκέτι ἀμελεῖσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' εἶναι γὰρ τῇ Σύρᾳ πρόσοδον πρὸς τὸν βασιλέα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ καθεύδοντι πολλάκις ἤδη ἐπιστῆναι. Καὶ δὴ καὶ τότε ἀπαλλασσομένου ἐκ τοῦ πότου κατεχομένην ἐκ τοῦ θείου ἐντυχεῖν, καὶ δεῖσθαι ἐπανελθόντα πίνειν ὅλην τὴν νύκτα· καὶ Ἀλέξανδρον θεῖόν τι εἶναι νομίσαντα ἐπανελθεῖν τε καὶ πίνειν, καὶ οὕτω τοῖς παισὶ διαπεσεῖν τὸ ἔργον.

Dixit in antecedentibus Arrianus, ab aliis forte fortuna factum esse narrari, ut nocte ab Hermolao eiusque sociis ad Alexandrum trucidandum destinata epulas ille quibus interesset ad primam lucem usque extraheret atque ita periculum evitaret. Narratio de Syria muliere ita legitur apud Curtium VIII, 6 (22), 16: „Ceterum quum iam lux appeteret, et convivium solvitur, et coniurati exceperunt regem, laeti occasionem exsequendi sceleris admotam; quum mulier attonitae, ut creditum est, mentis, conversari in regia solita, quia instinctu videbatur futura praedicere, non occurrit modo abeunti, sed etiam semet obiecit, vultuque et oculis motum praeferens animi, ut rediret in convivium monuit: et ille per ludum, bene deos suadere, respondit, revocatisque amicis in horam diei ferme secundam convivii tempus extraxit.“ Cf. Auct. Itiner. Alex. c. 93, ubi verba codicis turpiter corrupta: „Sunt quia iam prohibitus ire vatis ne quidquam esset in aula erat multis praemonitis rata“, ita videntur emendanda esse: „Sunt qui aiant prohibitum (regem) ire vate, quae ne quidquam (periculi) esset in aula, erat multis praemonitis rata.“ cf. Mai. ad h. l.

FRAGM. XXV et XXVI.

Arr. Exp. Alex. IV, 14, 1 et 5. (3.)

De Callisthene Hermolai coniurationis participe eiusque vitae exitu quae narrata sunt ab Aristobulo adscripsimus Lib. I, c. II. p. 18 sqq. Ptolem. Fragm. XIII et XIV.

FRAGM. XXVII.

Arr. Exp. Alex. V, 14, 4 - 7. (3.)

De pugna contra Porum ad Hydaspem facta.

Ἀριστόβουλος δὲ τὸν Πώρου παῖδα λέγει φθάσαι ἀφικόμενον ξὺν ἅρμασιν ὡς ἑξήκοντα, πρὶν τὸ ὕστερον ἐκ τῆς νήσου τῆς μικρᾶς περᾶσαι Ἀλέξανδρον· καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἂν εἶρξαι Ἀλέξανδρον τῆς διαβάσεως, χαλεπῶς καὶ μηδενὸς εἴργοντος περαιωθέντα, εἴπερ οὖν καταπηδήσαντες οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν ἁρμάτων προσέκειντο τοῖς πρώτοις τῶν ἐκβαινόντων· ἀλλὰ παραλλάξαι γὰρ ξὺν τοῖς ἅρμασι καὶ ἀκίνδυνον ποιῆσαι Ἀλεξάνδρῳ τὴν διάβασιν· καὶ ἐπὶ τούτους ἀφεῖναι Ἀλέξανδρον τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ τραπῆναι αὐτοὺς οὐ χαλεπῶς, πληγὰς λαμβάνοντας.

Quae ad illustrandum huius loci argumentum pertinent quum annotata sint ad Ptolem. Fragm. XVI, hoc unum restat, ut quid nobis videatur de verbis: *πρὶν τὸ ὕστερον ἐκ τῆς νήσου τῆς μικρᾶς περᾶσαι Ἀλέξ.* aperiamus. Schmiederus enim ad h. l.: „Ultimas voces, ait, nescio utrum pro errore auctoris an pro glossemate habere debeam. Nam c. 13, 4 vocaverat hanc insulam *μεγάλην, ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον νῆσος οὖσα ἔλαθεν*, non *μικράν*. Sic vocaverat (ubi?) primam, praeter quam naves praetervehebantur. Igitur voces eas uncis inclusi.” Atque Ellendtio vere hoc a Schmiedero videtur esse observatum, quamquam quomodo voces istae in textum potuerint irrepere fatetur se ignorare. Krügerus denique non dubitavit cum Facio scribere: *ἐκ τῆς νήσου τῆς μείζονος* sine ulla codd. auctoritate. Nos vero voces *τῆς μικρᾶς* hoc loco rectissime se habere, in altero autem loco pro *μεγάλην*, in quo recte offendit Schmiederus, putamus scribendum esse *οὐ μεγάλην*, quam emendationem confirmat etiam comparatio loci, qui eadem de insula legitur ap. Plut. Vit. Alex. c. 60. his verbis: *καὶ προελθόντα πόῤῥω τῶν πολεμίων διαπερᾶσθαι πρὸς νῆσον οὐ μεγάλην*, atque paulo post: *ἀπὸ τῆς νησίδος ἄρας*, et ipse innuit loci Arrianei connexus, in quo si v. *μεγάλην* retinueris, prorsus non intelligitur quid velint sequentia vv. *καὶ αὐτήν*, quae quidem egregie quadrant ad *οὐ μεγάλην*, quum prior insula, quam naves praetervehebantur, item non magna esset. Totus igitur locus ita nobis videtur esse emendandus: *Ἔλαθε δὲ οὐκ ἐς βέβαιον χωρίον ἐκβὰς ἀγνοίᾳ τῶν τόπων, ἀλλὰ ἐς νῆσον γὰρ καὶ αὐτὴν οὐ μεγάλην, ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον νῆσος οὖσα ἔλαθεν, οὐ πολλῷ ὕδατι πρὸς τοῦ ποταμοῦ ἀποτεμνομένη ἀπὸ τῆς ἄλλης γῆς.* Etenim particula *δὲ* carent edd. Vulc. et Blanc. et *ἀποτεμνομένην* Ellendtius de suo dedit

pro vulg. *ἀποτεμνομένῃ*. Itaque rectissime Vulcanius interpretatus est: „quae ideo minus insula esse videbatur, quod eam aqua exiguo spatio a terra seiunxerat." — Ceterum si cui alter Arriani locus nihilominus videatur esse emendandus, pro *τῆς μικρᾶς* lenissima mutatione scribi possit *τῆς μακρᾶς* *).

FRAGM. XXVIII.

Arr. Exp. Alex. V, 20, 3. (2.)

De Glaucanicarum sive Glausarum appellatione quae ab Aristobulo allata sunt adscripsimus Lib. I. c. II. p. 23. in Ptolem. Fragm. XVII.

FRAGM. XXIX.

Strab. l. XV. t VI. p. 29—38. Tzsch. (691—93. Cas.)

De imbribus nivibusque Indiae atque de oryza planta.

Ἀριστόβουλος δὲ μόνα καὶ ὕεσθαι καὶ νίφεσθαι τὰ ὄρη καὶ τὰς ὑπωρείας φησί· τὰ πεδία δὲ καὶ ομβρων ὁμοίως ἀπηλλάχθαι καὶ νιφετῶν· ἐπικλύζεσθαι δὲ μόνον κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν· νίφεσθαι μὲν οὖν τὰ ὄρη κατὰ χειμῶνα· τοῦ δὲ ἔαρος ἀρχομένου καὶ τοὺς ὄμβρους ἐνάρχεσθαι, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λαμβάνειν ἐπίδοσιν· τοῖς δ' ἐτησίαις καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι καὶ λάβρους ἕως ἐπιτολῆς Ἀρκτούρου· ἔκ τε δὴ τῶν χιόνων καὶ τῶν ὑετῶν πληρουμένους ποτίζειν τὰ πεδία. Κατανοηθῆναι δὲ ταῦτα καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων φησὶν ὡρμηκότων μὲν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἀπὸ Παροπαμισαδῶν, μετὰ δὲ δυσμὰς Πληϊάδων καὶ διατριψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν ἔν τε τῇ Ἱππασίων καὶ τῇ Μουσικανοῦ γῇ τὸν χειμῶνα, τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου καταβεβηκότων εἰς τὰ πεδία καὶ πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Ὑδάσπην καὶ τὴν Πώρου χώραν· τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος ὕδωρ οὐκ ἰδεῖν, ἀλλὰ χίονας μόνον· ἐν δὲ τοῖς Ταξίλοις πρῶτον ὑσθῆναι· καὶ ἐπειδὴ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ νικήσασι Πῶρον

*) Hac annotatione iam pridem conscripta, in eandem emendationem (*τῆς μακρᾶς*) incidisse vidimus Sintenisium, elegantissimi iudicii virum, in egregia Krügerianae Arriani editionis censura, quae legitur in Jahnii Annal. T. VI. Fasc. II. p. 156 sqq. Quamquam vero talis viri auctoritas non poterat non admodum commendare hanc emendationem, Plutarchei tamen loci comparatio, re iterum iterumque perpensa, fecit, ut in priore sententia persisteremus.

ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὸν Ὕπανιν πρὸς ἕω, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν, ὕεσθαι συνεχῶς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις· ἐπιτείλαντος δὲ ἀρκτούρου γενέσθαι παῦλαν· διατρίψαντας δὲ περὶ τὴν ναυπηγίαν ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ καὶ πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως πληϊάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις, καὶ τὸ φθινόπωρον πᾶν καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιὸν ἔαρ καὶ θέρος ἐν τῷ κατάπλῳ πραγματευθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν Πατταληνὴν περὶ κυνὸς ἐπιτολήν· δέκα μὲν δὴ τοῦ κατάπλου γενέσθαι μῆνας, οὐδαμοῦ δ' ὑετῶν αἰσθέσθαι, οὐδ' ὅτε ἐπήκμασαν οἱ ἐτησίαι· τῶν δὲ ποταμῶν πληρουμένων τὰ πεδία κλύζεσθαι· τὴν δὲ θάλατταν ἄπλουν εἶναι τῶν ἀνέμων ἀντιπνεόντων, ἀπὸ γαίας δὲ μηδεμιᾶς πνοῆς ἐκδεξαμένης. — Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Νέαρχος λέγει· περὶ δὲ τῶν θερινῶν ὄμβρων οὐχ ὁμολογεῖ, ἀλλά φησι ὕεσθαι τὰ πεδία θέρους, χειμῶνος δ' ἄνομβρα εἶναι. Λέγουσι δ' ἀμφότεροι καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. Ὁ μέν γε Νέαρχος τοῦ Ἀκεσίνου πλησίον στρατοπεδεύοντάς φησιν ἀναγκασθῆναι μεταλαβεῖν τόπον ἄλλον ὑπερδέξιον κατὰ τὴν ἀνάβασιν, γενέσθαι δὲ τοῦτο κατὰ θερινὰς τροπάς. — Ὁ δ' Ἀριστόβουλος καὶ μέτρα τῆς ἀναβάσεως ἐκτίθεται τετταράκοντα πήχεις, ὧν τοὺς μὲν εἴκοσιν ὑπὲρ τὸ προϋπάρχον βάθος πληροῦν μέχρι χείλους τὸ ῥεῖθρον, τοὺς δ' εἴκοσιν ὑπέρχυσιν εἶναι εἰς τὰ πεδία. Ὁμολογοῦσι δὲ καὶ διότι συμβαίνει νησίζειν τὰς πόλεις, ἐπάνω χωμάτων ἱδρυμένας, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ· μετὰ δὲ ἀρκτοῦρον παύεσθαι τὴν πλημμύραν ἀποβαίνοντος τοῦ ὕδατος· ἔτι δ' ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὀρύκτου χαραχθεῖσαν, καὶ ὅμως φύεσθαι τὸν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν. Τὴν δ' ὄρυζάν φησιν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ· πρασιὰς δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ τετράπηχυ, πολύσταχύ τε καὶ πολύκαρπον· θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν πληϊάδος καὶ πτίσσεσθαι ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ καὶ Βαβυλωνίᾳ καὶ Σουσίδι· καὶ ἡ κάτω δὲ Συρία φύει. — Τὴν δ' ὁμοιότητα τῆς χώρας ταύτης πρός τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ πάλιν τὴν ἐναντιότητα παραθεὶς ὁ Ἀριστόβουλος διότι τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, τοῖς Ἰνδικοῖς ποταμοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν, ζητεῖ, πῶς οἱ μεταξὺ τόποι οὐ κατομβροῦνται· οὔτε γὰρ ἡ Θηβαῒς μέχρι Συήνης καὶ τῶν ἐγγὺς Μερόης, οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Πατταληνῆς μέχρι τοῦ Ὑδάσπου· τὴν δ' ὑπὲρ ταῦτα τὰ μέρη χώραν, ἐν ᾗ καὶ ὄμβροι καὶ νιφετοί, παραπλησίως ἔφη γεωργεῖσθαι τῇ ἄλλῃ τῇ ἔξω τῆς Ἰνδικῆς χώρᾳ· ποτίζεσθαι γὰρ ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν χιόνων. Εἰκὸς δ' οἷς εἴρηκεν οὗτος, καὶ εὔσειστον εἶναι τὴν

γῆν, χαυνουμένην ὑπὸ τῆς πολλῆς ὑγρασίας, καὶ ἐκρήγματα λαμβάνουσαν, ὥστε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀλλάττεσθαι. Πεμφθεὶς γοῦν ἐπί τινα χρείαν ἰδεῖν φησιν ἐρημωθεῖσαν χώραν πλειόνων ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ἐκτραπομένου δ' εἰς τὸ ἕτερον ἐν ἀριστερᾷ κοιλότερον πολὺ καὶ οἷον καταῤῥάξαντος, ὡς τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἐν δεξιᾷ χώραν μηκέτι ποτίζεσθαι, ταῖς ὑπερχύσεσι μετεωροτέραν οὖσαν, οὐ τοῦ ῥείθρου τοῦ καινοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπερχύσεων.

Quae sequuntur Aristobuli commentariorum fragmenta (XXIX—XXXV), ex Strabone illa desumpta, in descriptione quidem versantur rerum maximam partem geographicarum et physicarum, huic autem nobis loco aptissime videbantur esse assignanda, quoniam ab ipso auctore eas observationes iis commentariorum libris insertas esse existimabamus, quibus Indicam Alexandri expeditionem consignavisset, praesertim quum ab Arriano quoque iis Expeditionis Alexandri libris (V et VI), quibus de rebus egit in India gestis, hic illic eiusmodi relationes videremus esse interpositas, ita tamen, ut quae ab Aristobulo suppeditarentur, in suum quidem usum Arrianus converterit, auctoris autem nomen, quod aliorsum etiam animadvertimus (cf. ann. ad Fragm. XXII), nusquam fere allegaverit. Verum enim vero iure mireris, quod idem Arrianus eo libro, qui Ἰνδικὴ inscribitur, ne iis quidem locis ubi de rebus agitur ab Aristobulo accuratius descriptis usquam ad huius auctoris nomen provocavit, sed ubique vel Nearchum vel Onesicritum vel Megasthenem sequutum sese profitetur. Veluti, quod ad nostrum locum attinet, de Indiae imbribus cf. Arr. Ind. c. 6. et Schmiederi annot. ad h. l.; de tempore navigationis in Hydaspe fluvio: Arr. Ind. c. 18. Exp. Alex. VI, 1, ubi ad Aristobulum non videtur respexisse, quamquam alia non desunt, quae ex eius commentariis deprompta esse non est quod dubitemus, veluti quae de imbribus et nivibus Indiae leguntur Exp. Alex. V, 9, 6: ἦν γὰρ ὥρα ἔτους ᾗ μετὰ τροπὰς μάλιστα ἐν θέρει τρέπεται ὁ ἥλιος· ταύτῃ δὲ τῇ ὥρᾳ ὕδατά τε ἐξ οὐρανοῦ ἀθρόα καταφέρεται ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδικὴν καὶ αἱ χιόνες sqq. et l. c. VI, 25, 9: Ὕεται γὰρ ἡ Γαδρωσίων γῆ ὑπ' ἀνέμων τῶν ἐτησίων, καθαπεροῦν καὶ ἡ Ἰνδῶν γῆ, οὐ τὰ πεδία (τῶν Γαδρωσίων), ἀλλὰ τὰ ὄρη sqq.; ubi haud scio an vv. τῶν Γαδρωσίων librariorum errore posita sint. cf. Ctes. Indic. ap. Phot. §. 1. ed. Lion. Recentiorum geographorum de Indicorum fluminum imbribus auctorum natura diligentissime testimonia contulit Mützellius ad Curt. VIII, 45, 8. (p. 797.) cf. Bohlen de Vet. Ind. II, p. 112 sqq. Bene autem Mützellius ad Curt. IX, 31, 8 annotat:

„Von grosser Wichtigkeit ist die Notiz aus Aristobulos bei Strabo (l. c.), dass die Macedonier im Winter im Lande des Musicanus sich befanden, d. h. im Winter 326 — 325." Denique adscribere iuvat, quae de regnis istis Indicis docuit Bohlen l. c. I. p. 91: „Zur Zeit Alexanders sehen wir in den Indusländern dieselben Verhältnisse wie in dem Indischen Epos wiederkehren; eine Menge kleiner Staaten ist entweder unabhängig und gegen einander in beständiger Spannung, oder den grösseren tributpflichtig; unter letztern treten zwei deutlicher hervor, nämlich das Reich des Porus d. i. Paurusha = Held, falls der Name appellativ ist und ein einzelnes Individuum bezeichnet, (Andere denken an den epischen Puru und dessen Nachkommen, die Pauruvâs. Lassen de Pentapol. Ind. p. 17.) und das der Prasier oder Ostländer am Yamuna und Ganges, gleichsam die Kuruiden und Panduiden ihrer Zeit." — Ceterum apparere ex hoc fragmento, Aristobulum expeditionis Indicae fuisse participem, annotatum est supra Lib. II. c. I. p. 27.

FRAGM. XXX.

Strab. l. XV. t. VI. p. 42—46. (694. Cas.).

De arboribus quibusdam et plantis Indicis.

Κατὰ δὲ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑάρωτιν καὶ Ἀριστόβουλος εἴρηκε περὶ τῶν κατακαμπτομένους ἐχόντων τοὺς κλάδους (δένδρων), καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· ὥσθ᾽ ὑφ᾽ ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα· οὗτος δὲ (sc. *Ὀνησίκριτος*) *τετρακοσίους. Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλο δένδρον οὐ μέγα, μεγάλους λοβοὺς ἔχον, ὡς ὁ κύαμος, δέκα δακτύλους τὸ μῆκος, πλήρεις μέλιτος, τοὺς δὲ φαγόντας οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι. (Ἅπαντας δ᾽ ὑπερβέβληνται περὶ τοῦ μεγέθους τῶν δένδρων οἱ φήσαντες ἑωρᾶσθαι πέραν τοῦ Ὑαρώτιδος δένδρον ποιοῦν σκιὰν ταῖς μεσημβρίαις πενταστάδιον.) Καὶ τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶν οὗτος τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα· ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως ταῖς ἐρέαις. Ἐν δὲ τῇ Μουσικανοῦ καὶ σῖτον αὐτοφυῆ λέγει πυρῷ παραπλήσιον, καὶ ἄμπελον, ὥστ᾽ οἰνοφορεῖν (τῶν ἄλλων ἄοινον λεγόντων τὴν Ἰνδικήν· ὥστε μηδ᾽ αὐλὸν εἶναι κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν, μητ᾽ ἄλλο τῶν μουσικῶν ὀργάνων μηδὲν πλὴν κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ κροτάλων, ἃ τοὺς*

θαυματοποιοὺς κεκτῆσθαι.) Καὶ πολυφάρμακον δὲ καὶ πολύῤῥιζον τῶν τε σωτηρίων καὶ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ πολυχρώματον καὶ οὗτος εἴρηκε καὶ ἄλλοι γε. Προστίθησι δ' οὗτος, ὅτι καὶ νόμος εἴη τὸν ἀνευρόντα τι τῶν ὀλεθρίων, ἐὰν μὴ προσανεύρῃ καὶ τὸ ἄκος αὐτοῦ, θανατοῦσθαι· ἀνευρόντα δὲ, τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν. Ἔχειν δὲ καὶ κιννάμωμον καὶ νάρδον καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα τὴν νότιον γῆν τὴν Ἰνδικὴν ὁμοίως, ὥσπερ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ἔχουσάν τι ἐμφερὲς ἐκείναις κατὰ τοὺς ἡλίους· διαφέρειν δὲ τῷ πλεονασμῷ τῶν ὑδάτων, ὥστ' ἔνικμον τὸν ἀέρα εἶναι, καὶ τροφιμώτερον παρὰ τοῦτο καὶ γόνιμον μᾶλλον· ὡς δ' αὔτως καὶ τὴν γῆν καὶ τὸ ὕδωρ ἤδη· καὶ μείζω τά τε χερσαῖα τῶν ζώων καὶ τὰ καθ' ὕδατος τὰ ἐν Ἰνδοῖς τῶν παρ' ἄλλοις εὑρίσκεσθαι. Καὶ τὸν Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἄλλα καὶ τὰ ἀμφίβια· τάς τε γυναῖκας ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας.

De eximia arborum Indicarum proceritate cf. etiam Ctesias ap. Phot. 6. et apud Tzetz. Chil. VII. v. 739. (Fragm. Ind. XIV ed. Lion.) Nearch. Fragm. XI. Onesicr. Fragm. XV. et Intpp. ad Curt. IX, 1, 10. Aristobulum autem sequutus est Plinius N. H. VII, 2, 2, 21. ubi haec leguntur: „Arbores tantae proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Haec facit ubertas soli, temperies caeli, aquarum abundantia, (si libeat credere) ut sub una ficu turmae condantur equitum." Ex recentioribus vv. dd. Bohlenius de Vet. Ind. I. p. 39. de hac arbore haec annotat: „Bereits die Griechen von Theophrast an gedenken des Baumes mit Bewunderung und stimmen mit den neuern Reisenden überein, dass sich in dem Schatten eines Feigenbaums oft Tausende lagern können." De lanigeris arboribus cf. Nearch. Fragm. VIII et IX. — Ceterum in verborum contextu Tzschuckium plerumque sequuti sumus; quae vero de scriptura v. Ὑάρωτις ille annotat: „Malim Ὑαρώτην, ut propius accommodetur scriptura ad Arriani Ὑδραώτης, ni obstet paulo post et infra Ὑαρώτιδος", tenendum est, in Indicis his nominibus ab aliis aliter Graece redditis nihil esse mutandum, Indicum autem huius fluminis nomen est Hiravati, quod docet Bohlen. de Vet. Ind. I, p. 13. Denique de significatione v. λοβὸς Casaubonus, qui egregie hunc locum emendavit, haec adscripsit: „Est λοβὸς fabarum integumentum: non illud quidem, quo singulae involvuntur, sed quo plures simul; siliquam Latini vocant."

FRAGM. XXXI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 74. Tzsch. (701. Cas.)

De Pattalorum insula.

Ὑστάτης δὲ τῆς Παταληνῆς (ἐκράτησεν Ἀλέξανδρος), ἣν ὁ Ἰνδὸς ποιεῖ, σχισθεὶς εἰς δύο προχοάς. Ἀριστόβουλος μὲν οὖν εἰς χιλίους σταδίους διέχειν ἀλλήλων φησὶν αὐτάς. Νέαρχος δ' ὀκτακοσίους προστίθησιν.

Cf. Arr. Exp. Alex. VI, 17, 4 sqq., ad quem locum haec adscripsit Van der Chys in Comment. Geogr. p. 113: „Regio Pattala vel Pattalene, de qua hic nunc sermo est, hodierno tempore non uno nomine insignitur. Vincentius in Periplo Nearchi p. 163 (nobis p. 142 ed. London. 1797.) tradit Pattala Sanscritice significare regionem inferiorem." Mützellius ad Curt. IX, 34, 28 (p. 864) addit: „Das heutige Tatta deutet wohl auf jenen Namen. S. Ritter. Erdk. 5. p. 475 sqq." Cf. etiam Bernhardy ad Dionys. Perieg. v. 1092. Schmied. ad Arr. Ind. II, 6. Bohlen de Vet. Ind. I, p. 17. Eandem regionem attigit etiam Onesicritus Fragm. XIX. cf. Plin. VI, 20, 23.

FRAGM. XXXII et XXXIII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 97—100. Tzsch. (706—7. Cas.) et l. XVII. t. VI. p. 634. (824. Cas.)

De anguibus, viperis aliisque Indi et Nili animalibus.

Ἀριστόβουλος δὲ τῶν θρυλλουμένων μεγεθῶν οὐδὲν ἰδεῖν φησιν· ἔχιδναν δὲ μόνον ἐννέα πηχῶν καὶ σπιθαμῆς. (Καὶ ἡμεῖς δ' ἐν Αἰγύπτῳ κομισθεῖσαν ἐκεῖθεν τηλικαύτην πως εἴδομεν.) Ἔχεις δὲ πολλοὺς φησι πολὺ ἐλάττους καὶ ἀσπίδας, σκορπίους δὲ μεγάλους· οὐδὲν δὲ τούτων οὕτως ὀχλεῖν, ὡς τὰ λεπτὰ ὀφείδια οὐ μείζω σπιθαμιαίων· εὑρίσκεσθαι γὰρ ἐν σκηναῖς, ἐν σκεύεσιν, ἐν θριγκοῖς ἐγκεκρυμμένα· τοὺς δὲ πληγέντας αἱμοῤῥοεῖν ἐκ πάντος πόρου μετὰ ἐπωδυνίας· ἔπειτα ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ βοηθήσει τις εὐθύς. τὴν δὲ βοήθειαν ῥᾳδίαν εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν Ἰνδικῶν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων. Κροκοδείλους τε οὔτε πολλοὺς οὔτε βλαπτικοὺς ἀνθρώπων ἐν τῷ Ἰνδῷ φησιν εὑρίσκεσθαι· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ζῶα τὰ πλεῖστα τὰ αὐτὰ ἅπερ ἐν τῷ Νείλῳ γεννᾶσθαι, πλὴν ἵππου ποταμίου. (Ὀνησίκριτος δέ φησι καὶ τοῦτον γεννᾶσθαι.) Τῶν δ' ἐκ θαλάττης φησὶν Ἀριστόβουλος εἰς μὲν τὸν Νεῖλον ἀνατρέχειν μηδὲν

ἔξω θρίσσης καὶ κεστρέως καὶ δελφῖνος, διὰ τοὺς κροκοδείλους, ἐν δὲ τῷ Ἰνδῷ πλῆθος· τῶν δὲ καρίδων τὰς μὲν μικρὰς μέχρι ὄρους ἀναθεῖν, τὰς δὲ μεγάλας μέχρι τῶν συμβολῶν τοῦ τε Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου.

Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος, μηδὲν ἀνατρέχειν ὄψον εἰς τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς θαλάττης, πλὴν κεστρέως καὶ θρίσσης καὶ δελφῖνος, διὰ τοὺς κροκοδείλους· τοὺς μὲν δελφῖνας διὰ τὸ κρείττους εἶναι, τοὺς δὲ κεστρέας τῷ παραπέμπεσθαι ὑπὸ τῶν χοίρων παρὰ γῆν κατά τινα οἰκείωσιν φυσικήν· τῶν δὲ χοίρων ἀπέχεσθαι τοὺς κροκοδείλους, στρογγύλων ὄντων καὶ ἐχόντων ἀκάνθας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φερούσας κίνδυνον τοῖς θηρίοις· ἀναθεῖν μὲν οὖν ἔαρος τοὺς κεστρέας γόνον ἔχοντας· μικρὸν δὲ πρὸ δύσεως Πλειάδος καταβαίνειν τεξομένους ἀθρόους, ὅτε καὶ ἡ ἅλωσις αὐτῶν γίγνεται περιπιπτόντων τοῖς φράγμασιν ἀθρόον.

Eadem fere narrantur apud Arr. Ind. c. VI et Exp. Alex. VI, 1. cf. Onesicr. Fragm. VII. Nearch. Fragm. XIV et XV. Wessel. ad Diod. XVII, 90. Intpp. ad Curt. IX, 1, 4 et 12. Plin. N. H. VIII, 14, 14. His egregie respondent, quae leguntur apud Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 41—43: „Die Wälder und Gebüsche Indiens wimmeln ferner von Schlangen, von denen es 44 Arten, worunter 8 giftige, geben soll; eine Gattung giftiger Eidechsen, welche schon Aristoteles kennt, ist die sogenannte Wasserschlange, Salamandala (Σαλαμανδρά); aber das Dickicht ist gleichfalls belebt von dem schönsten und gesangreichsten Geflügel, wie Pfauen (sikhinas, mayûrâs), Papageien sqq. — Zu den Plagethieren gehören besonders die Termiten, welche in ganzen Schaaren in die Wohnungen dringen und in kurzer Zeit alle Mobilien und Schriften in Staub verwandeln, wie es dem Naturforscher Blum auf Yava begegnete." cf. Droysen Hist. Alex. p. 388. De Indicorum atque Aegyptiorum fluminum similitudine cf. Bohlen. l. c. p. 16.

FRAGM. XXXIV.

Strab. l. XV. t. VI. p. 129—33. Tzsch. (714. Cas.)

De Gymnosophistis qui appellantur Indicis et Taxilarum moribus quibusdam insolentioribus.

Ἀριστόβουλος δὲ τῶν ἐν Ταξίλοις σοφιστῶν ἰδεῖν δύο φησὶ Βραχμᾶνας ἀμφοτέρους, τὸν μὲν πρεσβύτερον ἐξυρημένον, τὸν δὲ νεώτερον κομήτην, ἀμφοτέροις δ' ἀκολουθεῖν μαθητάς· τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον κατ' ἀγορὰν διατρίβειν, τιμωμένους ἀντὶ συμβούλων ἐξουσίαν ἔχοντας ὅ,τι ἂν βούλωνται τῶν ὠνίων φέρεσθαι δωρεάν· ὅτῳ δ' ἂν προσίωσι,

καταχεῖν αὐτῶν τοῦ σησαμίνου λίπους, ὥστε καὶ κατὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν· τοῦ τε μέλιτος πολλοῦ προκειμένου καὶ τοῦ σησάμου μάζας ποιουμένους τρέφεσθαι δωρεάν· παρερχομένους δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου τράπεζαν παραστάντας δειπνεῖν καὶ καρτερίαν διδάσκειν παραχωροῦντας ἔς τινα τόπον πλησίον· ὅπου τὸν μὲν πρεσβύτερον πεσόντα ὕπτιον ἀνέχεσθαι τῶν ἡλίων καὶ τῶν ὄμβρων· ἤδη γὰρ ὕειν ἀρχομένου τοῦ ἔαρος· τὸν δ' ἑστάναι μονοσκελῆ, ξύλον ἐπηρμένον ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ὅσον τρίπηχυ· κάμνοντος δὲ τοῦ σκέλους ἐπὶ θάτερον μεταφέρειν τὴν βάσιν καὶ διατελεῖν οὕτως τὴν ἡμέραν ὅλην· φανῆναι δ' ἐγκρατέστερον μακρῷ τὸν νεώτερον· συνακολουθήσαντα γὰρ μικρὰ τῷ βασιλεῖ ταχὺ ἀναστρέψαι πάλιν ἐπ' οἴκου, μετιόντος τε, αὐτὸν κελεῦσαι ἥκειν, εἴ του βούλεται, τυγχάνειν· τὸν δὲ συναπᾶραι μέχρι τέλους, καὶ μεταμφιάσασθαι καὶ μεταθέσθαι τὴν δίαιταν, συνόντα τῷ βασιλεῖ· ἐπιτιμώμενον δ' ὑπό τινων λέγειν ὡς ἐκπληρώσειε τὰ τετταράκοντα ἔτη τῆς ἀσκήσεως, ἃ ὑπέσχετο. Ἀλέξανδρον δὲ τοῖς παισὶν αὐτοῦ δοῦναι δωρεάν. — Τῶν δ' ἐν Ταξίλοις νομίμων καινὰ καὶ ἀήθη λέγει, τό, τε τοὺς μὴ δυναμένους ἐκδιδόναι τὰς παῖδας ὑπὸ πενίας προάγειν εἰς ἀγορὰν ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας κόχλῳ τε καὶ τυμπάνοις, οἷσπερ καὶ τὸ πολεμικὸν σημαίνουσιν, ὄχλου προσκληθέντος· τῷ δὲ προσελθόντι τὰ ὀπίσθια πρῶτον ἀνασύρεσθαι μέχρι τῶν ὤμων, εἶτα τὰ πρόσθεν· ἀρέσασαν δὲ καὶ συμπεισθεῖσαν ἐφ' οἷς ἂν δοκεῖ συνοικεῖν. Καὶ τὸ γυψὶ ῥίπτεσθαι τὸν τετελευτηκότα· τὸ δὲ πλείους ἔχειν γυναῖκας κοινὸν καὶ ἄλλων. Παρά τισι δ' ἀκούειν φησὶ, καὶ συγκατακαιομένας τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν ἀσμένας· τὰς δὲ μὴ ὑπομενούσας ἀδοξεῖν· εἴρηται καὶ ἄλλοις ταῦτα.

De Indicis his sophistis, Gymnosophistis vulgo appellatis, egērunt etiam Onesicritus (Fragm. X.) et Nearchus (Fragm. VII.). Praeterea cf. Arr. Ind. c. 11. Exp. Alex. VII, 1—2. Diod. XVII, c. 102. Plut. Vit. Alex. c. 64. Curt. VIII, 9 (33), 31 sqq. cf. Mütz. ad h. l. Plin. N. H. VII, c. 2. Cic. Tusc. V, 25. Ex recentioribus vv. dd. Bohlenius de Vet. Ind. I, p. 319. de Brachmanibus haec docuit: „Megasthenes fand ein gedoppeltes Religionssystem in Indien vor, das der Brahmanen und der Germanen (d. i. Sramànas = Heilige) oder Samanaeer, d. i. samanas = die Gleichbleibenden, wie sich gerade die Buddhisten selbst nennen, und die Lehrmeinungen der Letztern werden so beschrieben, dass man die Buddhisten keinen Augenblick verkennen kann. Nie werden diese Sektennamen mit einander verwechselt, sondern wo religiöse

Weise überhaupt genannt werden, bedienen sich die Griechen des Namens *Γυμνοσοφισταί*, daher von einer Gymnosophistik der Brahmanen sowohl, als der Persischen Magier gesprochen wird. Den Namen Buddhas glaube ich auch in dem *Βουδύας* bei Arr. Ind. c. 8 zu finden." De eorum castigationibus idem l. c. p. 279. haec annotat: „Es ist merkwürdig, dass uns die indischen Schriften aus dem höchsten Alterthume bereits dieselben Uebungen schildern, wie sie noch gegenwärtig angetroffen werden und wie sie ebenfalls schon den Alten bekannt waren, denen diese Schwärmerei am meisten auffallen muss." cf. Heeren. Op. Hist. V. X. p. 375. et XII. p. 130. De Indorum more filias publice venum dandi cf. Arr. Ind. c. 17. et Bohlen. l. c. p. 148, de impietate in mortuos Arr. Ind. c. 10. et Bohlen. l. c. II., p. 181, ubi haec leguntur: „Die Sekte der Sivaiten zeigt wenig Pietät gegen ihre Verstorbenen, die am gewöhnlichsten begraben oder den Raubthieren zur Beute gelassen, häufig auch in den Ganges geworfen werden; und auf diese Rohheiten bezieht sich die Nachricht des Megasthenes(?), dass man die Leichen den Raubthieren vorzuwerfen pflege." Uberius etiam idem v. d. de uxoribus una cum maritis combustis disseruit l. c. p. 293 sqq.

FRAGM. XXXV.

Arr. Exp. Alex. VI, 22, 7—14. (3—8).

De myrrha, nardo aliisque plantis et arboribus memoratu dignis in Alexandri itinere ex India ad Gadrosorum terram inventis.

Αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) ξὺν τῇ στρατιᾷ τῇ πολλῇ — προὐχώρει ὡς ἐπὶ Γαδρωσοὺς ἔρημον τὴν πολλήν.

Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ λέγει Ἀριστόβουλος σμύρνης πολλὰ δένδρα πεφυκέναι, μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην σμύρναν· καὶ τοὺς Φοίνικας τοὺς κατ' ἐμπορίαν τῇ στρατιᾷ ξυνεπομένους ξυλλέγοντας τὸ δάκρυον τῆς σμύρνης (πολὺ γὰρ εἶναι, οἷα δὴ ἐκ μεγάλων τε τῶν πρέμνων καὶ οὔπω πρόσθεν ξυλλελεγμένον) ἐμπλήσαντας τὰ ὑποζύγια ἄγειν. Ἔχειν δὲ τὴν ἔρημον ταύτην καὶ νάρδου ῥίζαν πολλήν τε καὶ εὔοσμον· καὶ ταύτην ξυλλέγειν τοὺς Φοίνικας· πολὺ δὲ εἶναι αὐτῆς τὸ καταπατούμενον πρὸς τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πατουμένου ὀδμὴν ἡδεῖαν κατέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας· τοσόνδε εἶναι τὸ πλῆθος. Εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι· καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τῆς ἀμπώτεως ἐπὶ ξη-

ρου, ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος ἐν τῇ θαλάσσῃ πεφυκότα φαίνεσθαι· τῶν δὲ ἀεὶ τὰς ῥίζας τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις χωρίοις ἐπεφύκει, ἔνθενπερ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ, καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. Εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων καὶ τριάκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν, τυχεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερές, τὴν ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρον· καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν ἐκ γῆς πεφυκότα ἀκάνθης, καὶ τούτῳ ἐπεῖναι ἰσχυρὰν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τινῶν καὶ παριππευόντων ἐμπλακεῖσαν τῇ ἐσθῆτι κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλόν τι τὸν ἱππέα, ἢ αὐτὴν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ.

Totum hunc Arriani locum inde a. vv. *καὶ ἀπολείπεσθαι* usque ad vv. *πρὸς τῆς θαλάσσης*, qui etiam in editione Ellendtiana mutilus et omni sano sensu destitutus exhibetur, ex codice Parisino a Schweighaeusero primum collato egregie emendavit Krügerus additis vv. *πεφυκότα — τῇ θαλάσσῃ*. Idem v. d. in seqq. ex Schneideri emendatione rectissime dedit: *ἐκ γῆς πεφυκότα ἀκάνθης* pro vulg. *ἐκ τῆς ἀκάνθης πεφυκότα*. De myrrhae arbore cf. Ctes. ap. Phot. §. 28. ed. Lion. Plin. N. H. XII, 15—16. Theophr. Hist. IV, 5. De nardo similia narrantur apud Strabonem (l. XV. t. VI. p. 165. (721. Cas.): *ἀρωματοφόρος δὲ νάρδον μάλιστα (ἡ Γεδρωσία), καὶ σμύρνης, ὥστε τὴν Ἀλεξάνδρου στρατιὰν ὁδεύουσαν ἀντὶ ὀρόφου καὶ στρωμάτων τούτοις χρῆσθαι εὐωδιαζομένην ἅμα καὶ ὑγιεινότερον τὸν ἀέρα ἔχουσαν.* Cf. Plin. N. H. XII, 12, 25—26. Salmas. Exercitt. Plin. p. 746. a. F. et 753. a. E.

FRAGM. XXXVI.

Arr. Exp. Alex. VI, 28, 3—7. (2—5).

Alexander post reditum ex India et Gedrosia sacra facit in Carmania et Peucestem inter corporis custodes (*σωματοφύλακας*) recipit.

Ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν, οὐδέ τις ἄλλος ὅντινα ἱκανὸν ἄν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε· καί μοι ὡς οὐ πιστὰ ἀναγεγράφθαι ἐξήρκεσαν· ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἑπόμενος ξυγγράφω, θῦσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γαδρωσίων, καὶ ἀγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ γυμνικόν· κατατάξαι δὲ καὶ Πευκέσταν ἐς τοὺς σωματοφύλακας, ἤδη μὲν ἐγνωκότα σατράπην κα-

ταστῆσαι τῆς Περσίδος, ἐθέλοντα δὲ πρὸ τῆς σατραπείας μηδὲ ταύτης τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ἀπείρατον εἶναι, ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ· εἶναι δὲ αὐτῷ ἑπτὰ εἰς τότε σωματοφύλακας, Λεοννάτον Ἀντέου, Ἡφαιστίωνα τὸν Ἀμύντορος, Λυσίμαχον Ἀγαθοκλέους, Ἀριστόνουν Πεισαίου, τούτους μὲν Πελλαίους, Περδίκκαν δὲ Ὀρόντου ἐκ τῆς Ὀρεστίδος, Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου καὶ Πείθωνα Κρατεύα Ἐορδαίους· ὄγδοον δὲ προσγενέσθαι αὐτοῖς Πευκέσταν τὸν Ἀλέξανδρον ὑπερασπίσαντα.

Primum quod scripturae discrepantiam attinet, vulgatam: *ἐξήρκεσαν* retinuimus cum Krügero, quum idonea causa non esse videatur, quam attulit Ellendtius in praef. ad tom. I. p. XXI sq. eius mutandae in *ἐξήρκεσεν*, quod dedit Ellendtius. In seqq. autem vulg. *Κρατεᾶ*, quam tuetur Krüg., ex Photii a Bekkero emendati auctoritate recte mutasse videtur Ellendtius in *Κρατεύα*. Commemoravit Arrianus in antecedentibus, quae scriptores aliquot malae fidei de Alexandro ex India redeunte et Dionysi pompam imitante temere fabulati sint. Pluribus haec prodiderunt Plutarchus Vit. Alex. c. 67., de Fort. Alex. I, 15., Diodorus XVII, c. 106., Curtius IX, c. 10 (42), 24 sqq., ad quem locum recte annotat Mützellius: „Die festlichen Einzüge bei der Rückkehr, die, wenn auch mit orientalischer Ueppigkeit, doch sonst in allen Ehren und ohne lächerliche Praetensionen begangen sein werden, mögen jene Erfindung veranlasst haben." cf. Bernhardy de Dionys. Perieg. T. II. p. 509. Meinek. Quaestt. scen. Spec. I. p. 24. et Droysen. Hist. Alex. p. 483. ann. 15. — De veris harum fabularum auctoribus cf. Prolegomena. Arriani iudicio assentiri videtur etiam Strabo l. XI. t. IV. p. 443. et l. XV. t. VI. p. 10. De corporis custodum (*σωματοφυλάκων*) dignitate cf. Comment. de Vit. Ptolem. p. 9. ann. 30. Mütz. ad Curt. p. 399 et 566—67.

FRAGM. XXXVII.

a) Arr. Exp. Alex. VI, 29, 5 (4) sqq. b) Strab. l. XV. t. VI. p. 208. (730. Cas.)

De Cyri sepulcro Aristobuli opera restaurato.

a) *Ἐλύπησε δὲ αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον, ὅτι διορωρυγμένον τε καὶ σεσυλημένον κατέλαβε τοῦ Κύρου τὸν τάφον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· εἶναι γὰρ ἐν Πασαργάδαις ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ βασιλικῷ Κύρου ἐκείνου τάφον, καὶ περὶ αὐτὸν ἄλσος πεφυτεῦσθαι δένδρων παντοίων, καὶ ὕδατι εἶναι κατάῤῥυ-*

τον, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι ἐν τῷ λειμῶνι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ κάτω λίθου τετραπέδου ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι· ἄνωθεν δὲ οἴκημα ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον φέρουσαν εἴσω στενήν, ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ πολλὰ κακοπαθοῦντι παρελθεῖν· ἐν δὲ τῷ οἰκήματι πύελον χρυσῆν κεῖσθαι, ἵνα τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐτέθαπτο, καὶ κλίνην παρὰ τῷ πυέλῳ· πόδας δὲ εἶναι τῇ κλίνῃ χρυσοῦς σφυρηλάτους, καὶ τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων, καὶ καυνάκας πορφυροῦς ὑποστρώματα· ἐπεῖναι δὲ καὶ κάνδυς καὶ ἄλλους χιτῶνας τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας· καὶ ἀναξυρίδες Μηδικαὶ καὶ στολαὶ ὑακινθινοβαφεῖς ὅτι ἔκειντο, αἱ δὲ πορφύρας, αἱ δὲ ἄλλης καὶ ἄλλης χρόας, καὶ στρεπτοὶ καὶ ἀκινάκαι καὶ ἐνώτια χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητά, καὶ τράπεζα ἔκειτο. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς κλίνης ἡ πύελος ἔκειτο ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα· εἶναι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου πρὸς τῇ ἀναβάσει τῇ ἐπὶ τὸν τάφον φερούσῃ οἴκημα σμικρὸν τοῖς Μάγοις πεποιημένον, οἳ δὴ ἐφύλασσον τὸν Κύρου τάφον, ἔτι ἀπὸ Καμβύσου τοῦ Κύρου, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν φυλακήν. Καὶ τούτοις πρόβατόν τε ἐς ἡμέραν ἐδίδοτο ἐκ βασιλέως, καὶ ἀλεύρων τε καὶ οἴνου τεταγμένα καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ. Ἐπεγέγραπτο δὲ ὁ τάφος Περσικοῖς γράμμασι· ἐδήλου δὲ Περσιστὶ τάδε· Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι ὁ Καμβύσου, ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσαις καταστησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας. Μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος.

Ἀλέξανδρος δὲ (ἐπιμελὲς γὰρ ἦν αὐτῷ, ὁπότε ἕλοι Πέρσας, παριέναι ἐς τοῦ Κύρου τὸν τάφον) τὰ μὲν ἄλλα καταλαμβάνει ἐκπεφορημένα πλὴν τῆς πυέλου καὶ τῆς κλίνης· οἱ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐλωβήσαντο, ἀφελόντες τὸ πῶμα τῆς πυέλου, καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον· αὐτὴν δὲ τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὔογκόν σφισι ποιήσασθαι καὶ ταύτῃ εὔφορον, τὰ μὲν παρακόπτοντες, τὰ δὲ ξυνθλῶντες αὐτῆς· ὡς δὲ οὐ προὐχώρει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἔργον, οὕτω δὴ ἐάσαντες τὴν πύελον ἀπῆλθον. Καὶ λέγει Ἀριστόβουλος αὐτὸς ταχθῆναι παρ' Ἀλεξάνδρου κοσμῆσαι ἐξ ὑπαρχῆς τῷ Κύρῳ τὸν τάφον· καὶ τοῦ μὲν σώματος ὅσαπερ ἔτι σῶα ἦν καταθεῖναι ἐς τὴν πύελον, καὶ τὸ πῶμα ἐπιθεῖναι· ὅσα δὲ λελώβητο αὐτῆς κατορθῶσαι· καὶ τὴν κλίνην ἐντεῖναι ταινίαις καὶ τἆλλα ὅσα ἐς κόσμον ἔκειτο κατ' ἀριθμόν τε καὶ τοῖς πάλαι ὅμοια ἀποθεῖναι, καὶ τὴν θυρίδα δὲ ἀφανίσαι, τὰ μὲν αὐτῆς λίθῳ ἐνοικοδομήσαντα, τὰ δὲ πηλῷ ἐμπλάσαντα· καὶ ἐπιβαλεῖν τῷ πηλῷ τὸ σημεῖον τὸ βασιλικόν.

b) Εἶτ' εἰς Πασαργάδας ἧκεν (ὁ Ἀλέξανδρος) καὶ τοῦτο δ' ἦν βασίλειον ἀρχαῖον. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Κύρου τάφον εἶδεν ἐν παραδείσῳ, πύργον οὐ μέγαν, τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον, κάτω μὲν στερεὸν, ἄνω δὲ στέγην ἔχοντα καὶ σηκὸν στενὴν τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον· δι' ἧς παρελθεῖν εἴσω φησὶν Ἀριστόβουλος, κελεύσαντος τοῦ βασιλέως, καὶ κοσμῆσαι τὸν τάφον· ἰδεῖν δὲ κλίνην τε χρυσῆν καὶ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι καὶ πύελον χρυσῆν καὶ ἐσθῆτα πολλὴν κόσμον τε λιθοκόλλητον· κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἐπιδημίαν ταῦτ' ἰδεῖν· ὕστερον δὲ συληθῆναι, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐκκομισθῆναι, τὴν δὲ κλίνην θραυσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύελον μεταθέντων τὸν νεκρὸν, δι' οὗ δῆλον γενέσθαι διότι προνομευτῶν ἔργον ἦν, οὐχὶ τοῦ σατράπου, καταλιπόντων ἃ μὴ δυνατὸν ἦν ῥᾳδίως ἐκκομίσαι· συμβῆναι δὲ ταῦτα καίπερ φυλακῆς περικειμένης μάγων, σίτισιν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἵππον. Ἀλλ' ὁ ἐκτοπισμὸς τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς εἰς Βάκτρα καὶ Ἰνδοὺς πολλά τε ἄλλα νεωτερισθῆναι παρεσκεύασε, καὶ δὴ καὶ τοῦθ' ἓν τῶν νεωτερισθέντων ὑπῆρξεν. Οὕτω μὲν οὖν Ἀριστόβουλος εἴρηκε, καὶ τὸ ἐπίγραμμα δὲ ἀπομνημονεύει τοῦτο· „Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος, καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσ(ας)· μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος."

Eadem de re apud Plutarchum in Vit. Alex. c. 69 leguntur haec: Ἔπειτα τὸν Κύρου τάφον εὑρὼν διορωρυγμένον ἀπέκτεινε τὸν ἀδικήσαντα, καίτοι Πελλαῖος ἦν οὐ τῶν ἀσημοτάτων ὁ πλημμελήσας, ὄνομα Πολύμαχος. Τὴν δὲ ἐπιγραφὴν ἀναγνοὺς ἐκέλευσεν Ἑλληνικοῖς ὑποχαράξαι γράμμασιν. Εἶχε δὲ οὕτως. „Ὦ ἄνθρωπε, ὅστις εἶ καὶ ὅθεν ἥκεις, ὅτι μὲν γὰρ ἥξεις, οἶδα, ἐγὼ Κῦρός εἰμι ὁ Πέρσαις κτησάμενος τὴν ἀρχήν. Μὴ οὖν τῆς ὀλίγης μοι ταύτης γῆς φθονήσῃς, ἣ τοὐμὸν σῶμα περικαλύπτει." Curtius X, 1 (5), 30. haec narrat: „Forte enim sepulcrum Cyri Alexander iussit aperiri, in quo erat conditum eius corpus, cui dare volebat inferias. Auro argentoque repletum esse crediderat, quippe ita fama Persae vulgaverant; sed praeter clipeum eius putrem et arcus duos scythicos et acinacem nihil repperit. Ceterum corona aurea imposita amiculo, cui assuerat ipse, solium, in quo corpus iacebat, velavit, miratus, tanti nominis regem, tantis praeditum opibus, haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset e plebe." Ad quem locum annotat Mützellius: „Man kann kaum zweifeln, dass dieses Grabmahl mit dem im Thale von Murghab liegenden

Bau, welcher unter dem Namen Mesched Madre-i-Suleiman bekannt ist, identisch und also in einer Weise erhalten sei, dass man sich mit Zuziehung der antiken Nachrichten ein ziemlich getreues Bild des Ganzen entwerfen kann. Eine Anschauung von dem Aeussern geben die Zeichnungen in den Werken von Ker Porter, Morier, Onseley an den zu (Curt.) 5, 20., 10 p. 454 citirten Stellen, und bei Rich Narrative of a Journey to Persepolis. Edited by his widow. London 1839. 8. p. 240. Eben so wichtig sind die beigefügten Beschreibungen." His allatis idem v. d. comparari iubet Heeren Ideen 1, 1, p. 277. Ritter Erdk. 8, p. 951. Ceterum cf. Onesicr. Fragm. XXXI. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 1069. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 421 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 489 sqq. O. Mueller. Enchirid. Art. Archaeol. p. 270. Arriani autem et Strabonis loci, quibus hoc Aristobuli fragmentum proditum est, eiusmodi sunt, ut alter altero egregie explicetur atque illustretur. Veluti ex verbis, quae leguntur apud Arrianum: *καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ* luculenter apparet, quomodo sint intelligenda Strabonis illa: *σίτισιν λαμβανόντων (μάγων) καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἵππον.* Etenim iure suo annotat Casaubonus: „Si nihil deest, nimis profecto festinabat magnus scriptor cum ex Aristobulo haec transferret. Nam quis obsecro qui haec legat, non statim putet equinis carnibus vesci solitos istos magos? id enim Strabonis verba sonare videntur. Atqui non erant isti magi Scythae Abii et *Ἱππήμολγοι*, multo etiam minus *ἱπποφάγοι*. Sed ex Arriano quid Aristobulus scripserit liquet." Neque minus Arriani istis: *καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον· αὐτὴν δὲ τὴν πύελον* etc. confirmatur, recte se habere Strabonis verba ita a Tyrwhitto (Coniectt. in Strab. p. m. 60.) emendata: *τὴν δὲ κλίνην θραυσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύελον μεταθέντων τὸν νεκρόν· δι' οὗ δῆλον γενέσθαι διότι* etc. pro quibus vulgo legebatur: *τὴν δὲ κλίνην θραυσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύελον μεταθέντων, τὸν δὲ νεκρὸν δ' οὐ δῆλον γενέσθαι, διότι* etc. — In sepulcri inscriptione apud Strabonem et Eustathium eadem verba eodem ordine leguntur, praeterquam quod uterque una cum Plutarcho pro *καταστησάμενος* habet *κτησάμενος* et *ὁ Καμβύσου* omittit. Quod vero apud Strabonem minus concinne, ut ait Ellendtius ad Arr. l. c., *βασιλεὺς* pro *βασιλεύσας* exhibetur, lenissima mutatione videtur esse emendandum. Unus Plutarchus pluribus discrepat. Denique in Arriani loco v. *λέγει*, quod legitur ante vv. *ὅτι ἔκειντο* ex auctoritate codicis F. a Schmiedero recte est exterminatum. Ellendtius uncis inclusit, Krügerus retinendum statuit. Contra voc. *καὶ* ante vv. *αὐτὸν δὲ τὸν τάφον*, quam delendam esse censet Krügerus, retinuimus. Notandus

denique typothetarum error, quo in editione Ellendtiana male omissa sunt vv. *καὶ ἄλλης* ante *χρόας*.

FRAGM. XXXVIII.

Arr. Exp. Alex. VII, 4, 5. (4).

De nuptiis Susianis.

Ὁ δὲ καὶ γάμους ἐποίησεν ἐν Σούσοις ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων· αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Ἀρσινόην ἠγάγετο, ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ, τῶν Ὤχου θυγατέρων τὴν νεωτάτην Παρύσατιν· ἤδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς Ῥωξάνη.

De nuptiis Susianis data opera egit Chares Mytilenaeus Fragm. XV. Ceterum etiam quae in sequentibus afferuntur de coniugibus quas amicis Alexander in his nuptiis dederit, ex iisdem Aristobuli commentariis videntur hausta esse. Loco autem supra adscripto, qui ex ipsius Arriani testimonio Aristobulo auctori tribuitur, non dubitavimus recipere *Ἀρσινόην*, quod emendavit Blancardus, pro vulg. *Βαρσίνην*. Primum enim Blancardo teste manuarii libri pro *Βαρσίνην* exhibent *Ἀρσίνην*, deinde, quod gravissimum est, apud Photium p. 68. b. 7. haec leguntur: *ἐπιτελεῖ δὲ καὶ γάμους αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων λαμπρούς, αὐτὸς μὲν τὴν πρεσβυτάτην τῶν Δαρείου παίδων, Ἀρσινόη αὐτῆς ὄνομα, ἀγόμενος* Denique Arsinoen hanc Darii filiam natu maximam vel ab Arriano vel ab Aristobulo confusam esse cum Barsine illa Artabazi filia et Memnonis vidua, omnem profecto excedit probabilitatis speciem, praesertim quum Aristobulus Arriano auctore (Fragm. VII) de Barsine ista pluribus egerit. Quare hoc quidem loco minus recte et Ellendtius et Krügerus Arriano reliquendam esse censuerunt formam nominis, quae est *Βαρσίνη*, quamquam alioquin verum est, quod animadvertit Poppo in Censura Arr. Exp. Alex. ed. Ellendt. (Ergänzungsbl. der A. L. Z. Apr. 1834. p. 275.) eiusmodi errores interdum ipsi Arriano non librariis esse imputandos. Quod vero reliqui auctores (Diod. XVII, 107. Curt. IV, 5 (23), 1. cf. Mütz. ad h. l. et eius annot. ad Curt. X, 20, 11 (p. 912). Justin. XII, 10. Plut. Vit. Alex. c. 70) eandem Darii filiam natu maximam ab Alexandro Susis in matrimonium ductam Statiram nominatam esse tradunt, cum Aristobuli loco egregie potest conciliari. Recte enim annotat Droysenius Hist. Alex. p. 497. n. 34: „Vielleicht vertauschte die Prinzessin ebenso wie einige andre

Asiatinnen bei ihrer Vermählung ihren Persischen Namen Statira mit einem Hellenischen (Arsinoe). Die Amastrine Arrians heisst bei Diodor XIX, 109. Amestris, bei Strabo (XII. p. 20) und auf Münzen (s. Spanh. de us. et praest. p. 495.) Amastris, die Töchter des Artabazus sind ausser der oben genannten Barsine (Pharsine bei Syncell. p. 504.) Artacama oder Apama (Apamea), und Artonis oder Barsine, beide mit Hellenistischen Namen." — Legitimi autem coniugii honore ac dignitate unam Roxanen gavisam esse existimat Droysenius. Denique notandum, male in Arriani editione Ellendtiana voculam δὲ ante vv. λέγει Ἀριστόβ. omissam esse.

FRAGM. XXXIX.

Arr. Exp. Alex. VII, 17, 7. (5) — 18, 10. (6).

Alexander intrat Babyloniam invitis quum Chaldaeis tum Pithagora vate.

Ὅμως δὲ τά γε τῆς ἐπιστροφῆς τῆς κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν ἐς τὴν πόλιν ἐθελῆσαι (Ἀλέξανδρον) αὐτοῖς (Χαλδαίοις) πεισθῆναι λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τῇ πρώτῃ μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Εὐφράτην καταστρατοπεδεῦσαι, ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐν δεξιᾷ ἔχοντα τὸν ποταμὸν παρ' αὐτὸν πορεύεσθαι, ἐθέλοντα ὑπερβάλλειν τῆς πόλεως τὸ μέρος τὸ ἐς δυσμὰς τετραμμένον, ὡς ταύτῃ ἐπιστρέψαντα πρὸς ἕω ἄγειν· ἀλλὰ οὐ γὰρ δυνηθῆναι ὑπὸ δυσχωρίας οὕτως ἐλάσαι ξὺν τῇ στρατιᾷ, ὅτι τὰ ἀπὸ δυσμῶν τῆς πόλεως εἰσιόντι, εἰ ταύτῃ πρὸς ἕω ἐπέστρεφεν, ἑλώδη τε καὶ τεναγώδη ἦν· καὶ οὕτω καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα ἀπειθῆσαι τῷ θεῷ.

Ἐπεὶ καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον Ἀριστόβουλος ἀναγέγραφεν. Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀμφιπολίτην τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου, στρατηγὸν τῆς στρατιᾶς ἣν παρὰ Μαζαίῳ τῷ Βαβυλῶνος σατράπῃ ἀπέλιπεν Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ συνέμιξεν ἐπανιόντι αὐτῷ ἐξ Ἰνδῶν, ὁρῶντα πικρῶς τιμωρούμενον τοὺς σατράπας ὅσοι ἐπ' ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χώρᾳ τεταγμένοι ἦσαν, ἐπιστεῖλαι Πειθαγόρᾳ τῷ ἀδελφῷ, μάντιν γὰρ εἶναι τὸν Πειθαγόραν τῆς ἀπὸ σπλάγχνων μαντείας, μαντεύσασθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας· ἀντεπιστεῖλαι δὲ αὐτῷ Πειθαγόραν πυνθανόμενον τίνα μάλιστα φοβούμενος χρήσασθαι ἐθέλοι τῇ μαντείᾳ· τὸν δὲ γράψαι αὖθις ὅτι τόν τε βασιλέα αὐτὸν καὶ Ἡφαιστίωνα· θύεσθαι δὴ τὸν Πειθαγόραν πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίωνι· ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου ὁ λοβὸς ἀφανὴς ἦν, οὕτω δὴ ἐγγράψαντα καὶ κατασημηνάμενον τὸ γραμμάτιον πέμψαι παρὰ τὸν Ἀπολλό-

δωρον ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἐκβάτανα, δηλοῦντα μηδέν τι δεδιέναι Ἡφαιστίωνα· ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου ἐκποδών. Καὶ τὴν ἐπιστολὴν λέγει Ἀριστόβουλος κομίσασθαι Ἀπολλόδωρον μιᾷ πρόσθεν ἡμέρᾳ ἢ τελευτῆσαι Ἡφαιστίωνα· αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πειθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ γενέσθαι καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου· καὶ Πειθαγόραν τὰ αὐτὰ καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γράψαι Ἀπολλοδώρῳ. Ἀπολλόδωρον δὲ οὐ κατασιωπῆσαι, ἀλλὰ φράσαι γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς εὔνοιαν μᾶλλόν τι ἐπιδειξάμενον τῷ βασιλεῖ, εἰ φυλάττεσθαι παραινέσειε μή τις αὐτῷ κίνδυνος ἐν τῷ τότε ξυμπέσοι. Καὶ Ἀπολλόδωρόν τε λέγει ὅτι Ἀλέξανδρος ἐπήνεσε καὶ τὸν Πειθαγόραν, ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα, ἤρετο ὅτου γενομένου αὐτῷ σημείου ταῦτα ἐπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφόν· τὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι ἄλοβόν οἱ τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου· ἐρομένου δὲ ὅ τι νοεῖ τὸ σημεῖον, μέγα εἰπεῖν εἶναι χαλεπόν. Ἀλέξανδρον δὲ τοσούτου δεῆσαι χαλεπῆναι τῷ Πειθαγόρᾳ, ὡς καὶ δι' ἐπιμελείας ἔχειν αὐτὸν πλείονος, ὅτι ἀδόλως τὴν ἀλήθειάν οἱ ἔφρασε. — Ταῦτα αὐτὸς Ἀριστόβουλος λέγει παρὰ Πειθαγόρου πυθέσθαι· καὶ Περδίκκᾳ δὲ μαντεύσασθαι αὐτὸν λέγει καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον· καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γενομένου Περδίκκαν μὲν ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύσαντα ἀποθανεῖν, καὶ Ἀντίγονον ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον καὶ Λυσίμαχον τῇ ἐν Ἰψῷ γενομένῃ.

Narravit in antecedentibus Arrianus, Alexandro Babylonem proficiscenti obviam venisse Chaldaeos praesagiis monentes, ne urbem velit intrare; quibus propter malae potissimum fraudis suspicionem non obtemperasse regem. Cf. Plut. Vit. Alex. c. 73. Diod. XVII, 112. Justin. XII, 13. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 487 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 568. Quae vero de Pithagora et Apollodoro hoc loco prodidit Aristobulus, leguntur etiam apud Plutarchum l. c. et iisdem fere verbis apud Appianum Bell. Civ. II, c. 152: *Πειθαγόρας τε γὰρ ὁ μάντις Ἀπολλοδώρῳ δεδοικότι Ἀλέξανδρόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα θυόμενος εἶπε μὴ δεδιέναι· ἐκποδὼν γὰρ ἀμφοτέρους αὐτίκα ἔσεσθαι. — Καὶ Πειθαγόραν αὐτὸν ἤρετο ὅ,τι λέγοι τὸ σημεῖον· τοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι τὰ ὕστατα λέγει, αὖθις ἐπεμειδίασε· (οὐκ ἀρνουμένου δὲ (Πειθαγόρου) τὴν πρᾶξιν ἠρώτησε τῶν ἱερῶν τὸν τρόπον· φήσαντος δὲ ὅτι τὸ ἧπαρ ἦν ἄλοβον „Παπαὶ" εἶπεν, „ἰσχυρὸν τὸ σημεῖον."* (Plut. l. c.) — *Καὶ ἐπήνεσεν ὅμως Ἀπολλόδωρόν τε τῆς εὐνοίας, καὶ τὸν μάντιν τῆς παῤῥησίας. (Καὶ τὸν Πυθαγόραν οὐδὲν ἠδίκησεν.* Plut. l. c.) Quare haud improbabile est, id quod Ellendtius quoque arbitratur, ex eodem haec atque Arriani fonte hausta esse. — De Apol-

lodoro Amphipolita cf. Arr. Exp. Alex. III, 16, 7. Diod. XVII, c. 64. De Pithagorae fratris nomine Ellendtius ad h. l. haec adscripsit: „Constans est haec huius nominis scriptura (*Πειθαγόρας*) ut apud Arrianum ita apud Appianum l. c. Plutarcho l. c. idem ille vates audit *Πυθαγόρας* plane eadem vocalium varietate, qualem observavimus in nomine *Πείθων* VI, 7, 4." Totum vero locum, qui legitur etiam in editione Ellendtiana verbis his: *αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πειθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου*, quae quidem verba omni sano sensu destituta sunt, egregie emendavit Krügerus additis ex Bekkeri Anecdd. p. 177: *γενέσθαι καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ*. Recte etiam voc. *δὲ* ante v. *συνέμιξεν*, qua sententiarum nexus vehementer turbatur, a Krügero deleta est. Nos vero delevimus etiam v. *ταύτην* ante vv. *τὴν ἐπιστολὴν*, sequuti in his cum Schmiedero auctoritatem codicis optimi. Denique cum Krügero dedimus: *καὶ Περδίκκᾳ δὲ μαντεύσασθαι αὐτὸν* pro vulg. *καὶ Περδίκκᾳ δὲ αὐτῷ μαντεύσασθαι*. Paulo post autem *Περδίκκαν μὲν*, quod receperunt Schmied. et Ell. ex cod. opt., retinuimus. Krügerus tuetur vulg. *Περδίκκαν τε*.

FRAGM. XL.

Arr. Exp. Alex. VII, 19, 4. (3) sqq.

De classe ab Alexandro Babylone ad expeditionem Arabicam suscipiendam instructa.

Κατέλαβε δὲ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ναυτικὸν, τὸ μὲν κατὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἀναπεπλευκὸς ἀπὸ θαλάσσης τῆς Περσικῆς, ὅτιπερ σὺν Νεάρχῳ ἦν, τὸ δὲ ἐκ Φοινίκης ἀνακεκομισμένον πεντήρεις μὲν δύο τῶν ἐκ Φοινίκων, τετρήρεις δὲ τρεῖς, τριήρεις δὲ δώδεκα, τριακοντόρους δὲ ἐς τριάκοντα· ταύτας ξυντμηθείσας κομισθῆναι ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐκ Φοινίκης ἐς Θάψακον πόλιν, ἐκεῖ δὲ ξυμπηχθείσας αὖθις καταπλεῦσαι ἐς Βαβυλῶνα. Λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην· Πληρώματα δὲ ἐς τὰς ναῦς καὶ τὰς ἄλλας ὑπηρεσίας πορφυρέων τε πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐργάται τῆς θαλάσσης ἀφῖχθαι αὐτῷ ἐκ Φοινίκης τε καὶ τῆς ἄλλης παραλίας· λιμένα τε ὅτι πρὸς Βαβυλῶνα ἐποίει ὀρυκτὸν ὅσον χιλίαις ναυσὶ μακραῖς ὅρμον εἶναι, καὶ νεωσοίκους ἐπὶ τοῦ λιμένος· καὶ Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος μετὰ πεντακοσίων ταλάντων ἐπὶ

Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐστέλλετο, τοὺς μὲν μισθῷ πείσων, τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος ὅσοι θαλάσσιοι ἄνθρωποι· τήν τε γὰρ παραλίαν τὴν πρὸς τῷ κόλπῳ τῷ Περσικῷ κατοικίζειν ἐπενόει καὶ τὰς νήσους τὰς ταύτῃ· ἐδόκει γὰρ αὐτῷ οὐ μεῖον ἂν Φοινίκης εὐδαίμων ἡ χώρα αὕτη γενέσθαι. Ἦν δὲ αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλούς, πρόφασιν μὲν, ὅτι μόνοι τῶν ταύτῃ βαρβάρων οὔτε πρεσβείαν ἀπέστειλαν οὔτε τι ἄλλο ἐπιεικὲς ἢ ἐπὶ τιμῇ ἐπέπρακτο Ἄραψιν ἐς αὐτὸν, τὸ δὲ ἀληθὲς, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἄπληστος ἦν τοῦ κτᾶσθαί τι ἀεὶ Ἀλέξανδρος.

His simillima sunt, quae leguntur Fragm. XLI inde a verbis: *καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι*, e quibus etiam apparet, quod Arrianus hoc loco tamquam ex sua sententia pronunciatum affert (*ὥς γέ μοι δοκεῖ*), Alexandrum nempe non alia causa commotum, sed immensa avaritia stimulatum Arabicam parasse expeditionem, id non Arriano sed ipsi Aristobulo tribuendum esse. De Thapsaco urbe cf. Van der Chys comment. geogr. in Arr. II, 13. (p. 44). Idem v. d. *χώραν τῶν Ἀσσυρίων*, quae dicitur h. l., Mesopotamiam intelligendam esse existimat. Assyriam enim fuisse ad orientem Tigridis, neque in ea proprie Babylonem fuisse sitam. cf. Heeren Op. Hist. t. XI. p. 135 sqq. Insulas vero in sinu Persico sine dubio hic intelligi Tylum et Aradum, de quibus cf. Strab. l. XVI. p. 382. Cas. His addit: „Hodie dictae insulae Bahareïn, verosimiliter coloniae Phoeniciae. Non attigit Heerenius, qui de his insulis multa habet Op. Hist. XI. p. 234 sqq. magna Alexandri consilia, quae h. l. commemorantur, quaeque profecto, si mors regem non praeripuisset, insigniter mercaturam promovissent." De Arabia idem v. d. ad Arr. II, c. 20 dixit. cf. Strab. t. VI. l. XVI. p. 465. (Tzsch.) et Droysen. Hist. Alex. p. 571 sqq. Imprimis vero huc spectant quae egregie disseruit C. Ritterus Erdk. T. X. p. 37 sqq.

FRAGM. XLI et XLII.

a) Strab. t. VI. l. XVI. p. 261—65. (741. Cas.) b) Arr. Exp. Alex. VII, 22, 3 (2.) sqq.

De navigatione in Euphrate flumine ab Alexandro instituta.

a) *Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος, τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος, ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυχας μετὰ τοῦ πλήθους τῶν συνανακολουθησάντων· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ στόμια ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν· κατανοήσαντα δὲ μίαν τὴν μάλιστα συν-*

τείνουσαν ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ στόμα, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὐένδοτον καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα ἀπὸ σταδίων τριάκοντα ὑπόπετρον λαβόντα χωρίον, κἀκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον· ταῦτα δὲ ποιεῖν, προνοοῦντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησίζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος· διανοεῖσθαι γὰρ δὴ κατακτᾶσθαι τὴν χώραν ταύτην, καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι, καὶ πλοῖα τὰ μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον διάλυτά τε καὶ γομφωτά, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον σταδίοις ἑπτά, εἶτα τῷ ποταμῷ κατακομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος· τὰ δ᾽ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων· σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα· ἐν δὲ Κοσσαίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία. Σκήψασθαι μὲν οὖν αἰτίαν τοῦ πολέμου φησὶν, ἐπειδὴ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες ὡς αὐτόν· τὸ δ᾽ ἀληθὲς ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον· καὶ ἐπεὶ δύο θεοὺς ἐπυνθάνετο τιμᾶσθαι μόνους ὑπ᾽ αὐτῶν, τόν τε Δία καὶ τὸν Διόνυσον, τοὺς τὰ κυριώτατα πρὸς τὸ ζῆν παρέχοντας, τρίτον ὑπολαβεῖν ἑαυτὸν τιμήσεσθαι, κρατήσαντα καὶ ἐπιτρέψαντα τὴν πάτριον αὐτονομίαν ἔχειν, ἣν εἶχον πρότερον. Ταῦτά τε δὴ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυχας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι.

b) Λόγος δὲ λέγεται τοιόσδε. Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους. ὡς δὲ ἔπλει Ἀλέξανδρος κατὰ τὰ ἕλη, κυβερνᾶν γὰρ αὐτὸν λόγος τὴν τριήρη, πνεύματος μεγάλου ἐμπεσόντος αὐτῷ ἐς τὴν καυσίαν καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ βαρυτέραν πεσεῖν ἐς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τῆς πνοῆς σχεθῆναι ἐν καλάμῳ· τὸν κάλαμον δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων εἶναι τάφῳ τινὶ τῶν πάλαι βασιλέων. τοῦτό τε οὖν αὐτὸ πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι καὶ ὅτι τῶν τις ναυτῶν ἐκνηξάμενος ὡς ἐπὶ τὸ διάδημα ἀφελὼν τοῦ καλάμου αὐτὸ μετὰ χεῖρας μὲν οὐκ ἤνεγκεν, ὅτι νηχομένου ἂν αὐτοῦ ἐβρέχετο, περιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ τῇ αὑτοῦ οὕτω διήνεγκε. Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ Ἀλεξάνδρου λέγουσιν ὅτι τάλαντον μὲν ἐδωρήσατο αὐτῷ Ἀλέξανδρος τῆς προθυμίας εἵνεκα, ἀποτεμεῖν δὲ ὅτι ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν, τῶν μάντεων ταύτῃ ἐξηγησαμένων, μὴ περιιδεῖν σῶαν ἐκείνην τὴν κεφαλὴν ἥτις τὸ διάδημα ἐφόρησε τὸ βασίλειον, Ἀριστόβουλος δὲ τάλαντον μὲν ὅτι ἔλαβε λέγει αὐτὸν, ἀλλὰ πλη-

γὰς λαβεῖν τῆς περιθέσεως ἕνεκα τοῦ διαδήματος. Ἀριστόβουλος μὲν δὴ τῶν τινα Φοινίκων τῶν ναυτῶν λέγει ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν, εἰσὶ δὲ οἳ Σέλευκον λέγουσι.

Duo haec Aristobuli fragmenta ita inter se iuncta sunt, ut altero quae in ipsa Alexandri navigatione, altero quae in reditu ad Babylonem facta sint referantur. In priori loco quae sequuntur inde a verbis: *Σκήψασθαι μὲν οὖν αἰτίαν πολέμου φησίν*, quum vulgo olim *φασίν* legeretur, dubitare possis num Aristobulo auctori sint tribuenda. At vero quamquam id quod eadem de re legitur apud Arrianum Exp. Alex. VII, 20. init. „*Λόγος δὲ κατέχει*" vulgatam comprobare videtur scripturam, recte tamen Casaubonus et librorum Mss. auctoritate et sententiarum nexu commotus *φησίν* restituit, quandoquidem etiam quae ad finem huius fragmenti leguntur sine ulla dubitatione ad Aristobulum auctorem sunt referenda. Ceterum de prioris fragmenti argumento cf. Fragm. XL. et Arr. Exp. Alex. VII, 20—22. Diod. XVII, 116. Droysen. Hist. Alex. d. 574; de altero loco praeter Diod. l. c. cf. App. Syr. c. 56. et B. C. II, 153, ubi de nautae istius sorte haec afferuntur: *καὶ λαβεῖν τῆς προθυμίας αὐτίκα δωρεὰν παρὰ τοῦ βασιλέως τάλαντον ἀργυρίου· τῶν δὲ μάντεων αὐτὸν ἀναιρεῖν κελευόντων οἱ μὲν πεισθῆναι τὸν Ἀλέξανδρον αὐτοῖς, οἱ δὲ ἀντειπεῖν, εἰσὶ δὲ οἳ τάδε πάντα ὑπερελθόντες οὐ ναύτην ὅλως φασίν, ἀλλὰ Σέλευκον ἐπὶ τὸ διάδημα τοῦ βασιλέως ἐκκολυμβῆσαι καὶ περιθέσθαι Σέλευκον αὐτὸ τῇ κεφαλῇ, ἵνα ἄβροχον εἴη.* Videtur autem hoc de Seleuco commentum Clitarcho potissimum auctori deberi. Aristobuli auctoritatem recte sequutus est Droysenius Hist. Alex. p. 577. ann. 35. De Sepulcris istis regum Assyriorum recentiore tempore nil innotuisse annotat Van der Chys in Comment. Geogr. in Arr. VII, 22 (p. 124); paludosum autem solum ad occidentem hodiernorum Babylonis ruderum memorare Ker-Porterum Itiner. Vol. II. p. 389 sqq. Nunc autem prae ceteris cf. Ritter Erdk. T. X. p. 37 sqq.

Denique in Arriani loco ex Krügeri emendatione dedimus: *τοῦτό τε οὖν αὐτὸ* pro vulg. *τοῦτό τε οὖν αὐτὸς*, in antecedentibus autem voc. *δὴ* ante v. *βαρυτέραν*, quam delendam esse putat Krügerus retinuimus.

FRAGM. XLIII.

Strab. l. XVI. t. VI. p. 382. (766 Cas.)

De Gerrhae, urbis Arabicae, incolis.

Πεζέμποροι δ' εἰσὶν οἱ Γεῤῥαῖοι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωματικῶν. Ἀριστόβουλος δὲ τοὐναν–

τίον φησὶ, τοὺς Γεῤῥαίους τὰ πολλὰ σχεδίαις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὰ φορτία ἀναπλεῖν εἰς Θάψακον, εἶτα πεζῇ κομίζεσθαι πάντῃ.

Gerrham urbem eiusque incolas eo loco ab Aristobulo esse memoratos, ubi de navigatione Archiae, missi ab Alexandro ad oram Arabiae cognoscendam (cf. Arr. Exp. Alex. VII, 20), mentio facta esset, non est quod dubitemus; minus tamen equidem pro certo venditaverim id quod narrat Droysenius in Hist. p. 573., Alexandrum ab Archia certiorem esse factum, insulam quandam (Icari nomine appellatam, cf. Fragm. XLIV) ab eo conspectam ad sinum Gerrhae urbis sitam esse. Tametsi enim ex comparatione Strabonis l. c. p. 381. et Arriani l. c. iure colligitur, insulam istam haud procul a Gerrha urbe abfuisse, in Archiae tamen quae legitur apud Arrianum relatione Gerrha urbs ne verbo quidem memoratur. De incolis huius urbis cf. etiam Diod. Sic. III, c. 42. Ceterum totus ille Strabonis locus ex Eratosthenis Geographicis fluxit. cf. Bernhardy Eratosthen. T. I. Fragm. CXIX. De geographicis huius regionis rationibus cf. Ritter Erdk. T. X. p. 39 sqq.

FRAGM. XLIV.

Arr. Exp. Alex. VII, 20, 9. (4.)

De insula quadam Icari nomine ab Alexandro appellata.

Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει Ἀριστόβουλος ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τιμῇ τῆς νήσου τῆς Ἰκάρου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ, ἐς ἥντινα Ἴκαρον τὸν Δαιδάλου, τακέντος τοῦ κηροῦ ὅτῳ προσήρτητο τὰ πτερὰ, πεσεῖν ὁ λόγος κατέχει, ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρὸς πρὸς τῇ γῇ ἐφέρετο, ἀλλὰ μετέωρος γὰρ ὑπὸ ἀνοίας πετόμενος παρέσχε τῷ ἡλίῳ θάλψαι τε καὶ ἀνεῖναι τὸν κηρὸν, καὶ ἀπὸ ἑαυτοῦ τὸν Ἴκαρον τῇ τε νήσῳ καὶ τῷ πελάγει τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκαταλιπεῖν, τὴν μὲν Ἴκαρον καλεῖσθαι, τὸ δὲ Ἰκάριον.

De situ et natura huius insulae cf. Arr. l. c. §. 6—9. (3—4.) et annot. ad Aristob. Fragm. XL. Ceterum ex codice optimo recepimus v. *τιμῇ* ante *τῆς νήσου*, quamvis rectissime censeat Ellendtius eo non opus esse. At vero non magis opus est additis *τῇ τιμῇ* in Arr. Exp. Alex. VII, 30, 5. (2), nihilominus tamen iure suo legitur.

FRAGM. XLV.

Arr. Exp. Alex. VII, 24, 1—7. (4.)

De prodigio quodam propinquam Alexandri mortem portendente.

Ἀλλὰ γὰρ αὐτῷ ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐγγὺς ἦν το τέλος. Καί τι καὶ τοιόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι λέγει Ἀριστόβουλος· καταλοχίζειν μὲν αὐτὸν τὴν στρατιὰν τὴν ξὺν Πευκέστᾳ τε ἐκ Περσῶν καὶ ἀπὸ θαλάσσης ξὺν Φιλοξένῳ καὶ Μενάνδρῳ ἥκουσαν ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις, διψήσαντα δὲ ἀποχωρῆσαι ἐκ τῆς ἕδρας, καταλιπόντα ἔρημον τὸν θρόνον τὸν βασίλειον. Εἶναι δὲ κλίνας ἑκατέρωθεν τοῦ θρόνου ἀργυρόποδας, ἐφ' ὧν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι ἐκάθηντο. Τῶν τινα οὖν ἠμελημένων ἀνθρώπων (οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ὄντα λέγουσιν) ἔρημον ἰδόντα τὸν θρόνον καὶ τὰς κλίνας, περὶ τῷ θρόνῳ δὲ ἑστηκότας τοὺς εὐνούχους, καὶ γὰρ καὶ οἱ ἑταῖροι ξυνανέστησαν τῷ βασιλεῖ ἀποχωροῦντι, διελθόντα διὰ τῶν εὐνούχων ἀναβῆναί τε ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ καθέζεσθαι· τοὺς δὲ οὐκ ἀναστῆσαι μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ θρόνου κατὰ δή τινα νόμον Περσικὸν, περιῤῥηξαμένους δὲ τύπτεσθαι τά τε στήθη καὶ τὰ πρόσωπα ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, κελεῦσαι στρεβλωθῆναι τὸν καθίσαντα, μήποτε ἐξ ἐπιβουλῆς ξυντεταγμένον τοῦτο ἔδρασε γνῶναι ἐθέλοντα· τὸν δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐξειπεῖν ὅτι μὴ ἐπὶ νοῦν οἱ ἐλθὸν οὕτω πρᾶξαι· ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ ξυμβῆναι αὐτῷ οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο.

Eadem narratio extat apud Plutarchum in Vit. Alex. c. 73. et Diodorum lib. XVII, c. 116, qui quidem ab Aristobulo pluribus differunt, inter se autem ita consentiunt, ut eodem auctore (Clitarcho fortasse) uterque usus esse videatur. Droysenius in Hist. Alex. p. 578. ex variis auctoribus quae sibi maxime probabilia visa sunt, ut solet, passim delibavit. Plutarchi vero et Diodori narratio ab Aristobuli auctoritate discrepant primum eo, quod illi de exercitus lustratione nihil commemorant, deinde quod Alexandrum non bibendi, sed corporis ungendi et lavandi causa e solio surrexisse tradunt, denique quod hominem istum, quem Diodorus, quo magis mira ac portendosa res videatur, vincula quibus obstrictus fuerit ultro narrat abiecisse, non solum consedisse in solio sed diadema quoque et regium pallium induisse perhibent. Ceterum miror neminem interpretum offendisse in Diodori loco huc pertinente, ubi haec leguntur: *γνωσθείσης δὲ τῆς πράξεως ὁ βασιλεὺς καταπλα-*

γεὶς τὸ παράδοξον προσῆλθε τῷ θρόνῳ, καὶ χωρὶς καταπλήξεως ἡσυχῇ τὸν ἄνθρωπον ἀνέκρινε τίς ὢν καὶ τί βουλόμενος τοῦτο ἔπραξε· τοῦ δὲ εἰπόντος μηδὲν ἁπλῶς γινώσκειν, τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος περὶ τοῦ σημείου, τοῦτον μὲν — ἀπέκτεινεν sqq. Quomodo enim inter se conciliari possint sententiae praefracte sibi oppositae: καταπλαγεὶς — προσῆλθε et χωρὶς καταπλήξεως ἡσυχῇ — ἀνέκρινεν, equidem non video. Quare leni verborum transpositione ita emendandum hunc locum censeo: γνωσθ. δὲ τῆς πράξ. ὁ βασ. καταπλαγεὶς τὸ παράδοξον προσῆλθε τῷ θρόνῳ καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀνέκρινε etc. —, τοῦ δὲ χωρὶς καταπλήξεως ἡσυχῇ εἰπόντος etc. Ita enim sensus oritur aptissimus, qui egregie etiam respondet iis, quae eadem de re paulo uberius narrantur apud Plutarchum l. c.: Οὗτος ἀνακρινόμενος, ὅστις εἴη, πολὺν χρόνον ἄναυδος ἦν· μόλις δὲ συμφρονήσας Διονύσιος μὲν ἔφη καλεῖσθαι, Μεσσήνιος δὲ εἶναι τὸ γένος· ἔκ δέ τινος αἰτίας καὶ κατηγορίας ἐνταῦθα κομισθεὶς ἀπὸ θαλάσσης πολὺν χρόνον γεγονέναι ἐν δεσμοῖς· ἄρτι δὲ αὐτῷ τὸν Σάραπιν ἐπιστάντα τοὺς δεσμοὺς ἀνεῖναι καὶ προαγαγεῖν δεῦρο καὶ κελεῦσαι λαβόντα τὴν στολὴν καὶ τὸ διάδημα καθίσαι καὶ σιωπᾶν. Addit vero etiam Plutarchus, id quod refert Diodorus, Aristobulus autem non commemorat: Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀλέξανδρος τὸν μὲν ἄνθρωπον, ὥσπερ ἐκέλευον οἱ μάντεις, ἠφάνισεν. Ceterum in regia sella consedisse pro capitali apud Persas crimine habitum esse, optime comprobatur loco Frontini IV, 6, 3, ubi haec narrantur: „Alexander, quum hieme duceret exercitum, residens ad ignem recognoscere praetereuntes copias coepit, quumque conspexisset quemdam prope exanimatum frigore, considere loco suo iussit, dixitque ei: Si in Persis natus esses, in regia sella resedisse tibi capital foret, in Macedonia nato conceditur." cf. Valer. Maxim. V, 1. ext. 1., ubi eadem fere leguntur.

FRAGM. XLVI. et XLVII.

Plut. Vit. Alex. c. 75. ad fin. Arr. Exp. Alex. VII, 28, 1.

De Alexandri mortis causa ac tempore.

Ἀλλὰ ταῦτά τινες ᾤοντο δεῖν γράφειν ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς πλάσαντες. Ἀριστόβουλος δέ φησιν αὐτὸν πυρέττοντα μανικῶς, διψήσαντα δὲ σφόδρα πιεῖν οἶνον· ἐκ τούτου δὲ φρενιτιᾶσαι, καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός.

Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν.

ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος.

Attulit in antecedentibus Plutarchus l. c. quae tragice potius ficta quam vere narrata sibi esse videantur, veluti de Herculis poculo exhausto atque de repentino inter bibendum dolore, „quae, ut rectissime annotat Wesselingius ad Diod. XVII, 117. ille (Plutarchus) strinxit aperte in scriptores, qui Diodoreis (ex Clitarcho potissimum haustis) similia memoriae prodiderant. Alexander nimia intemperantia et prorogata plures in dies crapula febrim sibi et mortem maturavit. Inspice Ephemerides, quas ibidem subiecit Plutarchus (et Arrianus l. c. XXV et XXVI) atque Athenaeum X, p. 434, et nihil esse liquidius mecum profiteberis." Extant autem fabulae istae apud Diod. XVII, 117. Iustin. XII, 15. Curt. X, 5. (14). (cf. Freinsh. ad h. l.) Arr. Exp. Alex. VII, 27. Itinerar. Alex. c. 118. Iul. Valer. III, 89. Valer. Maxim. I, 7. ext. 2, V, 1. ext. 1. Senec. Epist. 83. p. 345. Euseb. de Vit. Constantin. I, 7. Ex recentioribus viris doctis cf. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 499. Droysen. Hist. Alex. p. 582. Stahr. Aristotel. I. p. 137. Diem supremum Alexandri praeter Santo-Crucium l. c. p. 633 sqq. accuratissime statuere conati sunt Clinton in Fast. Hell. p. 172 et Idlerus in dissertatione, quae legitur inter Act. Acad. Berol. ann. 1820—21. Obiit vero magnus rex secundum horum computationes a. d. III. Id. Iun. ann. 323. a. C. — De Aristobuli relatione Droysenius l. c. p. 584. ann. 42. ita indicat: „Wenn Aristobul den 13. Juni bezeichnete, so scheint er entweder geirrt oder minder genau geschrieben zu haben."

FRAGM. XLVIII.

Arr. Exp. Alex VII, 29, 9. (4.)

Alexandri M. vinolentia excusatur.

Καὶ οἱ πότοι δέ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο, οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους.

Immodicam contra Alexandri vini cupiditatem acrius perstringunt: Curtius V, 7 (22), 1. Justin. IX, 8. Liv. IX, 18. Ael. V. H. III, 23. Athen. X, p. 434 et 437. cf. Meinek. ad Menandr. p. 99.

FRAGM. XLIX.

Athen. X. p. 434. d.

De Callisthene Alexandri poculum repudiante quae huc pertinent adscripsimus Lib. VIII, c. II. Char. Mytilen. Fragm. VI. cf. Lib. VI, c. I.

FRAGM. L.

Athen. VI. p. 251. a.

Dioxippus Atheniensis de divina Alexandri natura iocatur.

Ἀριστόβουλος δέ φησιν ὁ Κασανδρεὺς Διώξιππον τὸν Ἀθηναῖον παγκρατιαστὴν τρωθέντος ποτὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ αἵματος ῥέοντος εἰπεῖν

Ἰχὼρ οἷόςπερ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

De divina sua origine atque natura et ipsum Alexandrum saepius iocatum esse neque aegre tulisse amicorum iocos, apparet etiam ex Satyri narratione de Anaxarcho ap. Athen. l. c. p. 250. f. cf. Stob. Serm. XXI, 15. — Santo-Crucius Ex. Crit. p. 369 de nostro loco haec annotat: „Cet endroit d'Aristobule a été supprimé par Arrien, qui vraisemblablement nous aura fait perdre plus d'un trait de ce genre." cf. Droysen. Hist. Alex, p. 347. Ceterum versus iste Homericus legitur Jl. V, 340. Tribuitur vero idem versus Callistheni a Seneca (Suasor. I. p. 6. ed Bip.) cf. Lib. VI, c. I.

LIB. III.

ONESICRITUS ASTYPALAEENSIS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Onesicritum [1]) auctore Diogene Laertio VI. §. 84., *οἱ μὲν Αἰγινήτην, Δημήτριος δὲ ὁ Μάγνης Ἀστυπαλαιέα φησί* [2]). Haud improbabile igitur, id quod coniecit Meierus, eum in altera quidem insula natum, in altera posteriori tempore vel commoratum vel civitate esse donatum. Ceterum ex iis quae infra exposita sunt apparebit, Onesicritum ante Persicam quidem Alexandri expeditionem in Aegina insula aliquamdiu versatum, post regis autem obitum in neutram insulam reducem esse factum.

Diogenis Cynici Onesicritum disciplina usum esse et Plutarchus [3]) testatur et Diogenes Laertius [4]), qui eum in numero etiam habet *τῶν ἐλλογίμων Διογένους μαθητῶν*, quomodo vero in hanc disciplinam venerit ita narrat: *θαυμαστὴ δέ τις ἦν περὶ τὸν ἄνδρα (Διογένη) πειθώ, ὥστε πάνθ' ὁντινοῦν ῥᾳδίως αἱρεῖν*

1) De Onesicriti vita et scriptis post Santo-Crucium (Exam. crit. p 38.) accuratius nuper disseruit M. H. E. Meierus in Erschii et Gruberi litt. et artt. Encyclop. Sect. III. P III. p. 455. sqq.

2) Ita recte hoc nomen scriptum est a Menagio pro eo, quod olim legebatur, *Ἀστυπαλέα*, itemque apud Aelianum (de Nat. Animal. XVI, c. 39, Fragm. VII.) ubi eadem Onesicrito patria tribuitur pro vulg. *Ἀστυπαλαῖος* recte scribendum censet *Ἀστυπαλαιεύς*. cf Jacobs ad h. l. Maiore etiam scripturae discrepantia quam in patriae codd. Mss. in ipso Onesicriti laborant nomine. Etenim modo *Ὀνησικράτης*, modo *Ονησίκρατες*, modo *Ὀνησίκρητος*, modo *Ὀνησίκρατος* reperitur. Plurimi tamen libri exhibent *Ὀνησίκριτος*. cf. Solan ad Lucian. (quom. hist. s conscr. §. 40). Gronov. ad Arr. Exp. Alex. I .p 237. not. 6. — Ceterum non est quod cum Bennero (ad Lucian. Macrob. §. 14.) dubitationem moveas, Onesicritus Astypalaeensis num idem habendus sit qui Aeginensis.

3) Plut. Vit. Alex. c. 65: *ὁ δ' Ὀνησίκριτος ἦν φιλόσοφος τῶν Διογένει τῷ Κυνικῷ συνεσχολακότων.*

4) Diog. Laert. l. VI, §. 84. et 75.

τοῖς λόγοις· λέγεται γοῦν Ὀνησίκριτόν τινα Αἰγινήτην πέμψαι εἰς Ἀθήνας δυοῖν ὄντοιν υἱοῖν τὸν ἕτερον Ἀνδροσθένην, ὃν ἀκούσαντα τοῦ Διογένους αὐτόθι προσμεῖναι· τὸν δ' ἐπ' αὐτὸν καὶ τὸν ἕτερον ἀποστεῖλαι τὸν πρεσβύτερον Φιλίσκον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Φιλίσκον κατασχεθῆναι· τὸ τρίτον αὐτὸν ἀφικόμενον μηδὲν ἧττον συνεῖναι τοῖς παισὶ φιλοσοφοῦντα. Quare quum duos filios haberet adolescentulos quo tempore Alexandrum in Asiam sequutus sit Onesicritus aetate iam fuisse videtur provectior. Erat autem eiusdem Diogenis auditor etiam Anaximenes Lampsacenus [1]), nec improbabile est usum quendam familiarem inter hunc philosophum atque Onesicritum intercessisse, quae res aliquatenus fortasse valuit ut simul uterque Alexandrum et comitari et scriptis celebrare animum inducerent.

Minus tamen philosophicarum quam nauticarum rerum ille videtur peritus fuisse, quas ita quidem callebat, ut ab Alexandro in expeditione Indica gubernator regiae navis eligeretur [2]), quamquam, sicuti in scriptis, ut videbimus, ita in ipso hoc munere haud leve et iactantiae et temeritatis vituperium sibi contraxit. Etenim primum ut Arriani (l. c.) utar verbis: *ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα* [3]). Deinde una cum Nearcho ad Indiae oras maritimas circumnavigandas missus quum ad extremam Arabiae oram classem appellere statuisset, homo male audax et temerarius ab ipso Nearcho acriter est reprehensus [4]). Nihilominus Onesicritus et ingenii sermonisque, ut videtur, sollertia et dexteritate quadam in variis negotiis expediendis ipsi Alexandro ita sese commendaverat, ut et alia munera et legationem ad Gymnosophistas rex ei mandaret, post navigationem vero, quam modo diximus, feliciter peractam una cum Nearcho Susis eum aurea corona ornaret [5]).

---

1) Cf. infra Lib. VII, c. I.

2) Cf. Arr. Exp. Alex. VI, 2, 6. (3.) Hist. Ind. c. 18. §. 9. Plut. Vit. Alex. c. 66. — Onesicritum rerum nauticarum satis fuisse peritum, nemo mirabitur, qui meminerit, in Aegina insula, navigatorum genitrice, eum vel natum esse vel civem aliquamdiu versatum. Etenim quod Plutarchus (de Fort. Alex. I. p. 331.) Onesicritum hoc munus debuisse putat insigni gratiae et favori, quibus omnes omnino philosophos Alexander foverit, vereor ne philosopho artis navigandi imperito nunquam ille vitam et salutem in rapidis Indiae fluminibus traditurus fuisset.

3) Quare etiam apud Plinium (N. H. VI, 22, 24.) „classis Alexandri praefectus" appellatur. Suid. s. v. *Νέαρχ.* cf. Lib. IV, c. I.

4) Cf. Lib. IV. c. I. Arr. Exp. Alex. VII, 20, 16. Hist. Ind. c. 32, 9. —

5) Cf. Arr. Exp. Alex. VII, 5, 9. (6.)

Inter ipsas Alexandri expeditiones Onesicritum eius res scriptis attigisse, Luciani constat testimonio, qui istos perstringens historicos, qui temporum praesentium commodis unice inservientes adulatorum nomine iure notentur, memorabile de Onesicrito Alexandri dictum hoc affert: *ἡδέως ἂν πρὸς ὀλίγον ἀνεβίουν, ὦ Ὀνεσίκριτε, ἀποθανὼν, ὡς μάθοιμι, ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγινώσκουσιν· εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ οὐ μικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀνασπάσειν ἕκαστος τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν* [1]). Quare quin superstite iam Alexandro de eius rebus commentarios scribere inceperit ipsique regi nonnulla ex iis recitaverit Onesicritus, non est quod dubitemus, quamquam integrum eius opus post regis obitum et elaboratum et editum esse existimamus. Etenim quod narrat Plutarchus [2]), Onesicritum multo post Alexandri mortem Lysimacho, qui Thraciae tunc regnum obtineret, quartum historiarum librum praelegisse, hinc satis certo licet coniicere, mortuo Alexandro Onesicritum Lysimachi partes sequutum in eiusque regno quietum et honestum senectutis domicilium nactum, quae intra ipsas expeditiones de Alexandri rebus memoriae prodere coepisset, ea postea data opera illic elaborasse atque elimasse.

Tantum vero abest, ut mutatis temporum rationibus Onesicritus pariter atque Aristobulus [3]) commenticiam istam atque adulatoriam, quam ipse olim Alexander notaverat, scribendi rationem mutaverit atque abiecerit, ut etiam Lysimachus, audita de Amazone quae Alexandrum convenerit narratiuncula ab Onesicrito recitata, mirabundus atque subridens exclamaret: „*καὶ ποῦ τότε ἤμην ἐγώ;*" — indignatus autem adderet: „*ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις οὔτε ἀπιστῶν ἧττον οὔτε πιστεύων μᾶλλον Ἀλέξανδρον θαυμάσειε*" [4]). — Quotquot igitur Onesicriti mentionem fecerunt veteres scriptores de mala eius fide omnes consentiunt. Et primum quidem Arrianus quid de eo iudicaverit uno, quem supra citavimus, loco [5]) satis aperuit, dein Plutarcho quam suspecta eius fuerit fides, narratione de Lysimacho modo allata luculenter comprobatur; Gellius autem ne dubitavit quidem eum referre inter historiarum fabulosarum auctores, quales sint Aristeas Proconnesius, Isigo-

---

1) Lucian. quom. hist. s. conscr. §. 40.
2) Plut. Vit. Alex. c. 46.
3) Cf. Lib. II. C. I. p. 29.
4) Plut. l. c
5) Exp. Alex. VI, 2, 6. (3.)

nus, Ctesias, Polystephanus, Hegesias [1]), denique auctor gravissimus atque cautissimus Strabo lepidissime eum „οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην" appellandum esse existimat, quanquam concedit, λέγειν δ' οὖν τινα καὶ πιθανὰ καὶ μνήμης ἄξια, ὥστε καὶ ἀπιστοῦντα μὴ παρελθεῖν αὐτά [2]).

Onesicriti commentariorum argumentum cum Xenophontis libris ita comparat Diogenes Laertius [3]): Ἔοικε δέ τι ὅμοιον πεπονθέναι (Ὀνησίκριτος) πρὸς Ξενοφῶντα· ἐκεῖνος μὲν γὰρ Κύρῳ συνεστράτευσεν, οὗτος δὲ Ἀλεξάνδρῳ· κἀκεῖνος μὲν Παιδείαν Κύρου, ὁ δὲ πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη γέγραφε· καὶ ὁ μὲν ἐγκώμιον Κύρου, ὁ δὲ Ἀλεξάνδρου πεποίηκε· καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ δὲ παραπλήσιος, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. Variis de causis hanc vehementer, quod dicunt, claudicare comparationem, rectissime Meierus animadvertit; quod vero

---

1) Noctt. Att. IX, 4, ubi haec narrantur: „Quum e Graecia in Italiam rediremus et Brundusium iremus, egressique e navi in terram in portu illo inclyto spatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paulum sed admodum scito vocabulo p r a e p e t e m appellavit; fasces librorum venalium expositos vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fabularumque pleni: res inauditae, incredulae; scriptores veteres non parvae auctoritatis, Aristeas Proconnesius et Isigonus Nicaeensis et Ctesias et O n e s i c r i t u s et Polystephanus et Hegesias. Ipsa autem volumina ex diutino situ squallebant, et habitu adspectuque taetro erant. Accessi tamen percunctatusque pretium sum: et adductus mira atque insperata vilitate libros plurimos aere pauco emo eosque omnes duabus proximis noctibus cursim transeo: atque in legendo carpsi exinde quaedam et notavi mirabilia et scriptoribus fere nostris intentata; eaque his commentariis adspersi: ut qui eos lectitabit is ne rudis omnino et ἀνήκοος (auditus expers) inter istiusmodi rerum auditiones reperiatur." — Iam vero quae in sequentibus de Scythis, Arimaspis, Sauromatis, Indis, aliis excerpsit Gellius tam inepta tamque insana sunt, ut vel Onesicriti mendacitatem superent ad eiusque commentarios nihil fere eorum referre audeamus, de quibus merito Gellius: „sed quum ea scriberemus, ait, tenuit nos non idoneae scripturae taedium nihil ad ornandum iuvandumque usum vitae pertinentis" Si quid vero ex iis spectat ad Onesicritum auctorem, unam hanc esse narrationem dixerim de Scythis illis penitissimis, qui sub ipsis septem trionibus aetatem agant corporibusque hominum vescantur eiusque victus alimento vitam ducant et ἀνθρωποφάγοι nominentur. cf. Onesicr. Fragm. VI. Fortasse ex Onesicriti libris deprompta est etiam „epistola Philippi regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato," quae legitur Noctt. Att. IX, 3. De ceteris rerum mirabilium auctoribus istis cf. Westermanni Praef. in Παραδοξόγρ. (Brunsvig. 1839). Ctesiae Fragm. ed. Baehr. (Francof. 1829.)

2) Strab. l. XV. t. VI. p. 61. Tzsch. (698. Cas.)

3) Diog. Laert. l. VI. c. 4. §. 84. — Postrema huius loci verba extant etiam apud Suidam s. v. Ὀνησίκρ.

Anabasis Xenophonteae et Onesicriti de Alexandri expeditione commentariorum similitudo prorsus hoc loco videatur esse praetermissa, eius rei vir eruditissimus unice veram hanc posuit causam, quod Alexandri et educatio et expeditio et laudatio eodem Onesicriti opere fuerint comprehensae. Etenim hoc opus per multos digestum fuisse libros, inde colligitur, quod fabula de Amazonis adventu quarto demum, ut supra vidimus, libro erat consignata, et ex ipsa argumenti comprobatur copia ac varietate, quandoquidem etiam commentariorum evincitur fragmentis, non solum et bellicas et privatas Alexandri res data opera tractasse Onesicritum, sed copiosissime etiam de iis egisse, quaecunque in singulis terris et populis memoratu digna sibi viderentur. Imprimis vero, id quod nemo mirabitur, Indiae regiones, tum primum Graecis accuratius cognitae, huic scriptori, sponte iam fabularum et miraculorum studiosissimo, tanquam amplissimus nova quaeque et inaudita comminiscendi campus patebant, in quo quemadmodum ille versatus fuerit, optime declaratur, eius narrationes si comparaveris cum iis, quae iisdem de rebus ab Aristobulo, Megasthene aliisve auctoribus fide dignis tradita sunt [1]). Minus certo equidem contenderim, id quod coniecit Meierus, Onesicritum etiam antiquiorem Persici regni historiam scriptis suis attigisse. Quod enim magnum ille Cyrum tradidit centesimo aetatis anno vita excessisse [2]), hoc ipsi Alexandri rerum narrationi ita intexere poterat, ut de reliqua Persici regni historia ne verbum quidem adderet, veluti comparatio Alexandri immature defuncti cum Cyro ad summam usque senectutem provecto in promptu erat.

Iam vero quod ad Onesicriti commentariorum argumentum attinet, una restat quaestio satis impedita et salebrosa de paraplo, quem sub Onesicriti nomine a Iuba, Mauritaniae rege, editum esse Plinio auctore cognitum est [3]).

Alexandri iussu Nearcho et Onesicrito ducibus navigationem ab Indi capitibus usque ad sinum Persicum et Euphratis ostia et susceptam esse et feliciter peractam, ne ii quidem viri docti in disceptationem vocare ausi sunt, qui huius navigationis descriptiones sub Nearchi et Onesicrtii nomi-

---

1) Ita de Indicis arboribus mirae magnitudinis cf. Onesicr. Fragm. XV. cum Aristob. Fragm. XXX. et Nearch. Fragm. XI. et de Pattalorum insula Onesicr. Fragm. XIX cum Aristob. Fragm. XXXI. Quam multus autem fuerit Onesicritus in Indicis rebus enarrandis, iam satis apparet ex ipsis Fragmentorum inscriptionibus.

2) Fragm. XXXII. cf. de Clitarchi vit. et scriptt. Lib. V. c. I.

3) Locus est, de quo infra agitur, in N. H. l. VI. c. 23, 26.

nibus pervulgatas his auctoribus abiudicare non dubitarunt [1]). Atqui illud quoque certissimum est, et Nearchum et Onesicritum quaecunque memoratu digna inter hanc navigationem evenissent non solum data opera animadvertisse, sed etiam non potuisse non scriptis mandare [2]), ne in iis quae ad regem rerum geographicarum studiosissimum [3]) referre iussi essent aut praetermitteretur quicquam aut desideraretur. Quare illud quidem in disceptationem nequit vocari, scriptis aliquando attigisse hanc navigationem Onesicritum, quaeritur tantum illud, num singularem quendam librum Parapli titulo inscriptum idem ediderit Onesicritus, deinde num quae sub hoc titulo a Iuba Mauritano primum cum Romanis esse communicata Plinius (l. c.) perhibet, ad Onesicritum auctorem iure sint referenda? Utrumque praefracte negavit Dodwellus, et quamvis plurima et dictione satis diffusa et argumentis minus vel idoneis vel rectis disputasse nobis videatur, in universum tamen suo iure utrumque negasse censendus est. Nimirum, id quod vere Dodwellus observavit, uno Plinii loco excepto ne lenissimum quidem vestigium reperitur singularis cuiusdam libelli ab Onesicrito editi, qui Parapli titulum in fronte gereret. Quid igitur? Num credibile est, navigationis istius descriptionem litteris quidem ab Onesicrito mandatam, in publicum vero usum non esse editam? Minime vero. Non singulari quodam libello, sed libris in universum de Alexandri rebus conscriptis hanc quoque navigationem ab Onesicrito tractatam esse contendimus. Cuius quidem rei luculenta indicia ipsa suppeditant horum librorum fragmenta. Huc enim referenda sunt, quae de Taprobanes insulae magnitudine mirisque animalibus in ea natis (Fragm. XIII.), de Indiae ora maritima, de fluminum capitibus ventisque marinis (Fragm. XVI.), de monstris denique maritimis ad Gedrosiae oram conspectis (Fragm. XXIX.) ab Onesicrito afferuntur. Quodsi ex Diogenis Laertii loco supra adscripto [4]) coniectare licet, singulis horum commentariorum partibus inscriptiones quasdam ita fuisse praepositas, ut alia pars de Alexandri educatione agens: πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη, alia Alexandri laudationem conti-

1) Dodwellus in Dissert. de Arriani Nearcho §. 6. (quae inserta est Arr. Hist. Ind. ed. Schmied. p. 232—55) et Bohlen de Vet. Ind. I. p. 67. cf. Lib. IV, c. I. —

2) Praeterea Orthagorae quoque et Androstheni, eiusdem navigationis sociis partes quaedam in his rebus conscribendis videntur esse tribuendae. cf. Onesicr. Fragm. XXX. et Nearch. Fragm. XXIX. Strab. LXVI. t. VI. p. 380. (766. Cas.) —

3) Cf. Strab. l. II. t I. p. 187 (69. Cas.) Arr. Hist. Ind. c. 32. §. 14. Ritter Erdk. T. X. p. 24. —

4) cf. supra p. 77.

nens: Ἀλεξάνδρου ἐγκώμιον inscriberetur; quid statuere vetat, eam huius operis partem, quae navigationis descriptionem tractaret, παράπλουν fuisse inscriptam?

Quoniam vero ex totius operis consilio Onesicritus non tam docere quam delectare lectores animum induxerat, haud secus eum egisse hac particula, quae navigationis descriptionem contineret, consentaneum est. Quare quod aliis postea Paraplorum vel Periplorum auctoribus unice propositum erat, ut diligentissimam et locorum relationem et spatiorum dimensionem proponerent viris rerum geographicarum studiosis, hoc nemo mirabitur minime voluisse Onesicritum, utpote qui suavi simul novarum et inauditarum rerum narratione lectorum animos allicere studeret atque delinire. Quod egregie confirmaretur vexatissimo illo Plinii loco (N. H. VI, c. XXIII, Sect. 26. Fragm. XXVI.) quo docemur, Onesicriti navigationem nec nomina habere mansionum nec spatia, dummodo ne eadem verba ad Nearchi quoque Paraplum pertinerent, et, id quod gravissimum est, quae sequuntur omnino his repugnarent. Sunt enim huius loci quae vulgo leguntur verba haec: Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum nec spatia: primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, iuxta quod flumen aut ubi fuerit non satis explanatur. Haec tamen digna memoratu produntur sqq. Iam vero sequuntur haud pauca et mansionum nomina et spatia ex eadem Onesicriti navigatione hausta, cui inesse talia in antecedentibus modo negatum est. Dodwellus [1]) igitur locum ita interpretatur, quasi dixerit Plinius, „non continua exhiberi apud Nearchum et Onesicritum mansionum nomina et spatia, quemadmodum extent in antiquis itinerariis Antonini etc." Contra quam interpretationem recte quidem annotat Vincentius [2]), continua spatia a Dodwello esse ficta non Plinii verbis indicata; verumtamen ipse Vincentius satis habet Plinium erroris et inconstantiae accusasse locumque istum ut corruptissimum putat esse reiiciendum. Santo-Crucius denique ita olim hunc locum emendandum proposuit, ut negationem in affirmationem mutandam esse opinaretur, quam quidem audaciam non tantam esse existimat

1) l. c. p. 241.

2) Refutatio Dodwelli, ex Anglico in Latinum translata, (The Voyage of Nearchus. By William Vincent, D.D. London. 1797. Book I. Preliminary Disquisitions. Cap. X. Defence of the Authenticity of the Journal. p. 56—65.) item a Schmiedero inserta editioni Hist. Ind. cf. p. 258.

Vincentius, „quae nulla licet auctoritate firmata propter corruptissimum Plinii textum excusari non possit."

At vero quanquam corruptum esse hunc locum nos quoque concedimus, emendatio tamen videtur in promptu esse multo et facilior et aptior, ut una voce: omnia addita [1]) legatur: „Onesicriti et Nearchi navigatio nec omnia nomina habet mansionum nec spatia." Ita enim et secum ipse pugnare auctor desinit nec aliud quicquam hoc loco nos docet, quam quod etiam per se esset consentaneum, Onesicriti et Nearchi navigationis descriptione neque mansionum nomina neque spatia omnia tam accurate fuisse consignata, quam Plinii aetate cognita essent. Haud pauca tamen etiam ab iis nomina et spatia prodita esse, ex ipsius Plinii quod sequitur breviario satis apparet.

Quod autem viri docti, inter quos Dodwellus, vehementer sunt mirati, nihil fere similitudinis intercedere inter hoc Plinii breviarium et Nearchi paraplum ab Arriano magnam partem exscriptum; breviarium istud plurimis locis cum hoc paraplo egregie posse conciliari doctissime comprobavit Vincentius. Utut vero toto coelo Plinius ab Arriano differat, cauto quidem iudici vix mirum id videatur, quippe qui probe teneat, apud Arrianum quidem unius Nearchi narrationem exhiberi, apud Plinium mansionum nomina ac spatia tum ex Nearchi tum ex Onesicriti navigationis descriptione hausta esse. Accedit, id quod gravissimum est, Plinium breviario isto non ipsius Onesicriti commentarios, sed eam scriptionem ante oculos habuisse, quam Juba sub Onesicriti nomine edidisset. Verba enim Plinii sunt haec: „Sed priusquam haec generatim persequamur (i. e. quae de quattuor satrapiis disserere inchoavit. cf. VI, Sect. 25.), indicare convenit, quae prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex Indiā, narrata proxime a Juba: dein eam navigationem" sqq. Videamus igitur de hac Jubae narratione quid statuendum sit. — Jubam Mauritaniae regem a Caesare Romam in triumphum ductum, Romanis litteris institutum „studiorumque claritate mirabiliorem etiam quam regno" factum et aliarum scriptionum et libri de expeditione Arabica, C. Caesari Augusti filio dedicati, auctorem fuisse constat [2]). Imprimis igitur ille cum rerum geographicarum studiosus esset, Romanos harum rerum etiamtum satis imperitos de orae ma-

---

1) Quae vox quam facile librariorum incuria propter similitudinem antecedentis vocis: nomina excidere potuerit, unusquisque ultro intelligit.

2) Cf. Bernhardy Grundriss der Röm. Litteratur. p. 282.

ritimae et maris Erythraei parte Euphrati et Indo interiecta melius edocturus celeberrimam Onesicriti et Nearchi navigationem in suum usum convertit, eorumque commentariis ita usus est, ut, quae apud utrumque memoratu digna viderentur, mixta fortasse doctioribus sequiorum Alexandrinorum de his locis narrationibus, scriptis mandaret eamque scriptionem ex more huius aetatis Onesicriti Paraplum appellaret. Itaque nec milliaria Romana in Plinii breviario adhibita cum Dodwello nos offendent neque illud cum eodem mirabimur, quod, unius Onesicriti navigatione in antecedentibus allata, Plinius paulo post Nearchum iuxta Onesicritum appellavit.

CAP. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM I.

Plut. Vit. Alex. c. 8.

De Alexandri litterarum studio.

Ἦν δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) καὶ φύσει φιλολόγος (καὶ φιλομαθής) καὶ φιλαναγνώστης. Καὶ τὴν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν, εἶχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησίκριτος ἱστόρηκε. Τῶν δὲ ἄλλων βιβλίων οὐκ εὐπορῶν ἐν τοῖς ἄνω τόποις Ἅρπαλον ἐκέλευσε πέμψαι. Κἀκεῖνος ἔπεμψεν αὐτῷ τάς τε Φιλίστου βίβλους καὶ τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους καὶ Αἰσχύλου τραγῳδιῶν συχνὰς καὶ Φιλοξένου διθυράμβους.

Primo loco hoc posuimus Fragmentum, quia pertinere videbatur ad primam Onesicriti commentariorum partem de Alexandri M. educatione (*πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη*). cf. Cap. I. p. 77. Integrum vero hunc locum Onesicrito auctori esse tribuendum, recte vidit Stahrius in Aristotel. I. p. 97. ann. 1., qui Euripidem ante reliquos poetas eam ob causam putat esse nominatum, quod eius tragoedias Alexander maxime adamaverit. cf. Athen. XII. p. 537. d. Arr. Exp. Alex. VII, 16, 8. — Comparare autem iuvat cum hac Onesicriti narratione, quae de magno Borussorum rege leguntur apud Preussium in Vita Friderici Magni Vol. I. l. II. p. 214: „Unter andern ging bei Sorr des Königs Feldbibliothek verloren, welche die Stunden seiner Muse erheiterte und ohne die er nicht sein konnte. Darum bat er seinen Freund Duhan d. 2. Oct. um schleunige Besorgung des Cicero, Horaz, Lucian, des Voltaire, Bossuet, Rousseau, Gresset u. der Lettres Persanes." — De Aristotelica Iliadis recensione, quae *ἐκ τοῦ νάρθηκος* appellabatur, cf. Strab. l. XIII. t. V. p. 314—15. Tzsch. Wower de Polymath. c. XVIII. Wolf. Prolegg. p. 183. De arca ista pretiosissima post Issicam pugnam inter Darii vasa reperta atque de studio, quo Alex. Homeri carmina fovebat, cf. Plut. Vit. Alex. c. 26. de Fort. Alex. I. c. 4., Santo-Cruc. l. c. p. 205.

Ceterum iam pridem J. A. Jacobsio in Observv. Crit. in quosd. Plut. locos (Halis. 1812) p. 20: verba καὶ φιλομαθὴς, quae absunt in editt. Junt. Ald. et Cant., pro glossemate habenda videbantur, recordatione eorum adiecta, quae leguntur Pomp. c. 10: ἐπιστάμενον γὰρ, ὡς ἐστι φιλολόγος ἀνὴρ καὶ φιλομαθὴς ἐν ὀλίγοις.*)

FRAGM. II.

Plut. Vit. Alex. c. 15.

De opibus, quibus Alexander expeditionem Persicam susceperit.

Ὀνησίκριτος δὲ (ἱστορεῖ) καὶ διακόσια τάλαντα προσοφείλειν.

Ea de re cf. quae annotavimus ad Ptolem. Fragm. IV et Aristob. Fragm. I.

FRAGM. III et IV.

Plin. N. H. XII, Cap. VIII, Sect 18. Plin. XV, Cap. XVIII, Sect. 5.

De arboribus quibusdam Hyrcaniae.

Onesicritus tradit in Hyrcaniae convallibus ficis similes esse arbores, quae vocentur occhi, ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.

Onesicritus tradit in Hyrcania multum esse nostris dulciores (ficus) fertilioresque, ut quae modios CCLXX singulae ferant. Ad nos ex aliis transire gentibus, Chalcide, Chio: quarum plura genera.

De melli ex arboribus istis defluente Dalecampius ad Plin. l. c. haec annotat: „Mel id Xirquest i. e. lac arboris Quest Arabibus et Persis dicitur: vulgo corrupte Siracost. Utribus reconditum venditur, ac Indis in frequenti usu est. Alterum quoque huius generis nascitur, melli candido simile, Hormusii copiosum. Vide Garciam c. II. l. I." Doctissime,

*) Nunc autem consentientem video virum de Plutarcho meritissimum Carolum Sintenisium, cuius ex egregia recensione Plut. Vitt. Parall. quum haec scriberemus in manus incidit Volumen tertium, ubi ad h. l. haec annotantur: „καὶ φιλομαθὴς „ex vetustis codicibus" Stephani addita sed in nullo adhuc libro reperta non requiro." Ceterum quatenus licuit etiam in antecedentibus locis Plutarcheis textu ex Sintenisii recensione usi sumus.

ut solet, de his arboribus egit Salmasius in Exercitt. Plin. p. 716. C. et 658 A sqq. De ficubus Chiis et Chalcidicis Harduinus conferri iubet Athen. III. p. 77.

FRAGM. V.

Plut. Vit. Alex. c. 46.

De Amazonis adventu ad Alexandrum ab aliis auctoribus inter vera relato, ab aliis in commentis habito.

Ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκλειτος καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος· Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ εἰσαγγελεὺς καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἀντικλείδης καὶ Φίλων ὁ Θηβαῖος καὶ Φίλιππος ὁ Θεαγγελεὺς, πρὸς δὲ τούτοις Ἑκαταῖος ὁ Ἐρετριεὺς καὶ Φίλιππος ὁ Χαλκιδεὺς καὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο Καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς ἔοικεν Ἀλέξανδρος. Ἀντιπάτρῳ γὰρ ἅπαντα γράφων ἀκριβῶς τὸν μὲν Σκύθην αὐτῷ φησι διδόναι τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, Ἀμαζόνος δὲ οὐ μνημονεύει. Λέγεται δὲ πολλοῖς χρόνοις Ὀνησίκριτος ὕστερον ἤδη βασιλεύοντι Λυσιμάχῳ τῶν βιβλίων τὸ τέταρτον ἀναγινώσκειν, ἐν ᾧ γέγραπται περὶ τῆς Ἀμαζόνος· τὸν οὖν Λυσίμαχον ἀτρέμα μειδιάσαντα „Καὶ ποῦ" φάναι „τότε ἤμην ἐγώ"; Ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις οὔτε ἀπιστῶν ἧττον οὔτε πιστεύων μᾶλλον Ἀλέξανδρον θαυμάσειε.

Integrum hunc locum exscripsimus; quippe quo tanquam lapide Lydio nobis secernantur Alexandri rerum scriptores aut fabularum aut veritatis studiosi. Iam si in fabulatorum numero Clitarchus et Onesicritus, inter auctores contra fide dignos Ptolemaei, Charetis, Aristobuli nomina reperiuntur, nemo mirabitur, qui comparaverit, quae de horum auctorum vita et scriptis commentati sumus. De reliquis cf. Heeren. de fontt. et auct. vitt. parall. Plut. Recte autem Sintenis pro vulg. *Πολύκριτος* dedit *Πολύκλειτος* auctore Corae t. 6. p. 484. cl. Strab. XI. p. 510. XV. p. 728. Athen. XII. p. 539, et infra pro vulg. *Φίλιππος ὁ εἰσαγγελεὺς* emendavit: *Θεαγγελεὺς* ex auct. Reinesii var. lectt. I, 25. cl. Athen. VI. p. 271. b. Strab. XIV. p. 662. De Hecataeo Eretriensi idem v. d. conferri iubet Schweighäuserum ad Athen. t. I. p. 468. Ceterum cum hoc Plutarchi loco omnino fere consentiunt Arrianus et Strabo, quorum alter in Exp. Alex. VII, 13, 6 (3). (cf, IV, 15, 5 (4).) allata quorundam scriptorum

narratione de centum mulieribus ab Atropata, Mediae satrapa, Amazonum vestitu et habitu instructis, haec addit: *Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι*, alter l. XI. t. IV. p. 441. (Tzsch.) ita scribit: *ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν* (i. e. *περὶ Θαληστρίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμῖξαι φασὶν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ* sqq.) *οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τοιούτου· οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασιν.* „Ceterum haud absimilis est Amazonum reginae adventus ad Alexandrum ab adventu reginae Schebae ad Salomonem. Vid. etiam Tzschuck. ad Pomp. Melam III, 5. §. 4. De Amazonibus secundum scriptores orientales egit Hammerus in Boettigeri Vasen-Gemälde I. 3. p. 196." Van der Chys comment. geogr. in Arr. l. c. cf. Clitarch. Fragm. IX. — Onesicritum vero et Clitarchum sequuti sunt Curtius VI, c. 5 (XIX), 24 sqq., Diodorus XVII, c. 77., Justinus XII, c. 3. De Curtii erroribus cf. Mützell. ad l. c. (p. 544. et 532.) Novas fabulas ex more suo addidit Jul. Valerius III, 69. De aliis scriptoribus vide Freinshem. ad Curt. l. c. De origine huius fabulae pluribus egerunt Droysen. Hist. Alex. p. 280. ann. 3. 328. et 554. ann. 4. et Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 332 sqq. — De Lysimachi denique dicto cf. c. I. p. 76.

FRAGM. VI.

Strab. l. XI. t. IV. p. 514. Tzsch. (517. Cas.)

De ferociorbus quibusdam Bactriorum et Sogdiorum moribus.

Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν οὐ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι τῶν Νομάδων οἵ τε Σογδιανοὶ καὶ οἱ Βακτριανοί· μικρὸν δ' ὅμως ἡμερώτερα ἦν τὰ τῶν Βακτριανῶν· ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων οὐ τὰ βέλτιστα λέγουσιν οἱ περὶ Ὀνησίκριτον· τοὺς γὰρ ἀπειρηκότας διὰ νόσον ἢ γῆρας ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν ἐπίτηδες πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιαστὰς καλεῖσθαι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ· καὶ ὁρᾶσθαι τὰ μὲν ἔξω τείχους τῆς μητροπόλεως τῶν Βάκτρων καθαρά· τῶν δ' ἐντὸς τὸ πλέον ὀστέων πλῆρες ἀνθρωπίνων· καταλῦσαι δὲ τὸν νόμον Ἀλέξανδρον.

Feroces hi atque immanes Bactrianorum mores ab Onesicrito etsi non prorsus ficti mirifice tamen videntur esse exaggerati, quo magis ornetur et efferatur laus et gloria magni regis, qui eos vel molliverit vel sustulerit. Quare non im-

probabile est, referendum esse hunc locum ad eam Onesicriti commentariorum partem, quae ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου inscripta erat. cf. c. I. p. 77 sqq. et locum Gellii ibidem adscriptum. Ex eodem fortasse fonte haustum est, id quod narratur apud Diodorum XVII, c. 91., ab incolis regionis cuiusdam Indicae Sopithi regi subiectae homines infirmos et mancos e vita sublatos esse. De forma nominis Bactrianorum haec annotavit Van der Chys in comment. geogr. ad Arr. Exp. Alex. III, c. 8. (p. 58): „Bactrii dicuntur etiam ab Arriano Bactriani; apud Herodotum Bactrii, praeterquam uno loco (III, 92. ubi eos vocat Bactrianos). Variat etiam Strabo; Curtio, Diodoro, Justino et Plutarcho sunt Bactriani. Vid. Stephan. s. h. v." De recentioribus huius gentis nominibus idem v. d. l. c. 29. (p. 81.) haec affert: „Hodiernum nomen regionis est Balch vel Balk, quod etiam est nomen capitis regionis. Habitant ibi Tartari Usbeci, Afghanes, aliique populi, ut docet Kinneirus in Descriptione Geograph. Regni Persici Anglice scripta p. 187., ubi de provincia Balch agitur." De ipsa terra Bactriana praeter Van der Chysium l. c. cf. Mützell. ad Curt. VII, 4 (XVIII), 26 (p. 649 sqq.). Rennell. Geograph. System of Herodot p. 297. Ceterum in verbis, quae vulgo leguntur: παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν, ἐπίτηδες δὲ πρὸς τοῦτο, οὓς sqq. mutata verborum distinctione extrudendam censuimus voculam δὲ, quae et deest in Mosc. et Paris. et sententiarum nexui molestissima videbatur. Ibidem vocabulum ἐνταφιστάς, quod reperitur in pluribus edd. vett. et Mss., recte mutavit Casaubonus in ἐνταφιαστάς, quod a. v. ἐνταφιάζειν i. e. „corpus ad sepulturam componere" deducendum perinde esse annotat, ut si libitinarios istos canes quis dicat. Glossar.: ἐνταφιαστής, pollictor.

FRAGM. VII.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 61. Tzsch. (698. Cas.) b) Aelian. de Nat. Anim. XVI, 39. c) Tzetz. Chil. III, 940 sqq.

De duobus serpentibus Indicis mirae magnitudinis.

a) Ὑπὲρ δὲ ταύτης (i. e. Ταξίλης καὶ τῆς περικειμένης χώρας) ἐν τοῖς ὄρεσιν ἡ τοῦ Ἀβισάρου χώρα, παρ' ᾧ δύο δράκοντας ἀπήγγελλον οἱ παρ' αὐτοῦ πρέσβεις τρέφεσθαι, τὸν μὲν ὀγδοήκοντα πηχῶν, τὸν δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν, ὥς εἴρηκεν Ὀνησίκριτος· ὃν οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν.

b) *Ὀνησίκριτος ὁ Ἀστυπαλαιεὺς λέγει ἐν Ἰνδοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ παιδὸς Φιλίππου γενέσθαι δράκοντας δύο, οὓς Ἀποσεισάρης ὁ Ἰνδὸς ἔτρεφεν, ὧν ὁ μὲν ἦν πηχῶν τετταράκοντα καὶ ἑκατὸν, ὁ δὲ ὀγδοήκοντα, καί φησιν ἐπιθυμῆσαι δεινῶς Ἀλέξανδρον θεάσασθαι αὐτούς.*

c) *Τὸν Ὀνησίκριτόν φησιν Αἰλιανὸς δὲ λέγειν,*
Ἀποσισάρην τὸν Ἰνδὸν δράκοντας τρέφειν δύο
δισεβδομηκοντάπηχυν τὸν ἕνα τῷ μεγέθει,
τὸν δ' ὀγδοηκοντάπηχυν, μὴ περαιτέρω τούτων.
Οὓς ἐπεθύμησεν ἰδεῖν Ἀλέξανδρος ὁ μέγας.
Τὴν στρατιὰν ἠρέμα δὲ διέρχεσθαι κελεύσας,
ὡς ὁ Ἰνδὸς ἐδίδαξεν ἐκείνῳ καὶ προεῖπε,
μή πως ἐκθηριώσωσιν ἐκείνους τῇ βαδίσει,
εἶδεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰσομεγέθεις ὄντας
ἀσπίδι Μακεδονικῇ στρογγύλῃ τῶν εὐκύκλων.

Meruit hac potissimum exaggeratione Onesicritus, ut lepide a Strabone notaretur titulo: *τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτης.* cf. c. I. p. 77. Negat certe Aristobulus tam ingentis magnitudinis angues sese conspexisse. cf. Aristob. Fragm. XXXII. Nearch. Fragm. XIV et XV. Ab Onesicriti autem narratione non multum recedunt quae leguntur apud Diodorum XVII, c. 90., ex Clitarcho illa quidem, ut recte annotat Wessel. ad h. l., hausta. Similia habet etiam Ctesias apud Photium §. 27. p. 202 ed. Lion. et ap. Ael. de Animal. V, 3. (Fragm. XIII.) De nominis *Ἀβισάρου* varia scriptura cf. Schmied. ad Arr. Exp. Alex. IV, 27, 10. Freinsh. ad Curt. VIII, 13, 1. Jacobs. ad Ael. l. c. Ellendt. ad Arr. Exp. Alex. V, 8, 4. Scribitur enim hoc nomen apud Arrianum: nunc *Ἀβισσάρης*, nunc *Ἀμβισάρης*, nunc *Βαρισάδης*; apud Diodorum: nunc *Ἐμβίσαρος*, *Σαβισάρνης* s. *Σαβισσάρνης*, nunc *Σασαβισάρης*, nunc *Σασαβισάρνης*, apud Strabonem: nunc *Ἀβισάρης*, nunc *Ἀβισσάρης*, apud Aelianum: nunc *Ἀποσεισάρης*, nunc *Ἀποσισάρης*. — Terram autem huius regis, quae hodie Kaschmir audit, iis regionibus esse adnumerandam, quae lingua Sanscrita: Nâgakhanda i. e. terrae serpentum appellentur, docuit Bohlen de vet. Ind. I, p. 20. Mützellius ad Curt. VIII, 12. (XLIII), 13. (p, 794) eadem de regione annotat: „Auch hier stimmt wieder Name des Landes und des Königs überein. S. zu 8, 37, 22. Ritter Erdk. 3, p. 1085 f. hat wahrscheinlich gemacht, dass von der Landschaft Abhisara die Rede sey, welche einen Theil von Kaschmir ausmacht, und zwar das Land der südlichen Vorthäler gegen die Pendschab-Ebene." De scripturae discrepantia, quae est in numeris codd. Aelian. l. c. cf. Jacobs. ann.

ad h. l. Idem v. d. pro vulg. πηχῶν mavult scribi πήχεων, quum forma contracta statuatur esse δεινῶς ἀνάττικος. Vid. Phryn. p. 245.

FRAGM. VIII.

Plut. Vit. Alex. c. 60.

Alexander gloriae Atheniensium studiosissimus.

Ἐνταῦθα δὲ εἰπεῖν φασιν αὐτὸν (Ἀλέξανδρον)· „Ὦ Ἀθηναῖοι, ἆρά γε πιστεύσετε ἄν, ἡλίκους ὑπομένω κινδύνους ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν εὐδοξίας;" — Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ὀνησίκριτος εἴρηκεν.

Narrat Plutarchus et in antecedentibus et in sequentibus, quae ipse Alexander de rebus contra Porum gestis in epistolis scripserit. Cf. Ptolem. Fragm. XVI et Aristob. Fragm. XXVII. Huic igitur narrationi interponitur dictum illud, quod in difficillima Hydaspis fluminis traiectione de Atheniensium gloria exclamasse Alexandrum scripserit Onesicritus. Ex ipsis autem verbis: *ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ὀνησίκριτος εἴρηκεν, αὐτὸς δέ (Ἀλέξανδρος) φησιν* sqq. satis apparet, non multum tribuere eum Onesicriti auctoritati. Nescio igitur, quid causae perduxerit Sainto-Crucium Exam. Crit. p. 397., ut istam Alexandri epistolam ab Onesicrito esse suppositam coniiciat. Immo ipsum potius illud de Atheniensium gloria dictum Alexandro ab Onesicrito suppositum esse censemus. Quare non est quod declamitet doctus Francogallus l. c. de magno rege: „Voilà le secret du coeur qui échappe quelquefois dans les momens de péril. Peut-être Athènes dut-elle son salut, après le sac de Thébes, à ce sentiment de vanité, de la part d'Alexandre." — Denique pro vulg. *πιστεύσαιτε ἄν* cum Sintenisio dedimus: *πιστεύσετε ἄν*.

FRAGM. IX.

Plut. Vit. Alex. c. 61. init.

De Bucephali equi morte.

Ἐκ δὲ τῆς πρὸς Πῶρον μάχης καὶ ὁ Βουκεφάλας ἐτελεύτησεν, οὐκ εὐθὺς, ἀλλ' ὕστερον, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος, ὡς δὲ Ὀνησίκριτος, διὰ γῆρας ὑπέρπονος γενόμενος· τριάκοντα γὰρ ἐτῶν ἀποθανεῖν αὐτόν.

Prorsus consentit ea de re cum Onesicrito Arrianus Exp. Alex. V, 19, 6 (4), ubi narrat ad Hydaspem duas esse ur-

bes ab Alexandro conditas, alteram Nicaeam in Pori victi memoriam, τὴν δὲ Βουκέφαλα ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλα τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενὸς, ἀλλ' ὑπὸ καμάτου (quod recte emendavit Facius pro vulg. καύματος) τε καὶ ἡλικίας· ἦν γὰρ ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, καματηρὸς γενόμενος, πολλὰ δὲ πρόσθεν ξυγκαμὼν τε καὶ συγκινδυνεύσας Ἀλεξάνδρῳ sqq. Cf. Strabo l. XV. t. VI. p. 63. Tzsch. (698. Cas.). Diod. XVII, c. 95. Curt. IX, 3, (XIII) 23. Justin. XII, c. 8. Chares Fragm. XIII. „Das Pferd heisst ὁ Βουκέφαλος und ὁ Βουκεφάλας, doch giebt man der letztern Form den Vorzug." Mütz. ad Curt. l. c. „Je me contente de transcrire une note manuscripte (sur Plutarque) de Meziriac, relative à Bucéphale. „Son nom, dit-il, signifie une tête de boeuf, et Festus assure qu'il fut ainsi appelé parcequ' il avait la tête semblable à celle d'un boeuf. Strabon (l. c.) n'en allègue d'autres raisons que la largeur de son front: mais Pline (VI, 20. VIII, c. 64), Solin (c. 47), Suidas, le Scholiaste d'Aristophane (Nub. vs. 22), Arrien et plusieurs autres écrivent qu'on lui donna ce nom à cause qu'on l'avait marqué à la cuisse d'une marque qui représentait un boef. Pline ajoute qu'il fut ainsi appelé à cause de sa mine farouche et son regard de travers. Solin dit qu'il eut ce nom à cause de deux tumeurs qu'il avait sur le front, qui ressemblaient à deux petites cornes. Arrien allègue encore une autre raison, à savoir qu'étant noir par-tout le reste du corps, il avait une marque blanche au milieu du front qui représentait la tête d'un boeuf. Tzetzès, dans une de ses chiliades, dit de Bucéphale qu'il mangeait les hommes." Pour moi, je pense que Bucéphale avait réellement une tête semblable à celle d'un boeuf, et qu'il était jumart; ce qui le fit payer si chèrement." Snte-Croix l. c. p. 215. ann. 1. De variis urbis Bucephaliae nominibus cf. praeter Mützellium l. c. Ellendt. ad Arr. l. c. et Wessel. ad Diod. l. c.

FRAGM. X.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 133. sqq. (715. Cas.). b) Plut. Vit. Alex. c. 65.

De Gymnosophistis Indorum.

a) Ὀνησίκριτος δέ φησιν αὐτὸς πεμφθῆναι διαλεξόμενος τοῖς σοφισταῖς τούτοις· ἀκούειν γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς γυμνοὶ διατελοῖεν καὶ καρτερίας ἐπιμελοῖντο οἱ ἄνθρωποι, ἐν τιμῇ τε ἄγοιντο πλείστῃ, παρ' ἄλλους δὲ μὴ βαδίζοιεν κληθέντες, ἀλλὰ κελεύοιεν αὐτοὺς φοιτᾶν παρ' αὐτοὺς, εἴ του μετασχεῖν ἐθέλοιεν τῶν πραττομένων ἢ λεγομένων ὑπ' αὐτῶν· τοιούτων δὴ ὄντων, ἐπειδὴ οὔτε αὐτῷ

πρέπειν ἐδόκει παρ' ἐκείνους φοιτᾶν, οὔτε ἐκείνους βιάζεσθαι παρὰ τὰ πάτρια ποιεῖν τι ἄκοντας, αὐτὸς ἔφη πεμφθῆναι. Καταλαβεῖν δὲ ἄνδρας πεντεκαίδεκα ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως, ἄλλον ἐν ἄλλῳ σχήματι ἑστῶτα ἢ καθήμενον ἢ κείμενον γυμνὸν, ἀκίνητον ἕως ἑσπέρας, εἶτ' ἀπερχόμενον εἰς τὴν πόλιν· χαλεπώτατον δ' εἶναι τὸ τὸν ἥλιον ὑπομεῖναι οὕτω θερμὸν, ὥστε τῶν ἄλλων μηδένα ὑπομένειν γυμνοῖς ἐπιβῆναι τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ῥᾳδίως κατὰ μεσημβρίαν. Διαλεχθῆναι δ' ἑνὶ τούτων Καλάνῳ, ὃν καὶ συνακολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Περσίδος, καὶ ἀποθανεῖν τῷ πατρίῳ νόμῳ τεθέντα ἐπὶ πυρκαϊάν· τότε δ' ἐπὶ λίθων τυχεῖν κείμενον. Προσιὼν οὖν καὶ προσαγορεύσας εἰπεῖν ἔφη, διότι πεμφθείη παρὰ τοῦ βασιλέως, ἀκροασόμενος τῆς σοφίας αὐτῶν καὶ ἀπαγγελῶν πρὸς αὐτόν· εἰ οὖν μηδεὶς εἴη φθόνος, ἕτοιμος εἴη μετασχεῖν τῆς ἀκροάσεως. Ἰδόντα δ' ἐκεῖνον χλαμύδα καὶ καυσίαν φοροῦντα καὶ κρηπῖδα, καταγελάσαντα, „Τὸ παλαιὸν", φάναι, „πάντ' ἦν ἀλφίτων καὶ ἀλεύρων πλήρη καθάπερ νῦν κόνεως· καὶ κρῆναι δ' ἔῤῥεον αἱ μὲν ὕδατος, γάλακτος δ' ἄλλαι, καὶ ὁμοίως μέλιτος, αἱ δ' οἴνου, τινὲς δ' ἐλαίου. Ὑπὸ πλησμονῆς δ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τρυφῆς εἰς ὕβριν ἐξέπεσον· Ζεὺς δὲ μισήσας τὴν κατάστασιν ἠφάνισε πάντα καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπέδειξε· σωφροσύνης δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς παρελθούσης εἰς μέσον, πάλιν εὐπορία τῶν ἀγαθῶν ὑπῆρξεν· ἐγγὺς δ' ἐστὶν ἤδη κόρου νυνὶ καὶ ὕβρεως τὸ πρᾶγμα, κινδυνεύει τε ἀφανισμὸς τῶν ὄντων γενέσθαι." Ταῦτα εἰπόντα κελεύειν, εἰ βούλοιτο ἀκροάσασθαι, καταθέμενον τὴν σκευὴν γυμνὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν λίθων κείμενον μετέχειν τῶν λόγων. Ἀπορουμένου δὲ αὐτοῦ Μάνδανιν, ὅσπερ ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος αὐτῶν, τῷ μὲν ἐπιπλῆξαι ὡς ὑβριστῇ, καὶ ταῦτα ὕβρεως κατηγορήσαντι· αὐτὸν δὲ προσκαλέσασθαι καὶ εἰπεῖν, ὡς τὸν μὲν βασιλέα ἐπαινοίη, διότι ἀρχὴν τοσαύτην διοικῶν ἐπιθυμοίη σοφίας· μόνον γὰρ ἴδοι αὐτὸν ἐν ὅπλοις φιλοσοφοῦντα· ὠφελιμώτατον δ' εἴη τῶν ἁπάντων, εἰ οἱ τοιοῦτοι φρονοῖεν, οἷς πάρεστι δύναμις τοὺς μὲν ἑκουσίους πείθειν σωφρονεῖν, τοὺς δ' ἀκουσίους ἀναγκάζειν· αὐτῷ δὲ συγγνώμη εἴη, εἰ δι' ἑρμηνέων τριῶν διαλεγόμενος, πλὴν φωνῆς μηδὲν πλέον συνιέντων ἢ οἱ πολλοὶ, μηδὲν ἰσχύσει τῆς ὠφελείας ἐπίδειξιν ποιήσασθαι· ὅμοιον γὰρ, ὡς ἂν εἰ διὰ βορβόρου καθαρὸν ἀξιοῖ τις ὕδωρ ῥεῖν. Τὰ γοῦν λεχθέντα εἰς τοῦτ' ἔφη συντείνειν, ὡς εἴη λόγος ἄριστος, ὃς ἡδονὴν καὶ λύπην ψυχῆς ἀφαιρήσεται, καὶ ὅτι λύπη καὶ πόνος διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ πολέμιον, τὸ δὲ φίλον αὐτῆς· τὰ δὲ σώματα ἀσκοῦσι πρὸς πόνον, ἵν' αἱ γνῶμαι ῥωννύοιντο, ἀφ' ὧν καὶ στάσεις παύοιεν καὶ συμβου-

λοι πᾶσιν ἀγαθῶν παρεῖεν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ· καὶ δὴ καὶ Ταξίλῃ νῦν συμβουλεύσειεν δέχεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον· κρείττω μὲν γὰρ αὐτοῦ δεξάμενον εὖ πείσεσθαι, χείρω δὲ εὖ διαθήσειν. Ταῦτ' εἰπόντα ἐξέρεσθαι, εἰ καὶ ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγοι τοιοῦτοι λέγοιντο; Εἰπόντος δ', ὅτι καὶ Πυθαγόρας τοιαῦτα λέγει, κελεύει τε ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, καὶ Σωκράτης, καὶ Διογένης, οὗ καὶ αὐτὸς ἀκροάσαιτο, ἀποκρίνασθαι, ὅτι τἆλλα μὲν νομίζει φρονίμως αὐτοῖς δοκεῖν, ἓν δ' ἁμαρτάνειν, νόμον πρὸ τῆς φύσεως τιθεμένους· οὐ γὰρ ἂν αἰσχύνεσθαι γυμνοὺς, ὥσπερ αὐτὸν, διάγειν ἀπὸ λιτῶν ζῶντας· καὶ γὰρ οἰκίαν ἀρίστην εἶναι, ἥτις ἂν ἐπισκευῆς ἐλαχίστης δέηται· ἔφη δ' αὐτοὺς καὶ τῶν περὶ φύσιν πολλὰ ἐξετάσαι, καὶ προσημασιῶν, ὄμβρων, αὐχμῶν, νόσων· ἀπιόντας δ' εἰς τὴν πόλιν κατὰ τὰς ἀγορὰς σκεδάννυσθαι· ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι σῦκα ἢ βότρυς περιτύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος· εἰ δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν καὶ ἀλείφεσθαι· ἅπασαν δὲ πλουσίαν οἰκίαν ἀνεῖσθαι αὐτοῖς μέχρι γυναικωνίτιδος· εἰσιόντας δὲ δείπνου κοινωνεῖν καὶ λόγων. Αἴσχιστον δ' αὐτοῖς νομίζεσθαι νόσον σωματικήν· τὸν δ', ὑπονοήσαντα καθ' αὑτοῦ τοῦτο, ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ πυρὸς νήσαντα πυράν· ὑπαλειψάμενον δὲ καὶ καθίσαντα ἐπὶ τὴν πυρὰν, ὑφάψαι κελεύειν, ἀκίνητον δὲ καίεσθαι.

b) *Πρὸς δὲ τοὺς ἐν δόξῃ μάλιστα καὶ καθ' αὑτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ ζῶντας (Γυμνοσοφιστὰς) ἔπεμψεν (ὁ Ἀλέξανδρος) Ὀνησίκριτον ἀφικέσθαι δεόμενος πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος ἦν φιλόσοφος τῶν Διογένει τῷ Κυνικῷ συνεσχολακότων. Καί φησι τὸν μὲν Καλανὸν ὑβριστικῶς πάνυ καὶ τραχέως κελεύειν ἀποδύντα τὸν χιτῶνα γυμνὸν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων· ἄλλως δὲ οὐ διαλέξεσθαι πρὸς αὐτὸν, οὐδ' εἰ παρὰ τοῦ Διὸς ἀφῖκται· τὸν δὲ Δάνδαμιν πρᾳότερον εἶναι καὶ διακούσαντα περὶ Σωκράτους καὶ Πυθαγόρου καὶ Διογένους εἰπεῖν, ὡς εὐφυεῖς μὲν αὐτῷ γεγονέναι δοκοῦσιν οἱ ἄνδρες, λίαν δὲ τοὺς νόμους αἰσχυνόμενοι βεβιωκέναι.*

Addit vero Plutarchus: *Ἄλλοι δέ φασι τὸν Δάνδαμιν οὐδὲν εἰπεῖν ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον „Τίνος χάριν ὁ Ἀλέξανδρος ὁδὸν τοσαύτην δεῦρ' ἦλθε"; Τὸν μέντοι Καλανὸν ἔπεισεν ὁ Ταξίλης ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον. Ἐκαλεῖτο δὲ Σφίνης· ἐπεὶ δὲ κατ' Ἰνδικὴν γλῶτταν τῷ Καλὲ προσαγορεύων ἀντὶ τοῦ Χαίρειν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἠσπάζετο, Καλανὸς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὠνομάσθη. Τοῦτον δὲ λέγεται καὶ τὸ παράδειγμα τῆς ἀρχῆς τῷ Ἀλεξάνδρῳ προθέσθαι. Καταβαλὼν γὰρ ἐν μέσῳ βύρσαν τινὰ ξηρὰν καὶ κατεσκληκυῖαν ἐπάτησε τὸ ἄκρον· ἡ δὲ εἰς ἓν πιεσθεῖσα τοῖς ἄλλοις ἐπήρθη μέρεσι. Καὶ τοῦτο περι-*

ἰὼν ἐν κύκλῳ καὶ πιέζων καθ' ἕκαστον ἐδείκνυε γιγνόμενον, ἄχρι οὗ τὸ μέσον ἐπιστὰς κατέσχε καὶ πάντα οὕτως ἠρέμησε. Ἐβούλετο δὲ ἡ εἰκὼν ἔνδειξις εἶναι τοῦ τὰ μέσα δεῖν μάλιστα τῆς ἀρχῆς πιέζειν καὶ μὴ μακρὰν ἀποπλανᾶσθαι τὸν Ἀλέξανδρον. De Calani nomine Bohlen de Vet. Ind. I. p. 287 sqq. attulit haec: „Alexander hatte den bejahrten Sophisten Sphines (Sphînas d. i. Felix), der von seiner gewöhnlichen Anrede mit Kalyâna = „O Lieber" (Plut. fasst es so, dass er καλὲ statt χαῖρε gesagt), den Namen Kalanus erhalten hatte, seiner guten Eigenschaften wegen mit sich genommen." cf. Schlegel Ind. Bibl. p. 251. Egregie haec duo fragmenta sibi respondent atque alterum altero explicatur. Et primum quidem ex loci Straboniani comparatione apparet, recte sese habere Plutarchi ista: τὸν μὲν Καλανὸν ὑβριστικῶς πάνυ καὶ τραχέως κελεύειν sqq.; errasse vero Reiskium, cui sententia videretur postulare: ἀποδιδόναι τὸν λόγον. Deinde Strabonis loco docemur etiam in verbis, quae leguntur apud Plutarchum: λίαν δὲ τοὺς νόμους αἰσχυνόμενοι βεβιωκέναι unice veram esse Dacerii interpretationem, quippe qui id modo respexisse censeat Dandamin, quod non nudi et paucis contenti, sicut ipsi, Graeci isti philosophi vixerint. Ceterum de Gymnosophistis cf. quae annotata sunt ad Aristob. Fragm. XXXIV. Nearch. Fragm. VII. De Calani morte cf. Onesicr. Fragm. XXXIII. De narratione, quae incipit verbis: τὸ παλαιὸν πάντ' ἦν ἀλφίτων sqq. Casaubonus haec annotat: „Nemo, opinor, dubitabit haec legens quo ex fonte manarint. Satis enim liquet ex eo esse haec ficta quae nos sacra pagina docet de statu primi parentis ante lapsum: maxime id apparet ex illis verbis: καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπέδειξε. Quod quid aliud est quam quod ait Jehova apud Mosem: „in sudore frontis tui panem tuum comedes." Ceterum in Strabonis loco Tzschuckii interpunctionem nimium redundantem, ut solemus, arctioribus finibus circumscripsimus.

FRAGM. XI.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 22. Tzsch. (689. Cas.) b) Arr. Ind. c. 3. §. 6.

De Indiae magnitudine.

a) Ἐκ δὲ τούτων πάρεστιν ὁρᾶν, ὅσον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἄλλων ἀποφάσεις, Κτησίου μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος, Ὀνησικρίτου δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης, Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου, Μεγασθένους δὲ καὶ Δηϊμάχου μετριασάντων μᾶλλον.

b) Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ Ὀνησίκριτος τρίτην μοῖραν

πάσης τῆς γῆς. Νέαρχος δὲ μηνῶν τεττάρων ὁδὸν τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς.

De Ctesiae loco cf. Lion ad Ctes. Indic. Fragm. II. Baehr. Ann. ad Ctes. Indicc. Exc. c. I. p. 262. Ex Onesicrito autem hausta sunt etiam quae leguntur apud Plin. N. H. VI, c. 21, 17.: „Alexandri M. comites in eo tractu Indiae, quem armis subegerant, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum eo minus, gentes IX, Indiamque tertiam partem esse terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili sane ratione." cf. Plin. Elench. lib. VI. Hinc recte coniecit Casaubonus ad Strab. l. c., apud Arrianum l. c. pro *τῆς Ἀσίης* legendum esse *τῆς γῆς*, quare expunximus v. *Ἀσίης*, quod Schmiederus cautius uncis inclusit. Ceterum de vera Indiae magnitudine cf. Bernhardy Eratosth. p. 95. Vincent The Voyage of Nearchus (London 1797) p. 71 sqq. Bohlen. de Vet. Ind. T. I. p. 11.

FRAGM. XII.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 25 Tzsch. (690. Cas.) b) Arr. Ind. c. 6. §. 8.

Equi fluviales num in Indicis fluminibus reperiantur, an non.

a) *Σχεδὸν δέ τι τοῖς ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ κατ' Αἴγυπτον τὰ αὐτὰ φύεται καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ· καὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς πλὴν ἵππου ποταμίου τὰ ἄλλα φέρουσι καὶ οἱ Ἰνδικοί. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους γίνεσθαί φησι.*

b) *Καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοί, ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ, κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας, καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσι.*

De animalibus, quae in Indicis fluminibus eadem fere atque Aegyptiaca inveniantur cf. quae annotavimus ad Aristob. Fragm. XXXII et Nearch. Fragm. V.

FRAGM. XIII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 27. Tzsch. (691. Cas.)

De Taprobanes insulae magnitudine, situ et natura.

Οἷον περὶ τῆς Ταπροβάνης Ὀνησίκριτός φησι, μέγεθος μὲν εἶναι πεντακισχιλίων σταδίων, οὐ διορίσας μῆκος οὐδὲ πλάτος, διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν εἴκοσι,

ἀλλὰ κακοπλοεῖν τὰς ναῦς φαύλως μὲν ἱστιοπεποιημένας, κατεσκευασμένων δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς· εἶναι δὲ καὶ ἄλλας νήσους αὐτῆς μεταξὺ καὶ τῆς Ἰνδικῆς, νοτιωτάτην δ' ἐκείνην. Κήτη δ' ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσὶ, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα.

Tzschuckius ad h. l. de scriptura verborum: *κατεσκευασμένων δὲ ἀμφωτέρωθεν ἐγκ.* sqq. annotat haec: „Nihil in his morantur codd., tantum quod levi immutatione Mosc. vult *μήτρων*. Hoc tenacius haerent viri docti in versione aeque atque in ipsis Graecis. Nempe Salmasius ad Solin. p. m. 781. (nobis p. 785) malit legere *ἐγκοιλίων καὶ μητρῶν*, etsi vulgatam omnino etiam tolerandam censet. Schneiderus in Lex. Gr. s. v. *ἐγκοίλιος* vocem *μητρῶν* ad glossas reiicit. Contra Vossius ad Melam 3, 7. f. acriter, ut solet, castigato Salmasio ita verba fingit: *κατεσκευασμένων δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς*. Sensus: Ita erant naves fabricatae, ut costae utrimque carerent fundamento. Nempe sine costis cogitari navis nequit. Quae emendatio quum sensui sit optime accommodata, probanda videtur." Ceterum in Onesicrito *ἀρχικυβερνήτῃ* accuratissima navium adumbratio neminem offendet. De Taprobanes insulae natura Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 29 sqq. haec attulit: „Seit Alexander wurde die Insel Taprobane oder Ceylon unter dem Namen T a p r o b a n e d. h. wahrscheinlich B e t e l b l a t t wegen der Gestalt, T a m b a p a r n a, wie sie wirklich im Pali heisst, den Griechen durch Gerücht bekannt; genauere Nachrichten sammelte Megasthenes zu Palibothra von Handelsleuten, aber die Notizen sind immer, selbst in den spätern Ptolemaeerzeiten, noch sehr dürftig; man hielt Ceylon für eine ganz neue Welt und häufig wird man geneigt, die Sagen mit denen von andern Inseln des Archipels verschmolzen zu halten. Dahin gehört, dass Taprobane sieben oder gar zwanzig Tagereisen vom Festlande entfernt liege, und ebendahin die fabelhafte Erzählung des Inders Bachia beim Plinius (VI, 22), deren Locale man vergebens gesucht hat, weil frühere Nachrichten missverstanden sind: nur soviel ist klar, dass man sich Ceylon ausnehmend cultivirt dachte. Eratosthenes spricht von 700 Flecken, Plin. von 500 Städten, unter denen die Residenz 20000 Einwohner hatte. Das Land war trefflich angebaut, reich an Obst; aus der Thierwelt besonders die schönen Elephanten berühmt." Veterum de Taprobane locos collegerunt Salmasius Exercitt. Plin. p. 782. A sqq. Vossius ad Pomp. Melam p. 274, e quibus gravissimi sunt Pomp. Mela III, c. 7. Solin. Polyhist. c. 53. Ael. Hist. Animal XVI, 18.

FRAGM. XIV.

Strab. l. XV. t. VI. p. 35. Tzsch. (692. Cas.)

De Bosmoro, frumenti Indici genere.

Περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, ὅν φησιν Ὀνησίκριτος διότι σῖτός ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ, γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις, φρύγεται δ', ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω, τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα.

Idem frumenti genus commemoratur etiam apud Diod. II, c. 36., ubi male legitur *βόσπορον*. Hoc autem Strabonis loco codd. omnes cum editt. dant *σεπτὸς*, epitome sola *σῖτος*, quod et probat Scaliger in margine edit. Xyl. et Xylander. Vetus interpres legit *σεπτὸς* et vertit: „in veneratione est." Villebrune ad marg. ed. Amstel. malit *σηπτὸς* vel *εὔσηπτος* i. e. digestu facilis, vel etiam *εὔσεπτος*. Tzschuckius praetulit *σῖτος*, quod ad explicationem propius valeat et nulla copula interiecta arctius cum *μικρότερος* contineatur. Ceterum ut alibi ita hoc etiam loco vel pro punctis maioribus, quibus abusus est Tzschuckius, commata posuimus vel etiam commata expunximus.

FRAGM. XV.

Strab. l. XV. t. VI. p. 41 sqq. (694. Cas.)

De Indicis quibusdam arboribus mirae magnitudinis.

Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει, ὧν ἐστι καὶ τὸ κάτω νεύοντας ἔχον τοὺς κλάδους, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ περιεργότερον τὰ ἐν τῇ Μουσικανοῦ διεξιὼν, ἅ φησι νοτιώτατα εἶναι τῆς Ἰνδικῆς, διηγεῖται μεγάλα δένδρα εἶναί τινα, ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα· ἔπειτα τὴν λοιπὴν αὔξησιν κατωφερῆ λαμβάνειν, ὡς ἂν κατακαμπτομένους, ἕως ἂν ἅψωνται τῆς γῆς· ἔπειτα κατὰ γῆς διαδοθέντας ῥιζοῦσθαι ὁμοίως ταῖς κατώρυξιν, εἶτ' ἀναδοθέντας στελεχοῦσθαι· ἐξ οὗ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐξήσει κατακαμφθέντα, ἄλλην κατώρυγα ποιεῖν εἶτ' ἄλλην, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γενέσθαι μακρὸν, πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον. Λέγει δὲ καὶ μεγέθη δένδρων, ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη.

Eadem de re cf. Aristob. Fragm. XXX et ann. ad h. l. Nearch. Fragm. XL. Locus simillimus legitur apud Diodor. XVII, c. 90: *αὐτὸς δὲ (Ἀλέξ.) μετὰ τῆς δυνάμεως περάσας τὸν ποταμὸν (Ὑδάσπην) προῆγε διὰ χώρας ἀρετῇ διαφερού-*

σης· δένδρων γὰρ εἶχε γένη διαλλάττοντα καὶ τὸ μὲν ὕψος ἔχοντα πηχῶν ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενα, τριῶν δὲ πλέθρων σκιὰν ποιοῦντα. Quare Wesselingius ad h. l. ex Onesicrito haec deprompta esse existimat. Nos vero Diodorum etiam haec non Onesicrito sed Clitarcho suo debere censemus. cf. Lib. V, c. I. De Indicis arboribus memoratu dignis cf. etiam Ctesiam apud Phot. Indic. 19 et 28. et Baehr. ad h. l. De scripturae discrepantia, quae est in verbis: ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας sqq. Tzschuckius haec annotavit: „Post v. αὐξηθέντας subbiiciuntur in edd. verba: εἶτ' ἀναδοθέντας. Monentibus libris Mss. omnibus eieci, nec agnoscit epitome. Suum illa locum melius paulo post occupant. Deinde: cum καὶ ante v. δώδεκα nihil habeat, cui respondeat, Barth. ad Statii Theb. 4, 280. legendum censet: πήχεις ιά καὶ δώδεκα. Si tamen insistendum sit codd. omnibus, καὶ habeat vim intendendi. — Sequens κατωφερῆ Paris. mutat in καταφερῆ, quod licet in margine ed. Amstel. improbet Villebrune, perinde tamen ex promisc. usu valet et saepe alibi etiam variatur. cf. Wessel. ad Hdt. II, 63."

FRAGM. XVI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 38. (693. Cas.)

De Indiae ora maritima.

Ταῖς δὲ τῶν ποταμῶν πληρώσεσι καὶ τῷ τοὺς ἀπογαίους μὴ πνεῖν ὁμολογεῖ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Ὀνησικρίτου. Τεναγώδη γάρ φησιν εἶναι τὴν παραλίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὴν τῶν πελαγίων ἀνέμων ἐπικράτειαν.

Comprobantur huius fragmenti argumento quae ab Aristobulo de Indicorum fluminum inundationibus narrata sunt Fragm. XXIX.

FRAGM. XVII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 48. sqq. (695. Cas.)

De aquarum Indicarum natura ac vi in plantas et animalia.

Τοῦτο (i. e. ἐκ τῶν νεφῶν ἑφθὸν ἤδη χεῖσθαι τὸ ὕδωρ) δ' οἱ μὲν περὶ Ἀριστόβουλον οὐκ ἂν συγχωροῖεν, οἱ φάσκοντες, μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία. Ὀνησίκριτος δὲ δοκεῖ, τόδε τὸ ὕδωρ αἴτιον εἶναι τῶν ἐν τοῖς ζώοις ἰδιωμάτων, καὶ φέρει σημεῖον τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πινόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον. Τοῦτο μὲν οὖν εὖ·

οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ μέλανας εἶναι καὶ οὐλότριχας τοὺς Αἰθίοπας, ἐν ψιλοῖς τοῖς ὕδασι τὴν αἰτίαν τιθέναι, μέμφεσθαι δὲ τὸν Θεοδέκτην εἰς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀναφέροντα τὸ αἴτιον, ὥς φησιν οὗτος·

Οἷς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγύος
εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.

Ἔχοι δ' ἄν τινα λόγον· φησὶ γάρ, μήτε ἐγγυτέρω τοῖς Αἰθίοψιν εἶναι τὸν ἥλιον ἢ τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ κάθετον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐπικαίεσθαι πλέον, ὥστ' οὐκ εὖ λέγεσθαι ἀγχιτέρμονα αὐτοῖς τὸν ἥλιον, ἴσον πάντων διέχοντα. Μήτε τὸ θάλπος εἶναι τοῦ τοιούτου πάθους αἴτιον· μηδὲ γὰρ τοῖς ἐν γαστρί, ὧν οὐχ ἅπτεται ἥλιος.

De Aristobuli sententia huc pertinente cf. eius Fragm. XXIX. De aquae vi Casaubonus ad h. l. conferri iubet Aristot. Hist. Anim. III, c. 12. et Jul. Scalig. Exercitt. LIX contra Cardanum. Idem Casaubonus de Theodectae loco haec annotat: „Hoc vult Theodectes: Terrae eius incolas, a qua propius abest Sol, torreri et nigrescere. Atque ita et philosophi plerique sentiunt: quaeritque ea de re Alexander Aphrodiseus Problem. lib. 1. — Tibullus vero poeta Theodectae sententiam hanc eleganter expressit l. II. el. VI. vs. 37:

„Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis et admotis inficit ignis equis."

Addit Theodectes Solem iis *συστρέψαι κόμας*, quae ratio sit, cur eae gentes crispo sint capillo. Sic quoque Posidonius supra libro secundo dicebatur causam affere cur et homines earum regionum sint *οὐλότριχες* et reliqua animalia *οὐλόκερω. Τὰ γὰρ ἄκρα συστρέφεσθαι* deficiente humore et ardente sole." Ctesias ap. Phot. Ind. §. 9 ea de re ita sensit: *Ὅτι Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει· εἶναι γάρ φησιν ἐν αὐτοῖς καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας λευκοτάτους πάντων, εἰ καὶ ἐπ' ἔλαττον· ἰδεῖν δὲ καὶ αὐτὸν τοιαύτας Ἰνδὰς δύο γυναῖκας καὶ πέντε ἄνδρας.* cf. Hdt. III, 101. Arr. Exp. Alex. V, 4, 8. Ex recentioribus vv. dd. Forster travels p. 227. Heeren. Ideen I. 1. p. 367 sqq.

FRAGM. XVIII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 66 — 67. (699. Cas.)

De honore, qui apud Cathaeos, gentem Indicam, pulchritudini habeatur.

Ἐν δὲ τῇ Καθαίᾳ καινότατον ἱστορεῖται τὸ περὶ τοῦ κάλλους ὅτι τιμᾶται διαφερόντως, ὡς ἵππων καὶ κυνῶν·

βασιλέα τε γὰρ τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαί φησιν Ὀνησίκριτος, γενόμενόν τε παιδίον μετὰ δίμηνον κρίνεσθαι δημοσίᾳ, πότερον ἔχει τὴν ἔννομον μορφὴν καὶ τοῦ ζῆν ἀξίαν ἢ οὔ· κριθέντα δ' ὑπὸ τοῦ ἀποδειχθέντος ἄρχοντος ζῆν ἢ θανατοῦσθαι· βάπτεσθαί τε πολλοῖς εὐανθεστάτοις χρώμασι τοὺς πώγωνας αὐτοῦ, τούτου χάριν καλλωπιζομένους· τοῦτο δὲ καὶ ἄλλως ποιεῖν ἐπιμελῶς συχνοὺς τῶν Ἰνδῶν· καὶ γὰρ δὴ φέρειν τὴν χώραν χρόας θαυμαστὰς καὶ θριξὶ καὶ ἐσθῆσι, τοὺς δ' ἀνθρώπους τὰ ἄλλα μὲν εὐτελεῖς εἶναι, φιλοκόσμους δέ.

Similia de Sopithae terrae incolis tradiderunt Diodorus XVII, c. 91: *Μετὰ δὲ ταῦτ'* (i. e. post Cathaeos victos) *ἐστράτευσεν (ὁ Ἀλέξ.) ἐπὶ τὰς ὑπὸ Σωπείθην τεταγμένας πόλεις, εὐνομουμένας καθ' ὑπερβολήν· τά τε γὰρ ἄλλα πρὸς δόξαν πολιτεύονται καὶ τὸ κάλλος παρ' αὐτοῖς τιμιώτατον νενόμισται· διόπερ ἐκ νηπίου παρ' αὐτοῖς τὰ βρέφη διακρίνεται, καὶ τὰ μὲν ἄρτια καὶ φύσιν ἔχοντα πρὸς εὐπρέπειαν καὶ ἰσχὺν εὔθετον τρέφεται, τὰ δὲ καταδεῆ τοῖς σώμασιν ἀνάξια τροφῆς ἡγούμενοι διαφθείρουσιν.* De Cathaeis autem apud eundem in antecedentibus haec leguntur: *παρὰ δὲ τούτοις (Καθαίοις) νόμιμον ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι· τοῦτο δ' ἐκυρώθη τὸ δόγμα παρὰ τοῖς βαρβάροις διὰ μίαν γυναῖκα φαρμάκοις ἀνελοῦσαν τὸν ἄνδρα.* Atque eadem fere ex eodem fonte (Clitarcho) tradidit Curtius IX, 1 (V), 24 sqq.: „Hinc in regnum Sophitis perventum est. Gens, ut barbari credunt, sapientia excellit, bonisque moribus regitur. Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum, quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes aut aliqua parte membrorum inutiles notaverunt, necari iubent. Nuptiis coëunt non genere ac nobilitate coniuncti, sed electa corporum specie, quia eadem aestimatur in liberis." De Cathaeis nihil narravit Curtius, sed una cum Diodoro, quae apud Onesicritum iis tribuebantur, Clitarcho auctore in Sopithae terrae incolas transtulit. Conferas etiam alium Strabonis locum l. XV, t. VI. p. 104. (708. Cas.), ubi inter urbanos aediles (*ἀστυνόμους*) in sex quinterniones divisos tertio loco appellantur: *οἱ τὰς γενέσεις καὶ θανάτους ἐξετάζουσι, πότε καὶ πῶς, τῶν τε φόρων χάριν καὶ ὅπως μὴ ἀφανεῖς εἶεν αἱ κρείττους καὶ χείρους γοναὶ καὶ θάνατοι.* De diligentia in barbis vestimentisque adornandis cf. Nearch. Fragm. X et Bohlen. de Vet. Ind. II, 168—71.

FRAGM. XIX.

Strab. l. XV. t. VI. p. 74. (701. Cas.)

De Pattalorum insulae forma et magnitudine.

Ὀνησίκριτος δὲ τὴν πλευρὰν ἑκάστην τῆς ἀπολαμβανομένης νήσου (Πατταληνῆς) τριγώνου τὸ σχῆμα δισχιλίων, τοῦ δὲ ποταμοῦ τὸ πλάτος, καθ' ὃ σχίζεται εἰς τὰ στόματα, ὅσον διακοσίων (σταδίων)· καλεῖ δὲ τὴν νῆσον Δέλτα, καί φησιν ἴσην εἶναι τοῦ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα.

His addit Strabo: „*οὐκ ἀληθὲς τοῦτο λέγων. Τὸ γὰρ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα χιλίων καὶ τριακοσίων σταδίων ἔχειν λέγεται τὴν βάσιν, τὰς δὲ πλευρὰς ἑκατέραν ἐλάττω τῆς βάσεως.* Vincentius The Voyage of Nearchus p. 143 ea de regione haec annotat. „The Pattalene is a Delta, like the Lower Egypt, but the dimensions of it seem very ill defined. The base of this triangle lies nearly north-east and south-west; and if it were possible to give the extent of it exactly, we should obtain a great desideratum in geography. Ptolemy and the author of the Periplus assert, there are seven mouths to the river, and the modern name of Divillee is said to have the same allusion; but although Alexander navigated the two extreme branches east and west; and though there is reason to believe that the commerce on the Indus passed up and down both these, if not some of the others, in ancient times, I have never yet met with a traveller or voyager who passed up the eastern branch except Alexander himself. The extent between the two outer branches is given by

		Miles Eng.
Arrian, at .	1800 stadia — equivalent by d'Anv. stad. to	113
Pliny, . .	220 Roman miles, . . .	201
Rennell's first memoir, —	210 English miles, . . .	210
Rennell's second mem.	150	150
D'Anville, .	30 leagues $1\frac{1}{2}$ degree . .	104
Dalrymple, Pritty's chart,	108 geog. miles	125
Dalrymple, by another chart,	124	143
De la Rochette	118 English miles . . .	118.
Rennell's map, by scale .	170	170
Ptolemy, .	8 degrees, 10 minutes . .	215.

cf. Aristob. Fragm. XXXI.

FRAGM. XX.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 75. (701. Cas.) b) Ibid. p. 113 (710. Cas.)

De ora Pattalorum insulae finitima et Musicani regno.

a) Φησὶ δ' Ὀνησίκριτος, τὴν πλείστην παραλίαν τὴν ταύτῃ πολὺ τὸ τεναγῶδες ἔχειν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὸ μὴ πνεῖν ἀπογαίους, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πελαγίων ἀνέμων κατέχεσθαι τούτους τοὺς τόπους τὸ πλέον. Λέγει δὲ καὶ περὶ τῆς Μουσικανοῦ χώρας ἐπὶ πλέον ἐγκωμιάζων αὐτὴν, ὧν τινα καὶ ἄλλοις Ἰνδοῖς κοινὰ ἱστόρηται, ὡς τὸ μακρόβιον, ὥστε καὶ τριάκοντα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν προσλαμβάνειν.

b) Δούλοις δὲ οὗτος (ὁ Μεγασθένης) μέν φησι μηδένα Ἰνδῶν χρῆσθαι. Ὀνησίκριτος δὲ τῶν ἐν τῇ Μουσικανοῦ τοῦτ' ἴδιον ἀποφαίνει, καὶ ὡς κατόρθωμά γε· καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ λέγει τῆς χώρας ταύτης κατορθώματα ὡς εὐνομωτάτης.

De Musicani regno cf. Aristob. Fragm. XXIX et ann. ad h. l. Bohlen. de Vet. Ind. II. p. 47. De longa Indorum aetate cf. Fragm. XXV et Clitarch. Fragm. XII.

FRAGM. XXI et XXII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 93. (705. Cas.) Plin. N. H. VI, Cap. XXII, Sect. 24.

De elephantum Indicorum aetate et natura.

Ὀνησίκριτος δὲ καὶ ἕως τριακοσίων ἐτῶν ζῆν φησι (τοὺς ἐλέφαντας), σπάνιον δὲ καὶ ἕως πεντακοσίων· κρατίστους δ' εἶναι περὶ τὰ διακόσια ἔτη, κυΐσκεσθαι δὲ δεκαετίαν. Μείζους δὲ τῶν Λιβυκῶν καὶ ἐῤῥωμενεστέρους ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι· ταῖς οὖν προβοσκίσιν ἐπάλξεις καθαιρεῖν καὶ δένδρα ἀνασπᾶν πρόῤῥιζα, διανισταμένους εἰς τοὺς ὀπισθίους πόδας.

Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est Antichthonum appellatione; ut liqueret insulam esse, Alexandri Magni aetas resque praestitere.

Onesicritus, classis eius praefectus, elephantos ibi maiores bellicosioresque quam in India gigni scripsit.

De elephantis Indicis cf. Ctes. Indic. Fragm. VI. VII. VIII ed. Lion. Arr. Ind. c. 13. 14. 17 et Schmied. ann. ad hh. ll. Curt. VIII, 9, 17. Diod. II, 17. Ael. Hist. Anim. XVII, 29. Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 41. Schlegel. Bibl. Ind. T. I. p. 129 sqq. ubi inter alia, quae huc spectant, etiam haec leguntur: „Der Indische Elephant ist ein Achilles, der seine Homere gefunden; auf den Africanischen hingegen lässt sich die Klage Alexanders des Grossen anwenden, dass die Thaten des Helden ohne den Preis des Sängers verloren seien." — De Taprobane insula cf. Onesicr. Fragm. XIII. et ann. ad h. l.

FRAGM. XXIII.

Arr. Exp. Alex. VI, 2, 6. (3.)

Onesicritus, regiae navis gubernator, classis praefectum sese praedicat.

Τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο· τῆς δὲ αὐτοῦ νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα.

Ea de re cf. quae disseruimus de Onesicr. Vita l. III. c. 1. Ceterum male haec verba ad Nearchum traducta esse a Suida s. v. *Νέαρχος* demonstravimus infra L. IV. C. I. De vita et scriptt. Nearchi.

FRAGM. XXIV.

Plin. N. H. II, Cap. LXXIII, Sect. 75.

De regionibus, quibus solstitii die medio nulla umbra iaciatur.

Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadium, solstitii die medio nullam umbram iaci, puteumque eius experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum Solem illi loco supra verticem esse, quod et in India supra flumen Hypasin fieri tempore eodem Onesicritus scribit.

Eadem fere leguntur apud Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 222. (p. 128. Bernh.): *Πολλὴ δὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἡ Συήνη, ἀπὸ Συήνου τινὸς οὕτω κληθεῖσα· ἐν ᾗ καὶ φρέαρ εἶναί φασι*

τὰς θερινὰς τοῖς ἐκεῖ διασημαῖνον τοῦ ἡλίου τροπάς· ὅπου καὶ ἄσκιοι κατὰ μεσημβρίαν εἰσὶν οἱ ὡρολογικοὶ γνώμονες, διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι τοὺς τόπους τούτους τῷ τροπικῷ. Itemque apud Arr. Hist. Ind. XXV, 7, quem locum adscripsimus ad Nearch. Fragm. XXII. Harduinus ad Plin. l. c. annotat: „Hoc etiam Pausanias refert in Arcad. l. VIII. p. 518. Lucan. l. II. v. 587: Umbras nusquam flectente Syene. Vide etiam Strab. l. II. p. 114. Cas. (t. I. p. 302. Tzsch.) Et de puteo Syenes, qui meridie nullam umbram faciat, Arrianus in Ind. p. 559. (c. 25.) Ex eo manifestum est oppidum Syenem esse sub ipso Tropico Cancri gr. 23, 30. latitudinis septemtrionalis." Ceterum de Syene oppido cum solita doctrinae copia egit Salmasius in Exercitt. Plin. p. 298 sqq. et, quod huc potissimum spectat, de horologiorum gnomonibus sub solstitio ibi umbram non iaculantibus p. 468. C. cf. etiam Nearch. Fragm. XXII. et ann. ad h. l.

FRAGM. XXV.

Plin. N. H. VII, Cap. II. Sect. 2. §. 28.

De hominum proceritate et aetate in locis Indiae umbra destitutis.

Onesicritus, quibus in locis Indiae umbrae non sint, corpora hominum cubitorum quinûm et binorum palmorum existere et vivere annos centum triginta, nec senescere sed ut medio aevo mori.

Ctesias apud Phot. Ind. §. 15. (p. 184.) ed. Lion. ea de re haec prodit: ὡς Ἰνδῶν οὐδεὶς κεφαλαλγεῖ οὐδὲ ὀφθαλμιᾷ οὐδὲ ὀδονταλγεῖ οὐδὲ ἑλκοῦται τὸ στόμα οὐδὲ σηπεδόνα οὐδεμίαν ἴσχει· ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν ρκ' καὶ λ' καὶ ν' καὶ σ' οἱ τὰ πλεῖστα βιοῦντες. cf. l. c. §. 23. (p. 197.) Fragm. XLVI. (p. 265.) Onesicr. Fragm. XXIV. et Clitarch. Fragm. XII.

FRAGM. XXVI.

Plin. N. H. VI, C. XXIII, Sect. 26.

Nomina et spatia mansionum in Onesicriti et Nearchi navigatione a Iuba Mauritano pervulgata.

Sed priusquam haec (de Carmania, Perside, Arabia cf. l. c. Sect. 25.) generatim persequamur, indicare convenit, quae prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Juba: dein eam navigationem, quae his annis comperta servatur

hodie. Onesicriti et Nearchi navigatio nec [omnia] nomina habet mansionum, nec spatia: primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, iuxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur. Haec tamen digna memoratu produntur: Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione ea. Flumen Nabrum navium capax, contra insulam distans LXX stad. Alexandria condita a Leonnato iussu Alexandri in finibus gentis, Argenûs portu salubri. Flumen Tuberum navigabile, circa quod Pasirae. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut XX dierum spatio praenavigaverint. Insula, quae Solis appellatur et eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. Ori gens, flumen Carmaniae Hytanis portuosum et auro fertile. Ab eo primum septemtriones apparuisse adnotavere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam. Achaemenidas usque illo tenuisse. Aeris et ferri metalla et arsenici et minii exerceri. Inde promontorium Carmaniae est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabiae Macas traiectus distat L M. passuum. Insulae tres, quarum Oracla (Organa) tantum habitatur aquosa, a continenti XXV M. passuum. Insulae IV iam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini vicenûm cubitorum adnatantes terruere classem. Insula Acrotadus, item Gauratae, in quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum navium capax. Flumen Sitiogagus, quo Pasargadas septimo die navigatur. Flumen navigabile Heratemis, insula sine nomine. Flumen Granis modicarum navium capax per Susianen fluit, dextra eius accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen Zarotis ostio difficili nisi peritis, insulae duae parvae, inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium Euphratis. Lacus quem faciunt Eulaeus et Tigris iuxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum invenerunt septimo mense postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio navigationis. Sic Alexandri classis navigavit.

Pluribus de hoc loco egimus c. I, p. 80 sqq., ubi omnem interpretationis difficultatem ita removendam putavimus ut pro verbis, quae vulgo leguntur: „Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum nec spatia" emendaremus: „Onesicriti et Nearchi navigatio nec omnia nomina habet mansionum nec spatia," qua emendatione probata planissime omnia procedere videbantur. Quod

vero Dodwellus in Dissert. de Arriani Nearcho p. 235 sqq. animadvertit, inter narrationem Nearchi apud Arrianum et Onesicriti apud Plinium vix et ne vix quidem similitudinem intercedere, hoc in universum supra (l. c.) iam reprobavimus, de singulis autem nominibus apud Plinium et Arrianum inter se discrepantibus Vincentius in Refutatione Dodwelli p. 259 sqq. Schmiedero interprete haec annotat: „Sed sive Onesicritus sit causa eius differentiae, sive Iuba, non prorsus insociabilis est cum Nearcho; nam, Salmasio iuvante, lego Arbis pro Nabrus; Tomerus pro Tuberus; Oritae pro Paritae; Ori gens pro Origens; Andanis pro Hytanis; Achaemenidas pro Achaemedinas; Aradus pro Acrotadus; et fortasse Arbis pro: ab eis." Plurimas harum emendationum cum Harduino in textum recepimus, de reliquis cf. Harduini annot. ad h. l. Solita doctrinae copia hunc locum tractavit Salmas. Exercitt. Plin. p. 829. 30. 31. 32. 33. 37. Ceterum satis constat, quantum in Indicis aliisque nominibus barbaris et Graecis auribus insuetis vel ipsi auctores vel librarii peccaverint, ut nemini mirum videri debeat, si eadem nomina ab Onesicrito longe aliter atque a Nearcho auribus concepta ac litteris consignata fuerint.

FRAGM. XXVII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 188. (726. Cas.)

De Carmaniae metallis.

Ὀνησίκριτος δὲ λέγει ποταμὸν ἐν τῇ Καρμανίᾳ καταφέροντα ψήγματα χρυσοῦ· καὶ ὀρυκτοῦ δὲ εἶναι μέταλλον, καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ μίλτου· ὄρη δὲ εἶναι δύο, τὸ μὲν ἀρσενικοῦ, τὸ δ' ἁλός.

Eadem aeris, arsenici, minii metalla in Carmania attigit Onesicritus Fragm. XXVI. cf. Curt. VIII, 9, 18.

FRAGM. XXVIII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 204. (729. Cas.)

De Euphratis et Tigris ostiis.

Ὀνησίκριτος δὲ πάντας (τοὺς ποταμοὺς) φησὶν ἐκβάλλειν εἰς τὴν λίμνην, τόν τε Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν· ἐκπεσόντα δὲ πάλιν τὸν Εὐφράτην ἐκ τῆς λίμνης ἰδίῳ στόματι πρὸς τὴν θάλατταν συνάπτειν.

Differt hac sententia Onesicritus a Nearcho Fragm. XXXV. cf. Ann. ad h. l.

FRAGM. XXIX.

Plin. N. H. VI. Cap. XXVI. Sect. 30.

De spatio inter Babylonem et Euphratis ostia interiecto.

Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCCXII. mill. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero postea scripsere, a Seleucia CCCCXL. mill. Iuba a Babylone Characem CLXXV. mill. pass.

Harduinus ad h. l. annotat: „Strabo l. XVI. (t. VI. p. 257. cf. 204. Tzsch.) p. 739. cf. 729. Cas. supra tria millia stad., hoc est, supra CCCLXXV. mill. pass." Est vero haec non Strabonis sed Nearchi sententia. cf. eius Fragm. XXXV. Ceterum de hoc quidem loco Dodwellus in dissertatione de Arriani Nearcho supra citata interprete Schmiedero rectissime haec annotat: „Videmus hic Iubam spatia Graecorum omnia ad Romanorum milliaria redegisse. Congrue admodum, cum regnarit ipse in regione, quae fuerat ante illum Romana provincia, et moribus pariter Romanis et linguae etiam assueverat. Vel hinc mihi suspectum esse fateor, rectene illum eruditi vulgo Graecis scriptoribus accenseant. Tam enim Graecis plerisque ignota fuissent Romana milliaria, quam vice versa Graecorum stadia ignorabant Romani. Porro e praedicto Plinii loco illud etiam constat, Nearchi sententiam atque Onesicriti a Iuba fuisse explicatam. Ita scilicet, ut a sui regni scriptoribus atque lectoribus intelligeretur Romanis, qui longius aberant ab ea Africae parte, qua linguae Graecae usus obtinuerit." Ceterum cf. etiam Salmas. Exercitt. Plin. p. 837. a.

FRAGM. XXX.

Aelian. de Animal. XVII, c. 6.

De belluis marinis ad Gedrosiae oram conspectis.

Περὶ δὲ τὴν Γεδρωσίαν χώραν (ἔστι δὲ μοῖρα τῆς γῆς τῆς Ἰνδικῆς οὐκ ἄδοξος) Ὀνησίκριτος λέγει καὶ Ὀρθαγόρας γίνεσθαι κήτη ἥμισυ ἔχοντα σταδίου τὸ μῆκος, πλάτος δὲ κατὰ λόγον τοῦ μήκους καὶ τοῦτο δηλονότι· τοσαύτην δέ φασιν ἔχειν δύναμιν αὐτά, ὡς πολλάκις, ὅταν ἀναφυσήσῃ τοῖς μυκτῆρσιν, ἐς τοσοῦτον ἀναῤῥίπτειν τῆς θαλάττης τὸ κλυδώνιον, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀπείροις πρηστῆρας εἶναι ταῦτα.

De Gedrosia terra cf. ann. ad Nearch. Fragm. XXIII; de iisdem belluis Nearch. Fragm. XXV. Praeterea Jacobsius

ad Ael. l. c. affert locum S. Basilii T. I. p. 68. E., ubi de magnitudine horum animalium haec leguntur: *τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῷ ὄγκῳ τοῦ σώματος παρισάζεται· ἅγε καὶ νήσων πολλάκις φαντασίαν παρέχεται.* cf. Lacepède in Hist. cetaceorum p. 3. et 8.

FRAGM. XXXI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 211. (730. Cas.)

De Cyri sepulcro Pasargadis ab Alexandro invento.

Ὀνησίκριτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάστεγον εἴρηκε· καὶ ἐν μὲν τῇ ἀνωτάτω στέγῃ κεῖσθαι τὸν Κῦρον· ἐπίγραμμα δ' εἶναι Ἑλληνικὸν, Περσικοῖς κεχαραγμένον γράμμασιν· Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος, βασιλεὺς βασιλήων· καὶ ἄλλο Περσίζον πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν. Μέμνηται δ' Ὀνησίκριτος καὶ τὸ ἐπὶ τῷ Δαρείου τάφῳ γράμμα τόδε· Φίλος ἦν τοῖς φίλοις· ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην· κυνηγῶν ἐκράτουν· πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην.

Accuratius hoc Cyri sepulcrum descripsit Aristobulus Fragm. XXXVII. cf. ann. ad h. l. Fallitur Casaubonus, qui annotat ad h. l., apud Athenaeum X. p. 434 legi, inscriptum fuisse huic monumento Cyri: *ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς,* Etenim haec inscriptio non in Cyri sed in Darii sepulcro fuisse narratur.

FRAGM. XXXII.

Lucian. Macrob. §. 14. (T. VIII. p. 116. ed. Lehm.)

De longa Cyri maioris aetate.

Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὅροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων. Μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

Fortasse eodem haec loco Onesicritus attigit, quo de Cyri egit sepulcro. Fragm. XXXI. Neque enim cum Meiero (in Erschii et Gruberi Encycl. Sect. III. P. III. p. 457.) equidem contenderim, ex hoc loco esse consentaneum, Onesicriti com-

mentariis antiquiorem Persici regni historiam tractatam esse. Cf. supra p. 78. Ceterum obiisse Cyrum *μάλα πρεσβύτην* testatur etiam Xenophon in Cyrop. VIII. p. 233. De v. *ὅροι* cf. intpp. ad h. l.

FRAGM. XXXIII.

Lucian. de mort. Peregrin. §. 25. (t. VIII. p. 279. Lehm.)

De Calani gymnosophistae morte.

Ἐκεῖνοι γὰρ (i. e. *οἱ τῶν Ἰνδῶν σοφισταὶ*) *οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καόμενον, φησὶν, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι ἀνέχονται παροπτώμενοι, εἶτ᾽ ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα καίονται, οὐδ᾽ ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς κατακλίσεως.*

Temere Menagius ad Diog. Laert. VI, c. 4. §. 84, dum v. *φησὶν* legere omittit, mortis genus Onesicriti hoc loco nos doceri affirmat. Calani autem mortem Onesicritus iam supra attigit Fragm. X. a. De ea cf. Strab. l. XV. t. VI. p. 145 sqq. Arr. Exp. Alex. VII, 3. et 18. Nearch. Fragm. XXXVII. Plut. Vit. Alex. c. 69. Diod. XVII, c. 107. Aelian. Var. Hist. II, c. 41. V, c. 6. Pallad. de Brachman. p. 40. Droysen. Hist. Alex. p. 503. ann. 41. Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 287—89.

LIB. IV.

NEARCHUS CRETENSIS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Nearchus, Androtimi filius, Arriano teste *τὸ γένος μὲν Κρὴς, ᾤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι*[1]). Haud ignobili eum loco et in re lauta natum fuisse, inde colligitur, quod una cum Ptolemaeo Lagida ex eorum fuit numero, qui Alexandro iuveni a Philippo patre aliquamdiu abalienato tam fideles sese praebuerant, ut a Philippo in exilium eiicerentur[2]), hoc autem mortuo ab Alexandro prae ceteris gratia et honoribus ornarentur[3]). Quare Nearchus post ipsum praelium ad Granicum factum Lyciáe et finitimis regionibus praefectus est, quod munus per quinquennium (Ol. 111, 3. — 113, 1:) strenue administravit[4]). Deinde quum rex in Bactriam provinciam profectus esset, Nearchus una cum Asandro, Lydiae et Ioniae satrapa, mercenarios Graecos Zariaspam ad regis exercitum ducere iussus[5]) in satrapiam suam non rediit, sed scutatorum (*τῶν ὑπασπιστῶν*) chiliarcha factus[6]) Alexandrum in expeditionibus comitabatur, quibus ad Hyphasin potissimum et Indum immortalem nominis famam adeptus est. Ibi enim Alexan-

---

1) Arr. Ind. c. 18. Cui refragatur Steph. Byzant. s. v. *Ἀητή*, ubi haec leguntur: *Ἀητὴ, πόλις Μακεδονίας ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Ἀητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς, τὸ ἐθνικὸν Ἀηταῖος· οὕτω γὰρ ἱστορεῖται Νέαρχος Ἀηταῖος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος.* Recte enim pro v. *Νίκαρχος*, quod male olim legebatur, Nearchi nomen hoc loco reposuerunt intpp. ad h. l. Inter quos Berkelius Stephanum ab Arriano discrepantem aperti erroris arguit, cuius originem derivandam esse opinatur ex depravato Theagenis codice, in quo Stephanus pro v. *Κρηταῖος* (?) exaratum legerit *Ἀηταῖος*.

2) Cf. Plut. Vit. Alex. c. 10. Arr. Exp. Alex. III, 5, 9.

3) Plut. et Arr. ll. cc. cf. Comment. nostr. de Ptolem. Vit. p. 8 sqq

4) Arr. l. c. et I. c. 24. §. 5.

5) Arr. Exp. Alex. IV, c. 7. §. 4.

6) Ibid. IV, c. 30. §. 11.

der quum ex longis itineribus statuisset reverti neque eandem qua venerat viam relegere vellet, sed Indi flumen sequutus occidentalem etiam quae reliqua erat Indiae partem imperio obtinere studeret integram, classem paravit qua nulla ante illam aetatem splendidior conspecta erat, eius vero ducem elegit Nearchum[1]). Qua navigatione egregie peracta longe et difficilius et gloriosius opus ille subiit. Etenim Alexander magna rerum in posterum gerendarum consilia pectore molitus quum Oceanum ab Indi ostiis usque ad sinum Persicum classe pernavigare statuisset: rei novae et inauditae pericula minime ignorans atque de idoneo classis duce dubius haesitans animi curas atque consilia aliquando cum Nearcho communicat, qui quum ex omnibus ducibus a se commendatis alium alia de causa Alexandro sensisset displicere, denique: *Ὦ βασιλεῦ*, inquit, *ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου, καὶ (εἰ τὰ ἀπὸ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι) περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τέ ἐστιν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ*[2]). Quibus auditis Alexander primum quidem tergiversatus tanquam talem amicum rei tam arduae atque ancipitis periculis obiicere nefas existimans, revera tamen haud insperata hac responsione vehementer laetatus est. Namque unum Nearchum ad hanc expeditionem gnaviter perficiendam idoneum esse magni regis aciem non fugerat. Neque eius opinio eventu frustrata est, quum unius Nearchi prudentia, sollertia, constantia totam classem sciamus esse conservatam[3]). Innumeris igitur laboribus ac periculis strenue superatis in Pasitigri flumine salvas ille naves Alexandro tradidit, qui magis etiam ea de re laetatum sese professus est, quam de totius Asiae possessione[4]). Quod festis quoque diebus atque ludis rex con-

---

1) Arr. Exp. Alex. VI, c. 2. et Ind. c. 18.

2) Ita enim ipse narrat Nearchus Fragm. XVIII. cf. ann. ad h. l.

3) Veluti, ut hoc unum afferam, Arabiae promontorio conspecto unus Nearchus impedivit, ne, id quod temere Onesicritus suaserat, classis huc appellens pessum daretur, qua de re Arrianus Indic. c. 32. verissime sic indicat: *καί μοι δοκέει περιφανέως σῶσαι τὴν στρατιὴν τῇδε τῇ βουλῇ Νέαρχος· τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει καὶ ὕδατος ἀπορίῃ ἔχεσθαι.* cf. Nearch. Fragm. XXVIII et Lib. III. c. I. p. 75.

4) Quanta laetitia et gratia Alexander Nearchum reducem exceperit, egregie exposuit Arrianus Ind. c. 33—34. cf. c. 42. — Locum, quo Nearchus regem convenerit, accuratius non licet indicare. cf. Diod. XVII, c. 106. Droysen. Hist. Alex. p. 481. ann. 13. et Ritter. Erdk. T. X. p. 27 sqq.

testabatur atque vix precibus Nearchus ab eo impetrabat, ut ad reliquam navigationem ad finem perducendam dimitteretur. Mox vero nuptias Alexander Susis celelebrans splendidissimas Nearchi sui haud immemor et aurea eum corona ornavit et Barsines ac Mentoris filia in matrimonium data arctius etiam affinitate sibi coniunxit[1]). Neque unquam ab hoc inde tempore usque ad prope iam imminentem regis mortem Nearchus ab eius latere videtur discessisse, quandoquidem et Chaldaeorum vaticinia de fatali Babylonis introitu Alexandro ille aperuit[2]) et brevi ante supremum diem de rebus nauticis cum eo est colloquutus[3]).

De reliqua Nearchi vita paucissima neque haec quidem satis certa ac rata veteres auctores tradiderunt. Ita quod narrat Justinus (l. XIII. c. 4.) Nearchum in ea provinciarum partitione, quae Perdicca suasore facta est, Lyciam et Pamphyliam esse sortitum, ex mala temporum confusione profectum est, quum et aliis testimoniis[4]) et ipsa rerum gestarum serie eas provincias post regis mortem non Nearcho evenisse evincatur, sed Antigono qui supersite etiam Alexandro post Nearchum eas administrasset. Dein Curtio auctore Nearchus, quum de regni successore eligendo vehementer inter se Alexandri duces et amici disceptarent, strenue eam tuitus est sententiam, „Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiae maiestati convenire. Ceterum expectari nondum ortum regem, et, qui iam sit, praeteriri, nec animis Macedonum convenire nec tempori rerum. Esse e Barsine filium regis; huic diadema dandum[5]).“ Atque ita sensisse Nearchum nemo mirabitur, qui Barsines et Mentoris ei filiam nuptam fuisse meminerit. Denique ad posteriorem Nearchi vitam cognoscendam haud minimi est momenti Diodori locus[6]), ubi narratur, brevi ante cruentissimum illud praelium (Ol. CXVI, 1.), quo Eumenes captus esset atque trucidatus, Antigonum copiarum partem Nearcho

---

1) Arr. Exp. Alex. VII, c. 4 et 5. Huc etiam spectat, quod Hist. Ind. c. 42. narratur de coronis aureis Nearcho et Leonnato a rege impositis, quem locum temere nonnulli vv. dd. retulerunt ad tempus, quo Alex. cum exercitu ad Pasitigrim adventasset.

2) Diod. XVII, c. 112. Plut. Vit. Alex. c. 73.

3) Ephem. reg. ap. Arr. Exp. Alex. VII. c. 25. et Plut. Vit. Alex. c. 76. cf. Ritter Erdk. T. X. p. 34 sqq.

4) Cf. Arrian. apud Phot. cod. XCII. p. 215. Hoesch. Diod. XVIII, c. 3. Curt. X, c. 10 (XXX), 2.

5) Curt. X, c. 6 (XX), 10. cf. Mütz. ad h. l.

6) Diod. XIX, c. 19. cf. Mannert. hist. success. Alex. p. 115.

in Mediam ducendam tradidisse. Hinc enim colligitur, turbulentissimis temporibus, quibus Antigonus et Eumenes vario Marte de summa rerum in Asia decertarent, Nearchum ab Antigoni stetisse partibus.

Haec fere sunt quae de Nearchi vita cognita habemus; ad eius scripta quod attinet, post acutam doctamque Vincentii dissertationem eorum quidem supersedere licet refutatione, qui speciosioribus Dodwelli ratiocinationibus capti, quae apud Arrianum extat navigationis descriptio, eam Nearcho auctori abiudicare conati sunt, praesertim quum Pliniani illius loci difficultates, quibus Dodwelli maximam partem nituntur errores, supra iam a nobis remotae sint*). Verum enim vero

---

*) Cf. supra l. III, c. I. de Vit. et scriptt. Onesicr. p. 80 sqq. In eorum autem numero, qui Dodwelli erroribus sunt adstipulati, miramur inveniri etiam virum elegantissimi iudicii Petrum de Bohlen (de Vet. Ind. I. p. 68), qui ea de re haec annotat: „Der sogenannte Periplus des Nearchus endlich, welchen viele scharfsinnige Männer dem wirklichen Befehlshaber der Flotte Alexanders beilegen und gegen kritische Anfechtungen vertheidigen, ist sicherlich das Werk eines Spätern; denn weder Agatharchides und Eratosthenes, die beide über jene Küste weitläufig schrieben und die vortreffliche Alexandrinische Bibliothek zur Aufsicht und Benutzung hatten, noch Strabo wissen von dem Periplus des Nearch, sondern erwähnen dieses Mannes nur als Verfasser von mährchenhaften Erzählungen (?!). Die Schrift erscheint in einer Periode, wo es Mode geworden, Bücher unter diesem Namen zu verfassen und sie bekannten Männern beizulegen, in einer Zeit, wo die Mährchen über Alexander besonders beliebt waren, und kommt durch den Juba ans Licht (?), der wegen seiner Fabeleien verdächtig war; und so darf es uns nicht wundern, wenn Nearch, oder dieser Versuch einer Küstenfahrt unter den Ptolemaeern, und Claudius Ptolemaeus, oder vielmehr Marinus von Tyrus sich so oft ergänzen, da ihre Zeit nicht weit aus einander sein kann. Dass die mühselige Reise, und zwar ohne Kenntniss der Mussons, weil man sich der Ruder bedient, wirklich gemacht worden, dafür bürgt das getreue und trockene Verzeichniss von Namen und Stationen, die aber noch Plinius, der ein ähnliches aufführt, nicht in der Schrift kannte (?!); allein nimmermehr konnte Nearchus, als Augenzeuge und Seemann, dem Indus eine so unerhörte Breite geben (?), wie hier geschieht; nimmer konnte er erzählen, dass im November zu Malana die Sonne im Norden gestanden (Arr. Ind. 25. cf. ad Fragm. XXII), ohne von seinen Mitgenossen verlacht zu werden. Arrian bringt zur Bestätigung den Brunnen von Syene in Erinnerung und zeigt eben dadurch, wie einst Herodot ähnliche Argumentationen über die Umschiffung Africas hören konnte, die noch keine Erfahrung gegeben hatte: hier aber sind es Fabeln der spätern Zeit vom Berge Maleus in Indien, von bezauberten Inseln, vom König Erythres, der dem rothen Meere seinen Namen gegeben und mehr dergleichen.

alius error hoc loco est refellendus ab eodem Dodwello commissus, a Schmiedero aliisque viris doctis repetitus. Schmiederus enim in Praefatione ad Arr. Exp. Alex. p. 33. de Nearchi scriptis ita existimavit: „Praeter hunc librum (τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ) scripsit, Suida teste, συγγραφὴν ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου praeter omne dubium, quod iam video Dodwellum (in geogr. vett. scriptt. minor. T. I. p. 140. §. 10.) contra Fabricium confirmare. Erat ille paraplus vel liber singularis et diversus ab historia Alexandri, vel, ex sententia Dodwelli, lacinia duntaxat maioris operis; quod vir doctus eo probat, ut Strabonem pluribus locis ibi laudatis ex Nearcho quaedam descripsisse ostendat, quae ad paraplum pertinuisse nemo credere possit. Iis locis Strabonis addo alios Arriani l. VI. c. 13. VII. c. 3. (Fragm. XVII et XXXVII.). Et haec quaeso quid ad paraplum?" — Strabonis autem loci a Dodwello ad hanc sententiam comprobandam allati sunt quattuor. Primo l. XI. t. IV. p. 554. (518. Cas. Fragm. XXXIV.) Geographus ex Nearchi commentariis narrat, quattuor potissimum populos praedatores, Mardos, Uxios, Elymaeos et Cossaeos a Persarum regibus tributa quaedam exegisse. Horum vero audaciam ab Alexandro per hiemem (324. a. C.) eos adorto esse compressam atque punitam. Altero loco l. XV. t. VI. p. 6. (686. Cas. Fragm. XXIII.) ex eodem Nearcho affertur, Alexandrum in molestissimo itinere per Gedrosiam suscepto Semiramidem ac Cyrum esse aemulatum, qui eandem in expeditione Indica viam essent ingressi. Tertio loco l. XV. t. VI. p. 22. (690. Cas. Fragm. I.) inter varias de Indiae magnitudine sententias quid eadem de re existimaverit Nearchus commemoratur. Quarto denique loco l. XV. t. VI. p. 40. (693. Cas. Fragm. VIII et IX.) Nearchus arborem laniferam aliasque Indiae plantas memoratu dignas attigit. His igitur Strabonis locis Schmiederus duos alios Arriani addidit, quorum altero Exp. Alex. VI. c. 13. (Fragm. XVII) de Alexandri vulnere apud Mallos accepto, altero Exp. Alex. VII. c. 3. (Fragm. XXXVII.) de Calani Gymnosophistae morte ad Nearchi testimonium provocatur. Quid igitur? Nonne ex his luculenter apparet lo-

---

Noch lange glaubte man, dass Indus und Nil mit einander zusammenhängen (selbst bis auf die Kirchenväter), wogegen doch die Fahrt des Nearchus so entschieden sprechen konnte, ja aus dem Namen Nearchos scheint sich erst seine Anführerwürde als ναύαρχος entwickelt zu haben, da sich auch Onesicritos als Befehlshaber der Flotte angab (?!)." Haec omnia viri doctissimi argumenta sponte concidere senties, si quae de Onesicriti et Nearchi vitis et Comment. Fragmentis commentati sumus diligenter comparaveris et iuste perpenderis.

eis, Nearchum commentariis suis etiam res tractasse, quae ad navigationis descriptionem nihil prorsus pertinerent? Quid quod loci a Dodwello et Schmiedero allati multis aliis eiusdem generis possunt augeri, quum omnia huc spectent commentariorum fragmenta a nobis infra (Fr. I—XVIII.) adscripta. At vero quomodo quaeso ex his locis consequitur, praeter navigationis descriptionem singularem quendam de Alexandri rebus librum a Nearcho compositum esse? Immo quoniam constat, Arrianum Strabonemque et de ipsa navigationis descriptione et aliis de rebus, quae ad navigationem nihil viderentur pertinere, iisdem haud raro locis eodem usos esse Nearchi testimonio, neque alia alio tractata esse libro uspiam indicasse: consentaneum profecto videtur, eodem Nearchi libro simul navigationis aliarumque rerum descriptionem fuisse comprehensam. Etenim siquidem revera Nearchus praeter navigationis descriptionem singularem quendam de Alexandri rebus librum edidisset, primum illud maximopere unicuique mirum videretur, Arrianus quod in Historia quidem Indica alterius libri ubique fere secutus auctoritatem, in Expeditione Alexandri ne verbo quidem alterum attigisset. Neque Arrianus solum et Strabo, sed etiam Plutarchus, Diodorus et quotquot sequioris aevi auctores Alexandri res conscripserunt, Nearchi librum iisdem de rebus compositum prorsus ignorant. De Suidae autem loco male a Schmiedero in partes vocato quid statuendum sit, facile unicuique apparebit, qui integrum hunc locum oculis duntaxat lustraverit. Nimirum Lexicographus s. v. *Νέαρχος* adscripsit haecce: *Οὗτος ξυνεστράτευσεν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ξυγγραφὴν ξυνεγράψατο ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου· ἐψεύσατο δὲ ναύαρχον ἑαυτὸν ἀναγράψας εἶναι ἀνβερνήτης ὤν.* Quae quidem verba ex Arriani loco Exp. Alex. VI. c. 2. §. 6 (3). inepte exscripta luculento sunt documento, Nearchum cum Onesierito temere a Lexicographo h. l. confusum esse*). — Quid multa? Satis iam apparebit, non duos singulares libros, sed unum tantummodo opus Nearcho esse tribuendum, cuius de argumento quaestio restat haud ita difficilis. Primum enim inter omnia huius libri fragmenta ne unum quidem reperitur, quod ad Alexandri res **ante** expeditionem Indicam gestas iure queat referri. Immo quaecunque de Alexandri rebus a Nearcho sunt prodita, ad unum temporis pertinent spatium, quod inter reditum ex India et regis mortem erat interiectum. Huc ista spectant de Alexandro apud Mallos vulnerato, de itinere per Gedrosiam suscepto, de Calani Gymnosophistae interitu,

*) Cf. lib. III. c. 1. de Onesicr. vit. et scriptt. p. 75.

de Cossaeis ab Alexandro per hiemem devictis atque oppressis; huc denique sunt referenda, quae de terrarum situ et magnitudine, de populorum moribus, de plantarum, animalium natura aliisque id genus ille persequutus est. Haec vero omnia quum navigationem ab Hyphasi usque ad Pasitigrin Nearcho duce peractam aliquatenus certe attingant, totius libri primarium quidem argumentum in hac navigationis descriptione (*τοῖς ἀμφὶ τῷ παράπλῳ* cf. Arr. Hist. Ind. c. 18. et Exp. Alex. VI. c. 28.) versatum fuisse existimamus, cui secundaria accederet earum quoque rerum narratio, quae ad navigationem illam plus minus viderentur pertinere. Quare quoniam Indicae res et per se memoratu dignae et cum ipsa navigatione arctius videbantur cohaerere, earum descriptione noluit supersedere auctor diligentissimus, eademque de causa non praetermittenda putavit, quae intra ipsum navigationis tempus exercitui pedestri iuxta oram maritimam proficiscenti accidissent. Hinc sponte consequitur, in Arriani Historia Indica inde a capite XX. usque ad caput XLIII. non integrum Nearchi opus, sed primarium modo eius argumentum esse conservatum; reliqua vero eius parte Arrianus ita videtur usus esse, ut quae memoratu digna ab hoc auctore prodita essent, passim cum aliorum narrationibus mixta vel Historiae Indicae vel Expeditioni Alexandri intexeret. Ita in Historia Indica c. 19. §. 8. ipse Arrianus, ubi exposuit, quomodo in Hyphasi et Indo classis regia instructa fuisset, de reliqua huius navigationis narratione lectores ad Expeditionem Alexandri a se scriptam ablegavit; unde etiam quid causae fuerit apparet, uno quod sexto huius operis libro, quippe quo huius navigationis descriptio contineretur, bis Arrianus ad Nearchi auctoritatem provocaverit, neque dubium potest esse, quin maxima huius libri pars ex Nearchi fluxerit commentariis.

Denique ad Nearchi fidem quod attinet, haud multum sane in Indicarum certe rerum descriptione ei esset tribuendum, si indicium sequeremur Strabonis, qui, *Ἅπαντες*, inquit, *οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ᾽ ὑπερβολὴν δὲ Δηΐμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης, Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος καὶ ἄλλοι παραψελλίζοντες ἤδη* *). Contra quam severiorem auctoris gravissimi censuram verissime iam Vincentius animadvertit, quae Straboni vix credibilia Nearchus narrasse visus esset, ea maximam partem

---

*) Strab. l. II. t. I. p. 188. (70. Cas.). — Megasthenis quoque fidem acrius quam par erat hoc loco perstringi a Strabone, pluribus comprobavit Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 73.

recentiorum Geographorum et Physicorum observationibus ita esse confirmata, ut viri diligentiam admirari potius quam fidem infamare deberemus. Quantopere vero Nearchus verae ac sincerae rerum narrationi ubique studuerit, etiam eo comprobatur, quod, ubicunque quidpiam non satis certo ipsi fuit exploratum, non solum ingenue hoc professus est[1]), sed etiam in refutandis fabularum ineptiis plurimum operae posuit[2]). Ceterum ut concedamus, rerum novitate deceptum Nearchum hoc illud minus vere tradidisse, a fabulis fictis atque commentis certe eum abhorruisse, strenua etiam spondet viri probitas atque integritas, quam vita et factis affatim ille comprobavit.

---

1) Cf. Hist. Ind. c. 15. §. 1. et 4. c. 40. §. 9.

2) Cf. ibid. c. 31.

C. III.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 22. Tzsch. (689. Cas.) b) Arr. Hist. Ind. c. 3. §. 6.

Hoc Nearchi de Indiae magnitudine Fragmentum adscripsimus lib. III. c. II. Onesicr. Fragm. XI.

FRAGM. II.

Strab. l. II. t. I. p. 206. (77. Cas.)

De Ursa utraque in India occidente.

Τὸ δ' ἐν τῇ Ἰνδικῇ κλίμα μηδένα ἱστορεῖν, μηδ' αὐτὸν Ἐρατοσθένη. Εἰ δὲ δὴ καὶ αἱ ἄρκτοι ἐκεῖ ἀμφότεραι, ὡς οἴονται, ἀποκρύπτονται, πιστεύοντες τοῖς περὶ Νέαρχον, μὴ δυνατὸν εἶναι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κεῖσθαι τήν τε Μερόην καὶ ταῦτα τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς.

Deprompta haec sunt a Strabone ex secundo libro Hipparchi, astronomi insignis, qui primus ad Geographiam emendandam siderum observationes adhibuit; de quo cf. Heeren. de Fontt. Geogr. Strab. comment. I. p. 106. Ceterum de ipsa re nihil legitur in Arriani Indicis. cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 529 sqq. Mütz. ad Curt. V, 6 (XXI), 12. p. 455 et 56.

FRAGM. III.

Strab. l. XV. t. VI. p. 28—29. (691. Cas.).

De alluvione fluviorum quorundam.

Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἕρμου καὶ Καΰστρου πεδίον καὶ Μαιάνδρου καὶ Καΐκου παραπλησίως εἴρηται, διὰ τὴν ἐπιφορουμένην τοῖς πεδίοις χοῦν αὔξειν αὐτὰ, μᾶλλον δὲ γεννᾶν ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην, ὅση εὔγεως καὶ μαλακή· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμοὺς, ὥστε τούτων ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία, καὶ εὖ λέγεσθαι ὅτι τούτων ἐστὶ τὰ πεδία. Τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑπὸ

τοῦ Ἡροδότου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Νείλου καὶ τῆς ὑπ' αὐτῷ γῆς, ὅτι ἐκείνου δῶρόν ἐστι· διὰ τοῦτο δ' ὀρθῶς καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος.

Eadem iisdem fere verbis ex Megasthene afferuntur ab Arriano in Exp. Alex. V, c. 6, §. 5 sqq. cf. Eustath. ad Dion. Perieg. p. 137. et Bohlen. de Vet. Ind. t. I. p. 15, qui confirmat hanc Nearchi observationem. Ceterum in Arriani Historia Indica c. 3., ubi de Indicorum fluviorum natura copiosius agitur, prorsus haec esse praetermissa, iure mireris.

FRAGM. IV.

Strab. l. XV. t. VI. p. 32 sqq. (692. Cas.)

De Indiae imbribus aestivis et fluminum inundationibus quae a Nearcho tradita huc pertinent adscripta sunt Lib. II, c. II. Aristobuli Fragm. XXIX.

FRAGM. V.

Strab. l. XV. t. VI. p. 52. (696. Cas.)

De Indi fluminis incrementis eiusque cum Nilo similitudine.

Νέαρχος δὲ τὸ ζητούμενον πρῶτον ἐπὶ τοῦ Νείλου, πόθεν ἡ πλήρωσις αὐτοῦ, διδάσκειν ἔφη τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμούς, ὅτι ἐκ τῶν θερινῶν ὄμβρων συμβαίνει. Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους ἰδόντα, ἐν δὲ τῷ Ἀκεσίνῃ κυάμους Αἰγυπτίους, εὑρηκέναι δόξαι τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐκεῖσε πλευσόμενον· μικρὸν δ' ὕστερον γνῶναι, διότι οὐ δύναται, ὃ ἤλπισεν.

Simillima leguntur apud Arrianum in Indic. c. 6 haecce: *Ὕεται δὲ τοῦ θέρεος καὶ τὰ πεδία τῶν Ἰνδῶν, ὥστε λιμνάζειν τὰ πολλὰ αὐτέων· καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὰ πεδία· ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο, ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Αἰγυπτίην.* Et paullo post quae sequuntur: *Ὕεσθαι δὲ κατάπερ τὰ Ἰνδῶν οὐκ ἔξω ἐστὶ τοῦ εἰκότος, ἐπεὶ καὶ τἆλλα ἡ Ἰνδῶν γῆ οὐκ ἀπέοικε τῆς Αἰθιοπίας· καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος, πλὴν ἵπ-*

που τοῦ ποταμίου. Cf. Onesicr. Fragm. XII. Aristob. Fragm. XXIX et XXXII. Recte autem Schmiederus ad h. l. annotat: „Sectione 4. descripsit Arrianus Aristobulum: sectione 5. Nearchum, sed quasi eos sibi contradicere (non?) intellexisset." De ipsa re conferri iubet idem Schmiederus l. c. Ctesiam in Phot. Ecl. c. 1. et 8.; Plinium N. H. XVI, 18., Strabonem p. 475. Arrianum Exp. Alex. VI, 25, 9. Diodorum II, 36.; ex recentioribus Theodor. Santvoortum Dissert. de causa motus p. 69. §. 138. Robertsonem de vet. Ind. not. IV. Adde Bohlen de Vet. Ind. I. p. 16.

FRAGM. VI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 74. (701. Cas.)

De Pattalenae insulae magnitudine quae narravit hoc loco Nearchus, adscripsimus Lib. II. c. II. Aristob. Fragm. XXXI. cf. Onesicr. Fragm. XIX.

FRAGM. VII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 141—45. (716—17. Cas.)

De Indorum sophistis, armis, vestimentis atque sollertia in variis artibus exercendis.

Νέαρχος δὲ περὶ τῶν σοφιστῶν οὕτω λέγει· τοὺς μὲν Βραχμᾶνας πολιτεύεσθαι καὶ παρακολουθεῖν τοῖς βασιλεῦσι συμβούλους, τοὺς δ᾽ ἄλλους σκοπεῖν τὰ περὶ τὴν φύσιν· τούτων δ᾽ εἶναι καὶ Κάλανον· συμφιλοσοφεῖν δ᾽ αὐτοῖς καὶ γυναῖκας, τὰς δὲ διαίτας ἁπάντων σκληράς. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς ἄλλους νομίμων τοιαῦτα ἀποφαίνεται· τοὺς μὲν νόμους ἀγράφους εἶναι, τοὺς μὲν κοινούς, τοὺς δ᾽ ἰδίους, ἀήθειαν ἔχοντας πρὸς τοὺς τῶν ἄλλων· οἷον τὸ τὰς παρθένους ἆθλον παρὰ τισι κεῖσθαι τῷ πυγμὴν νικήσαντι, ὥστ᾽ ἀπροίκους συνεῖναι· παρ᾽ ἄλλοις δὲ κατὰ συγγένειαν κοινῇ τοὺς καρποὺς ἐργαζομένους, ἐπὰν συγκομίσωσιν, αἱρεῖσθαι φορτίον ἕκαστον εἰς διατροφὴν τοῦ ἔτους· τὸν δ᾽ ἄλλον ἐμπιπράναι τοῦ ἔχειν εἰσαῦθις ἐργάζεσθαι καὶ μὴ ἀργὸν εἶναι. Ὁπλισμὸν δ᾽ εἶναι τόξον καὶ ὀϊστοὺς τριπήχεις, ἢ σαύνιον καὶ πέλτην καὶ μάχαιραν πλατεῖαν τριπήχη· ἀντὶ δὲ χαλινῶν φιμοῖς χρῆσθαι, κημῶν μικρὸν διαφέρουσιν· ἥλοις δὲ τὰ χείλη διαπεπάρθαι. — Τὴν δὲ φιλοτεχνίαν τῶν Ἰνδῶν ἐμφανίζων, σπόγγους φησὶν ἰδόντας παρὰ τοῖς Μακεδόσι μιμήσασθαι, τρίχας καὶ σχοινία λεπτὰ καὶ ἀρπεδόνας διαρράψαντας εἰς ἔρια, καὶ μετὰ τὸ πιλῆσαι τὰ μὲν ἐξελκύσαντας, τὰ δὲ βάψαντας χροιαῖς· στλεγγιδοποιούς τε καὶ ληκυθοποιοὺς ταχὺ γενέσθαι πολλούς· ἐπιστολὰς δὲ

γράφειν ἐν σινδόσι λίαν κεκροτημέναις, τῶν ἄλλων γράμμασιν αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι φαμένων· χαλκῷ δὲ χρῆσθαι χυτῷ, τῷ δ' ἐλατῷ μή· τὴν δ' αἰτίαν οὐκ εἶπε, καίτοι τὴν ἀτοπίαν εἰπὼν τὴν παρακολουθοῦσαν, ὅτι θραύεται κεράμου δίκην τὰ σκεύη πεσόντα.

De Gymnosophistis Indorum copiosius egerunt Aristobulus Fragm. XXXIV et Onesicritus Fragm. X. cf. ann. ad hh. ll. — De republica ab iis administrata Bohlen. de Vet. Ind. II. p. 52. annotat: „Das Gesetz will und Nearchos stimmt bei, dass der König seine treusten Minister, vornehmlich sieben, mit einem Oberpriester an der Spitze aus dem Brahmanenstande wählen und wahrscheinlich nach Gefallen entlassen könne." cf. ibid. p. 28 sqq. De legum administratione ibid. T. II. C. III. §. 7. De nuptiarum genere h. l. a Nearcho memorato cf. ibid. II, p. 148. De vestitu et armis Indorum cf. Fragm. VIII et IX. Ceterum verba: καὶ μετὰ τὸ πιλῆσαι sqq. egregie emendavit Casaubonus unica litera ι adiecta scripturae vulgatae πλῆσαι, quo facto rectissime loci sententiam esse existimat hanc fere: „Indos esse ita ingeniosos, ut etiam spongiarum arte effingendarum rationem excogitarint. Ratio autem fuit haec: Pilos primum et funes et licia descripserunt et in lanae speciem redegerunt: deinde id totum coegerunt et densarunt, ut quae impilia et coactilia Latini vocant: ac ut imitarentur spongiae τὸ μανὸν καὶ πολύτρητον, traxere et dilatavere: postea ne quid ad similitudinem spongiae deesset, colore eo tinxerunt, quo viderent esse Macedonum spongias." De Indorum sollertia cf. Bohlen l. c. t. II. C. IV. §. 6.

FRAGM. VIII. et IX.

Strab. l. XV. t. VI. p. 40. (693. Cas.) Arr. Hist. Ind. c. 16. §. 1.

De sindonibus, linteis et sericis Indorum vestibus.

Ἐκ τούτου (sc. τοῦ ἐρίου) δὲ Νέαρχός φησι τὰς εὐήτριους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι καὶ τῆς σάγμασι σάγης· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Σηρικὰ ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. Εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων ὅτι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν· καὶ δένδρον εἶναι καρποφόρον· ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν.

Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, κατάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων, ὑπὲρ ὅτων μοι ἤδη λέλεκται. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιήν ἐστιν ἄλλου λίνου παντὸς, ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν.

Quae vestes altero loco linteae dicuntur, has eiusdem esse materiae atque sindonas altero loco commemoratas, recte iam vidit Schmiederus ad Arr. Hist. Ind. c. VII. §. 3, quandoquidem *τὸ λίνον* et *τὸ ἔριον* in his eiusdem esse potestatis etiam ex Hesychio apparet, qui alteram vocem altera interpretatur. cf. Aristob. Fragm. XXX. — Ceterum in his quoque Nearchum sese praestare auctorem fide dignissimum, assseverat Bohlen. de Vet. Ind. II. c. IV. §. 11. p. 168., ubi haec leguntur: „Die Kleidung des alten Inders bestand meist aus baumwollenen Gewändern, wie es auch die Alten einstimmig bezeugen, oder aus Leinwand, besonders in den Indusgegenden, welche an Lein ausgezeichnet reich waren. Sie war im Allgemeinen höchst einfach, und glich im Zuschnitt und Gebrauch so sehr der Altägyptischen Tracht, dass noch die jetzige Bekleidung des Inders auf den Monumenten am Nil sich wieder erkennen lässt." sqq. De melle isto Strabonis loco commemorato cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 717 sqq.

FRAGM. X.

Arr. Hist. Ind. c. 16. §. 4—5.

De Indorum more barbas fucandi et umbracula gestandi.

Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοί, χροιὴν δὲ ἄλλην καὶ ἄλλην οἱ μὲν, ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους, οἱ δὲ κυανέους· τοὺς δὲ φοινικέους εἶναι, τοὺς δὲ καὶ πορφυρέους, ἄλλους πρασοειδέας. Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν.

Eundem Indorum morem attigit Onesicritus Fragm. XVIII. Bohlen de Vet. Ind. II. p. 171. ea de re haec attulit: „Die Männer pflegten viele Sorgfalt auf den Bart zu wenden, denselben zu färben und zu salben, wie es zu Zeiten auch mit dem Haupthaare geschehen mogte, welches jedoch das männliche Geschlecht am gewöhnlichsten mit einer Binde von Musslin zusammenhielt." Et ibid. p. 174.: „Mehre Gegenstände zur Toilette einer Indischen Dame macht noch der Ramayana namhaft, unter andern: Sonnen- und Regenschirme (chatra, ialatra), Haarkämme (kankatân), wie auch besondere Bartkämme (kârchàn) für Männer erwähnt werden." De umbraculis Indicis Schmiederus ad h. l. conferri iubet Sprengelii librum, qui inscribitur: Geschichte der wichtigsten geogr. Entdeckungen p. 101.

FRAGM. XI.

Arr. Hist. Ind. c. 11. §. 7.

De arboribus Indicis eximiae proceritatis.

Ὧν (δένδρων) τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι· τηλικαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα.

Iisdem de arboribus egerunt Aristobulus Fragm. XXX. et Onesicritus Fragm. XV. cf. ann. ad hh. ll.

FRAGM XII.

a) Arr. Hist. Ind. c. 15. §. 1—5. b) Strab. l. XV. t. VI p. 94. (705. Cas.)

De tigribus atque formicis Indicis.

a) *Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὸν δὲ τίγριν οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι, τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον, τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν, οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· τίγριν γὰρ ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος καὶ ἄγχειν εὐπετέως. (Ταύτας δὲ ἅστινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μείζονας ἤπερ τοὺς ἄλλους θῶας.) Ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λέγει Νέαρχος, μύρμηκα μὲν αὐτὸς οὐκ ἰδέειν, ὁποῖον δή τινα μετεξέτεροι διέγραψαν γίνεσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ· δορὰς δὲ καὶ τούτων ἰδεῖν πολλὰς, ἐς τὸ στρατόπεδον κατακομισθείσας τὸ Μακεδονικόν.*

b) *Τῶν δὲ μυρμήκων τῶν χρυσωρύχων δέρματα ἰδεῖν φησιν οὗτος (Νέαρχος) παρδαλέαις ὅμοια.*

Primum quod attinet ad equos, quos tigres aequare magnitudine scribit Nearchus, recte Schmiederus annotat, cogitandum esse de Tataricis et Indicis, qui inferiores magnitudine sint nostris. Ceterum cf. Plin. N. H. VIII, c. 18. Sect. 25. et 34. De tigridum Indicorum venatu cf. F. A. Wiese Indien oder die Hindus T. II. p. 294. De formicis recte Schmiederus adscripsit Herodoti locum III, c. 102, ad quem pertineant verba: *ὁποῖον δή τινα μετεξέτεροι διέγραψαν.* Ceterum in universum de formicis istis idem v. d. l. c. haec annotat: „Eos recentiorum, qui magnam formicam albam intelligendam esse dicunt, errare, ex supra dictis patet. Conspicuum est, formicae nomen huic bestiae non convenire, sed eam esse rapidum aliquod animal, mihi ignotum. Veteres Geographi Arabici eadem de his formicis tradiderunt; et Larcher narrat, legatum aliquem persi-

cum imperatori Turcarum anno 1559. formicam indicam canis mediocris magnitudine dono attulisse. cf. M. Chr. Sprengel Geschichte der wichtigsten geogr. Entdeckungen p. 74. Mannert t. V. p. 15. omnia pro fabula habet, eamque Persis originem debere, qui magnam auri apud Indos vim modo naturali explicare non potuerint, atque Indos talia Persis narrasse, ne desiderio auri Indiam invaderent. Mihi veri aliquid in hac fabulosa narratione latere videri, non nego, sed nihil certi scio."

FRAGM. XIII.

Arr. Hist. Ind. c. 15. §. 8.

De psittacis.

Σιττακοὺς δὲ Νέαρχος μὲν ὡς δή τι θαῦμα ἀφηγέεται, ὅτι γίγνονται ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν γῇ, καὶ ὁκοῖος ὄρνις ἐστὶν ὁ σιττακὸς καὶ ὅπως φωνὴν ἵει ἀνθρωπίνην.

De iis cf. Phot. Ecl. sect. 3. Curt. VIII, 9, (21) 16.: „Aves ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt." Plin. N. H. X, c. 42, sect. 58.: „Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. India hanc avem mittit, sittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam. Imperatores salutat et quae accipit verba pronuntiat, in vino praecipue lasciva." Aelian. de Nat. Animal. XVI, c. 2. cf. Jacobs. ad h. l. Mützellius ad Curt. l. c. conferri iubet etiam Baber Mem. p. 319. Ayeen Akberyt. II. p. 380. Addit vero ipse Arrianus: *ἐγὼ δὲ ὅτι αὐτός τε πολλοὺς ὀπώπεα καὶ ἄλλους ἐπισταμένους οἶδα τὸν ὄρνιθα, οὐδὲν ὡς ἀτόπου δῆθεν ἀφηγήσομαι.*

FRAGM. XIV et XV.

Arr. Hist. Ind. c. 15. §. 10 sqq. Strab. l. XV. t. VI. p. 98. (706. Cas.)

De serpentibus reptilibusque Indicis.

Καὶ ὄφιας δὲ λέγει Νέαρχος θηρευθῆναι αἰόλους μὲν καὶ ταχέας· μέγεθος δὲ, ὃν μὲν λέγει ἑλεῖν Πύθωνα τὸν Ἀντιγένεος, πήχεων ὡς ἑκκαίδεκα· αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τοὺς μεγίστους ὄφεας. Ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τούτοισιν οὐδὲν ἄκος ἐξεύρητο, ὅστις ὑπὸ ὄφεως δηχθείη Ἰνδικοῦ· ἀλλ' αὐτοὶ γὰρ οἱ Ἰνδοὶ ἰῶντο τοὺς πληγέντας· καὶ ἐπὶ τῷδε Νέαρχος λέγει συλλελεγμένους ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος Ἰνδῶν ὅσοι ἰητρικὴν σοφώτατοι· καὶ κεκήρυκτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ὅστις

δηχθείη, ἐπὶ σκηνὴν φοιτᾶν τὴν βασιλέως. Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ τῶν ἄλλων νούσων τε καὶ παθέων ἰητροὶ ἦσαν. Οὐ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ ὧραι σύμμετροί εἰσιν αὐτόθι· εἰ δέ τι μεῖζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφιστῇσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδόκεον ἰῆσθαι ὅ,τι περ ἰήσιμον.

Ὁ μὲν γὰρ Νέαρχος τὸ τῶν ἑρπετῶν θαυμάζει πλῆθος καὶ τὴν κακίαν· ἀναφεύγειν γὰρ ἐκ τῶν πεδίων εἰς τὰς κατοικίας τὰς διαλανθανούσας ἐν ταῖς ἐπικλύσεσι καὶ πληροῦν τοὺς οἴκους· διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὑψηλὰς ποιεῖσθαι τὰς κλίνας, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐξοικίζεσθαι πλεονασάντων, εἰ δὲ μὴ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους ὑπὸ τῶν ὑδάτων διεφθείρετο, κἂν ἐρημωθῆναι τὴν χώραν. Καὶ τὴν μικρότητα δ' αὐτῶν εἶναι χαλεπὴν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, τὴν μὲν διὰ δυσφύλακτον, τὴν δὲ δι' ἰσχὺν, ὅπου καὶ ἑκκαιδεκαπήχεις ἐχίδνας ὁρᾶσθαι· ἐπῳδοὺς δὲ περιφοιτᾶν ἰᾶσθαι πεπιστευμένους, καὶ εἶναι σχεδόν τι μόνην ταύτην ἰατρικήν· μηδὲ γὰρ νόσους εἶναι πολλὰς διὰ τὴν λιτότητα τῆς διαίτης καὶ τὴν ἀοινίαν, εἰ δὲ γίγνοιντο, ἰᾶσθαι τοὺς σοφιστάς.

De Indicis serpentibus egerunt etiam Aristobulus Fragm. XXXII., Onesicritus Fragm. VII, Clitarchus Fragm. XV. Cf. ann. ad hh. ll. De vulnerum sanatione egregie cum hac Nearchi observatione quadrant quae narrantur de Ptolemaeo Lagida mire (*οὐκ ἄνευ θεοῦ*) sanato. cf. Commentat. nostr. de Ptolem. Lag. Vita p. 14 sqq. et Aristob. Fragm. XXXIII.

FRAGM. XVI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 93. (705. Cas.)

De elephantorum captura et pretio.

Νέαρχος δὲ καὶ ποδάγρας ἐν ταῖς θήραις τίθεσθαι κατά τινας συνδρόμους φησί· συνελαύνεσθαι δ' ὑπὸ τῶν τιθασσῶν τοὺς ἀγρίους εἰς ταύτας κρειττόνων ὄντων καὶ ἡνιοχουμένων. Οὕτως δ' εὐτιθασσεύτους εἶναι, ὥστε καὶ λιθάζειν ἐπὶ σκοπὸν μανθάνειν, καὶ ὅπλοις χρῆσθαι, νεῖν τε κάλλιστα, μέγιστόν τε νομίζεσθαι κτῆμα ἐλεφάντων ἅρμα· ἄγεσθαι δ' ὑπὸ ζυγῶν καὶ καμήλους· γυναῖκα δ' εὐδοκιμεῖν, εἰ λάβοι παρὰ ἐραστοῦ δῶρον ἐλέφαντα.

Eadem de re egit Onesicritus Fragm. XXI, atque simillima eodem, ut videtur, ex Nearcho quanquam non citato auctore hausta leguntur apud Arrianum Hist. Ind. c. 17. §. 1—3: *Ὀχήματα δὲ τοῖς μὲν πολλοῖς Ἰνδῶν κάμηλοί εἰσιν καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, τοῖς δὲ εὐδαίμοσιν ἐλέφαντες. Βασιλικὸν γὰρ ὄχημα*

ὁ ἐλέφας παρ' Ἰνδοῖς ἐστι· — — — *Αἱ γυναῖκες δὲ αὐτοῖσιν ὅσαι κάρτα σώφρονες ἐπὶ μὲν ἄλλῳ μισθῷ οὐκ ἄν τι διαμάρτοιεν, ἐλέφαντα δὲ λαβοῦσα γυνὴ μίσγεται τῷ δόντι, οὐδὲ αἰσχρὸν Ἰνδοὶ ἄγουσι τὸ ἐπὶ ἐλέφαντι μιγῆναι, ἀλλὰ καὶ σεμνὸν δοκέει τῇσι γυναιξὶν ἀξίην τὸ κάλλος φανῆναι ἐλέφαντος.* cf. Plin. N. H. VIII, 1. Ael. de Nat. Anim. XIII, 22. De eorum venatione Ael. l. c. VII, 6. cf. Jacobs ad h. l. Ex recentioribus Mützell. ad Curt. VIII, 9 (31), 17. (p. 775.) de elephantis Indicis conferri iubet: Baber Mem. p. 316. Bohlen Indien I. p. 40. 41. Ritter Erdk. 5, p. 903—23. Quae vero de postremis huius fragmenti verbis annotat Strabo: *οὗτος ὁ λόγος οὐχ ὁμολογεῖ τῷ φήσαντι, μόνον βασιλέων κτῆμα εἶναι ἵππον καὶ ἐλέφαντα*, ea referenda sunt ad Strab. l. c. p. 88. (704. Cas.), ubi haec leguntur: *Ἵππον δὲ καὶ ἐλέφαντα τρέφειν οὐκ ἔξεστιν ἰδιώτῃ· βασιλικὸν δ' ἑκάτερον νενόμισται τὸ κτῆμα*, quae ex Megasthene videntur hausta esse.

FRAGM. XVII.

Arr. Exp. Alex. VI, 13, 10.

Alexander ab amicis de periculo apud Mallos inito reprehenditur.

Νέαρχος δὲ λέγει ὅτι χαλεποὶ αὐτῷ τῶν φίλων ἐγένοντο ὅσοι ἐκάκιζον, ὅτι αὐτὸς πρὸ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύοι· οὐ γὰρ στρατηγοῦ ταῦτα, ἀλλὰ στρατιώτου εἶναι.

Exposuit in antecedentibus Arrianus, quanta fuerit Macedonum laetitia, quum primum certiores essent facti, Alexandri vulnus apud Mallos acceptum feliciter esse sanatum. Quae vero hoc loco Nearchus de iusta amicorum reprehensione breviter attigit, rhetorice exornata leguntur apud Curtium IX, c. 6, (24), 6., Nearchi autem verba paucissimis mutatis affert etiam Suidas s. v. *Ἀλέξανδρος*.

FRAGM. XVIII.

Arr. Hist. Ind. c. 20.

Narrat Nearchus, quomodo factum sit, ut ipse ab Alexandro navigationi ab Indi ostiis ad sinum usque Persicum praeficeretur.

Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν· ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος, καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαν-

τες, ἢ ὅρμῳ ἀπόρῳ ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖς ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖς μεγάλοισιν ἐπιγενομένη τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσοι· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. Ἀπόρως δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνατόν τε ἐς τὰ ἐπινοεύμενα ἐπιλέξαιτο, καὶ ἅμα τῶν ἐν νηῒ ἀνδρῶν, ὡς καὶ τῶν τοιοῦτον στόλον στελλομένων ἀφελεῖν τὸ δεῖμα τοῦ δὴ ἠμελημένως αὐτοὺς ἐς προῦπτον κίνδυνον ἐκπέμπεσθαι. Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος, ἑωυτῷ κοινοῦσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, ὅντινα προχειρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ στόλου· ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου ἐς μνήμην ἰόντα, τοὺς μὲν ὡς οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μαλακοὺς τὸν θυμόν, τοὺς δὲ ὡς πόθῳ τῆς οἰκηΐης κατεχομένους, τοῖς δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπικαλέοντα, τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα εἰπεῖν, ὅτι, ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου, καὶ — εἰ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι — περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ φάναι ἐθέλειν ἐς τοσήνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑαυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν, αὐτὸν δὲ ταύτῃ δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρεῖν· οὕτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός· καὶ τότε δὴ ἔτι μᾶλλον τῆς στρατιῆς ὅ,τι περ ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐτάσσετο, καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἵλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μή σφι σωθήσεσθαι ἔμελλον.

Peritiam classis ducendae comprobaverat Nearchus in ea iam navigatione, cui in Hydaspe et Indo fluminibus praefuerat. cf. C. I. p. 100. Quare Vincentius p. 101, n. 96. Nearchi hoc cum Alexandro colloquium non ad Indi ostia, sed iam in Hydaspe habitum esse existimat. Quam opinionem recte iam refutavit Schmiederus in annotatione ad Arr. l. c. De ipso autem huius navigationis consilio et emolumento cf. Plut. Vit. Alex. c. 63, Diod. XVII, 96. Curt. IX, 9 (38), 3, ubi haec leguntur: „Nearcho atque Onesicrito nauticae rei peritis imperavit, ut validissimas navium deducerent in oceanum, progressique, quoad tuto possent, naturam maris noscerent: vel eodem amne vel Euphrate subire eos posse, quum reverti ad se vellent." Cf. Mütz. an h. l., Vincent The Voyage of Nearchus Book I. C. II., quod inscribitur: „Character and Designs of Alexander." Sainte-Croix Exam. Crit. p. 749, qui affert locum huc spectantem ex Robertson. Hist. de l'Ameri-

que T. I. p. 32—33. Rech. sur l'Inde p. 28. Droysen. Hist. Alex. p. 424 et 428. Ritter Erdk. T. X. p. 24 sqq. Ceterum in iis, quae iam sequuntur, Nearchi fragmentis tenendum est, ex proposito nostro e a tantum a nobis adscripta esse, quae disertis verbis ipse Arrianus ex Nearchi sese commentariis hausisse testatus sit, pleraque autem, quae ab Arriano in Historia Indica inde a cap. XXI. usque ad finem sint consignata, etiamsi in fragmentorum numero a nobis non habita, ad eundem tamen Nearchum auctorem esse referenda.

FRAGM. XIX.

Strab. l. XV. t. VI. p. 167. (721. Cas.)

Narrat Nearchus, quo tempore navigationem inceperit.

Καὶ δὴ καί φησιν Νέαρχος, ἤδη τοῦ βασιλέως τελοῦντος τὴν ὁδὸν, αὐτὸς μετοπώρου κατὰ πλειάδος ἐπιτολὴν ἑσπερίαν ἄρξασθαι τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων, τῶν δὲ βαρβάρων ἐπιχειρούντων αὐτοῖς καὶ ἐξελαυνόντων· καταθαῤῥῆσαι γὰρ ἀπελθόντος τοῦ βασιλέως καὶ ἐλευθεριάσαι.

Eadem fere eodem ex fonte hausta leguntur apud Arrianum Hist. Ind. c. 21.: *Ὡς δὲ τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐκοιμήθη, ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλοῦν ποιέοντα, τότε δὴ ὡρμηντο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς, καθότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν, ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον, τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου.* cf. Gronov. ann. ad h. l. et Exp. Alex. VI, c. 21.: *Ἦν δὲ ἐν μὲν τῷ τότε ἄπορος ἡ ὥρα ἐς τὸν πλοῦν· οἱ γὰρ ἐτήσιοι ἄνεμοι κατεῖχον, οἱ δὴ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον ἵστανται· ἀπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀρχῆς τὸ ὑπὸ Πλειάδων δύσεως ἔστε ἐπὶ τροπὰς ἃς ἐν χειμῶνι ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει πλόϊμα εἶναι ταύτῃ ἐξηγγέλλετο· τότε γὰρ κατὰ γῆν μᾶλλον, οἷα δὴ πολλῷ ὕδατι ἐξ οὐρανοῦ βεβρεγμένην, αὔρας ἵστασθαι μαλθακὰς καὶ ἐς τὸν παράπλουν ταῖς τε κώπαις καὶ τοῖς ἱστίοις ξυμμέτρους. Νέαρχος μὲν δὴ ἐπιταχθεὶς τῷ ναυτικῷ προσέμενε τὴν ὥραν τοῦ παράπλου.* His locis sub etesiis intelligi ventum adversum, a mari ad terram spirantem, quem Angli vocent the Monsoon, Galli le Monsson recte animadvertit Schmiederus ad Arr. Ind. l. c. Pluribus de tota hac temporis ratione egerunt Vincent The Voyage of Nearchus I, 1, 7 (Dates) et 8. (The Monsoon). p. 29—56., Sainte-Croix Exam.

Crit. p. 627 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 478. ann. 12. Ceterum apud Arrianum quidem temporis ratio accuratius exposita est, in universum autem ex utriusque loci comparatione satis apparet, neque Arrianum neque Strabonem integros Nearchi commentarios reddidisse, sed alterum hoc alterum illud omisisse; quare quae apud alterum leguntur alterius saepissime argumentis egregie suppleri possunt.

FRAGM. XX.

Strab. l. XV. t. VI. p. 159. (720. Cas.)

De Arbi (Arabi) fluvio eiusque accolis Arbibus (Arabitis) et Oritis.

Οἰκοῦσι δὲ Ἄρβιες πρῶτον, ὁμώνυμοι ποταμῷ Ἄρβει, τῷ ὁρίζοντι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἑξῆς Ὠριτῶν, ὅσον χιλίων σταδίων ἔχοντες παραλίαν, ὥς φησι Νέαρχος.

Simillima eodem ex fonte hausta quanquam non citato Nearchi nomine leguntur apud Arrianum Exp. Alex. VI, c. 21, §. 4.: *Ἀραβῖται μὲν δή, ἔθνος καὶ τοῦτο αὐτόνομον τῶν περὶ τὸν Ἀράβιον ποταμὸν νεμομένων, οὔτε ἀξιόμαχοι δόξαντες εἶναι Ἀλεξάνδρῳ οὔτε ὑποδῦναι ἐθελήσαντες, ὡς προσάγοντα ἐπύθοντο Ἀλέξανδρον, φεύγουσιν ἐς τὴν ἔρημον.* Imprimis autem Hist. Ind. c. 21, 8.: *Προσοικέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰνδικόν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ μνήμην ἔσχον· καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὅς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τούτων τε τὴν χώρην καὶ τῶν Ὠρειτέων.* Idem etiam stadiorum numerus affertur Hist. Ind. c. 25. §. 3. verbis: *μῆκος τοῦ παράπλου παρὰ μὲν χώρην τὴν Ἀραβίων ἐς χιλίους μάλιστα σταδίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν.* Quae vero adduntur: *παρὰ δὲ τὴν Ὠρειτῶν γῆν ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι*, ab iis discrepant paululum Strabonis illa, quae huc pertinent l. c.: *Εἶτ' Ὠρῖται ἔθνος αὐτόνομον· τούτων δ' ὁ παράπλους χιλίων ὀκτακοσίων*, quam differentiam Schmiederus in annot. ad Arr. l. c. forte librario tribuendam esse putat. At vero quum etiam in sequentibus hic illic varient, Strabo in his alium auctorem videtur sequutus esse, praesertim quum non disertis verbis, id quod fecit in antecedentibus, ad Nearchum provocaverit. Ceterum recte docet Schmiederus l. c. hanc differentiam in universum non magni esse momenti. cf. Tzschuckii ann. ad Strab. l. c. „Regio eorum (Arabitarum) sita erat in montium iugo, quod aequali fere intervallo ab Indo procedit usque ad urbem

Candahar. Hodie tractus dicitur Lotssa, et est pars maioris regionis Belocdsjistan dictae. Van der Chys l. c. p. 114. cf. Heeren. Op. Hist. Vol. X. p. 339. Uberius de hac gente egit Vincent. The Voyage of Nearch. p. 172—185. De Arabio fluvio cf. Arr. Exp. Alex. VI, 21, 8 (4). „Man nimmt jetzt gemeinhin an, dass der Poorally diesem Fluss entsprechen müsse; es ist der erste bedeutende Fluss westlich von den Gebirgen, die sich vom Bolanpass südlich zum Meere erstrecken. Pottinger p. 28. 299. berichtet von ihm, dass er in der Regenzeit eine Breite von mehreren Meilen habe." Mützell. ad Curt. IX, 39, 6. (p. 874), ubi etiam de varia Oritarum gentis scriptura egit, de quibus conferri iubet Vincent l. c. p. 194. Droysen. p. 469. De varia autem nominum *Ἄρβις*, *Ἄραβις*, *Ἄρβιες*, *Ἀράβιες*, *Ἀραβῖται* scriptura Ellendtius ad Arr. Exp. Alex. l. c. conferri iubet Salmas. in Solin. p. 829. et 1177. Wessel. ad Diod. XVII, 104. Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 814. Steph. Byz. s. h. v.

FRAGM. XXI.

Arr. Hist. Ind. c. 21. §. 13.

De testaceis quibusdam in Sangada terra captis.

Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ ἐγένοντο· καὶ λέγει (ὁ Νέαρχος), ὅτι μύας τε ἐθήρων τοὺς θαλασσίους οἱ στρατιῶται καὶ ὄστρεα καὶ τοὺς σωλῆνας καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι ἁλμυρὸν ἐπίνετο.

Erat haec commoratio in portu, cuius faucibus adiacebat Bibacta insula, *ὁ δὲ χῶρος ἅπας Σάγγαδα.* cf. l. c. §. 11. et Schmied. ann. ad h. l. De testaceis istis idem v. d. haec attulit: „Coniunguntur ab Arriano tres species testaceorum. *Οἱ μύες* (a *μύειν* nictere) sive *μύακες* in concharum genere sunt ex parte hiantium, de quibus vide Salmasium in Plinianis exercitt. p. 1129. *Σωλῆνας* Vincentius p. 175. idem esse putat, quod Angli vocant the Kima cockle. A Gesnero sic describuntur: Solenes pisces sunt, qui et dactyli et ungues dicuntur; ex concharum genere; i. e. canales (tubi) quorum similitudinem referunt. Pisces sunt Anglis et Gallis noti." De ostreis cf. Ael. de Nat. Animal X, 13. et IX, 22. et Jacobs. ad hh. ll.

FRAGM. XXII.

Arr. Hist. Ind. c. 25, § 4—7.

De umbrae astrorumque in regionibus quibusdam Indicis singulari natura.

Παραπλεόντων δὲ τὴν Ἰνδῶν γῆν (τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι) λέγει Νέαρχος ὅτι αἱ σκιαὶ αὐτοῖσιν οὐ ταὐτὸ ἐποίεον· ἀλλὰ ὅπου μὲν ἐπὶ πολὺ τοῦ πόντου ὡς πρὸς μεσημβρίην προχωρήσειαν, αἵδε καὶ αὐταὶ αἱ σκιαὶ πρὸς μεσημβρίην τετραμμέναι ἐφαίνοντο· ὁπότε δὲ τὸ μέσον τῆς ἡμέρης ἐπέχοι ὁ ἥλιος, ἤδη δὲ καὶ ἔρημα σκιῆς πάντα ὤφθη αὐτοῖσι· τῶν τε ἀστέρων ὅσους πρόσθεν μετεώρους κατεώρων, οἱ μὲν ἀφανέες πάντη ἦσαν, οἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ἐφαίνοντο, καταδύνοντές τε καὶ αὐτίκα ἀνατέλλοντες οἱ πάλαι ἀειφανέες ἐόντες.

De hac Nearchi observatione ipse Arrianus haec addit: *Καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότα δοκέει μοι ἀναγράψαι Νέαρχος, ἐπεὶ καὶ ἐν Συήνῃ τῇ Αἰγυπτίῃ, ἐπεὰν τροπὰς ἄγῃ θέρεος ὥρης ὁ ἥλιος, φρέαρ ἀποδεδειγμένον ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνεται· ἐν Μερόῃ δὲ πάντα ἄσκια τῇ αὐτῇ ὥρῃ· εἰκὸς ὦν καὶ ἐν Ἰνδοῖσιν, ἅτε πρὸς μεσημβρίην ᾠκισμένοις, τὰ αὐτὰ δὴ πάθεα ἐπέχειν, καὶ μάλιστα δὴ κατὰ τὸν πόντον τὸν Ἰνδικὸν, ὅσῳ μᾶλλον αὐτοῖσιν ἡ θάλασσα πρὸς μεσημβρίην κέκλιται.* — Cf. Onesicr. Fragm. XXIV et ann. ad h. l. Schmiederus vero de Nearchi observatione et Arriani iudicio haec annotat: „Vera haec sunt; vera etiam sunt, quae dicit Arrianus, nisi ea de littore Arabitarum et Oritarum intellexisset. Male vero intellexit interdum Arrianus auctores suos, ut iam ad Exp. Alex. l. c. 14. §. 5. notavi. Sic etiam hoc loco quae Nearchus in genere de India dixerat, ab Arriano de Arabitis et Oritis intelligebantur, et inde omnia falsa fiunt. Si eiicis parenthesin: *τὸ ἐντεῦθεν* sqq., quam Arrianus addidit verbis Nearchi, et si constructionem ita mutas, ut forte fuerit Nearchi, reliqua sic interpretanda sunt, ut dixerit Nearchus: Iis sc. Indorum, qui praeter littora Indiae (intelligas Chersonesum cis Gangem, non littora praeter quae navigavit Nearchus. Nam verba *τὴν Ἰνδῶν γῆν* male intellexit Arrianus, atque ut lector eadem cum Arriano intelligeret, addidit verba: *τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι*, quibus Ichthyophagos dicit et reliquos) navigarent, umbras non eodem modo fieri; sed quo magis meridiem versus in mari progrederentur, (sc. aestate, quum sol cis lineam aequinoctialem versatur. Hieme enim si ibi navigatur, praeter omnia Indiae littora umbra septemtrionem versus conspicitur) eo magis etiam umbras

meridiem versus conspici, sc. si proximus est sol tropico cancri. Meridie vero interdum nullam umbram conspici posse." Deinde recte Schmiederus Nearchum putat non ipsum haec expertum esse, sed ab Indis relata accepisse et quum de Malanis scriberet adnotasse; melius iam Plinium N. H. II. c. 73. sect. 75. (Onesicr. Fragm. XXIV.) Nearchum videri intellexisse, Vincentium vero temere istum errorem non Arriano, sed Nearcho tribuere, qui si revera talia narrasset, ne excusari quidem posset, sed „contra conscientiam suam alia, quam quae suis ipse oculis viderat, mentitus esset." Utcunque est, tanti quidem momenti ea res profecto non habenda, ut cum Bohlenio (cf. supra c. I. p. 112. sqq.) paraplum Nearcho auctori abiiudicemus.

FRAGM. XXIII.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 6—7. (686. Cas.). b) Arr. Exp. Alex. VI, c. 24.

De molestissimo Alexandri per Gedrosiam itinere.

a) *Φησὶ γοῦν Νέαρχος, φιλονεικῆσαι αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) διὰ τῆς Γεδρωσίας ἀγαγεῖν τὴν στρατείαν πεπυσμένον διότι καὶ Σεμίραμις ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἰνδοὺς καὶ Κῦρος· (ἀλλ' ἡ μὲν ἀνέστρεψε, φεύγουσα μετὰ εἴκοσιν ἀνθρώπων, ἐκεῖνος δὲ μεθ' ἑπτά·) ὡς σεμνὸν τὸ, ἐκείνων τοσαῦτα παθόντων, αὐτὸν τὸ στρατόπεδον διασῶσαι μετὰ νίκης διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ τόπων.*

b) *Αὐτὸς δὲ (Ἀλέξανδρος) προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια τῶν Γαδρωσῶν, ὃ δὲ χῶρος Ποῦρα ὀνομάζεται, ἵναπερ ἀφίκετο ἐξ Ὤρων ὁρμηθεὶς ἐν ἡμέραις ταῖς πάσαις ἑξήκοντα. Καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφ' Ἀλέξανδρον οὐδὲ τὰ ξύμπαντα ὅσα ἐταλαιπώρησεν αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ στρατιὰ ξυμβληθῆναι ἄξια εἶναι τοῖς τῇδε πονηθεῖσι πόνοις· οὐ μὴν ἀγνοήσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα ταύτῃ ἐλθεῖν, τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε, ἀλλὰ ἀκούσαντα γὰρ ὅτι οὔπω τις πρόσθεν διελθὼν ταύτῃ ξὺν στρατιᾷ ἀπεσώθη ὅτι μὴ Σεμίραμις ἐξ Ἰνδῶν ἔφυγε· καὶ ταύτην δὲ ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ξὺν εἴκοσι μόνοις τῆς στρατιᾶς ἀποσωθῆναι· Κῦρον δὲ τὸν Καμβύσου. ξὺν ἑπτὰ μόνοις καὶ τοῦτον. Ἐλθεῖν γὰρ δὴ καὶ Κῦρον ἐς τοὺς χώρους τούτους ὡς ἐσβαλοῦντα ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν, φθάσαι δὲ ὑπὸ τῆς ἐρημίας τε καὶ ἀπορίας τῆς ὁδοῦ ταύτης ἀπολέσαντα τὴν πολλὴν τῆς στρατιᾶς· καὶ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐξαγγελλόμενα ἔριν ἐμβαλεῖν πρὸς Κῦρον καὶ Σεμίραμιν. Τούτων τε οὖν ἕνεκα καὶ ἅμα ὡς τῷ ναυτικῷ ἐγγύθεν ἐκπορίζεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, λέγει*

Νέαρχος ταύτην τραπῆναι Ἀλέξανδρον· τό τε οὖν καῦμα ἐπιφλέγον καὶ τοῦ ὕδατος τὴν ἀπορίαν πολλὴν τῆς στρατιᾶς διαφθεῖραι καὶ μάλιστα δὴ τὰ ὑποζύγια· ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τοῦ βάθους τε τῆς ψάμμου καὶ τῆς θέρμης, ὅτι κεκαυμένη ἦν, τὰ πολλὰ δὲ καὶ δίψει ἀπόλλυσθαι· καὶ γὰρ καὶ γηλόφοις ἐπιτυγχάνειν ὑψηλοῖς ψάμμου βαθείας, οὐ νεναγμένης, ἀλλ' οἵας δέχεσθαι καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀπάτητον ἐπιβαίνοντας· καὶ ἅμα ἐν ταῖς προσβάσεσί τε καὶ καταβαίνοντας τούς τε ἵππους καὶ τοὺς ἡμιόνους ἔτι μᾶλλον κακοπαθεῖν τῷ ἀνωμάλῳ τῆς ὁδοῦ καὶ αμα οὐ βεβαίῳ· τῶν δὲ σταθμῶν τὰ μήκη πιέσαι οὐχ ἥκιστα τὴν στρατιάν· ἀπορία γὰρ ὕδατος οὐ ξύμμετρος οὖσα μᾶλλόν τι ἦγε πρὸς ἀνάγκην τὰς πορείας ποιεῖσθαι.

Eadem non citato Nearchi nomine iisdem fere verbis iterum leguntur apud Strab. l. XV. t. VI. p. 168 sqq. (722. Cas.): *Πολλὰ δ' ἐταλαιπώρει ὁ Ἀλέξανδρος καθ' ὅλην τὴν ὁδὸν διὰ λυπρᾶς ἰών· πόῤῥωθεν δ' ὅμως ἐπεχορηγεῖτο μικρὰ καὶ σπάνια, ὥστε λιμώττειν τὸ στράτευμα· καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε, καὶ τὰ σκεύη κατελίπετο ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ τοῖς στρατοπέδοις· ἀπὸ δὲ τῶν φοινίκων ἦν ἡ σωτηρία, τοῦ τε καρποῦ καὶ τοῦ ἐγκεφάλου. Φασὶ δὲ φιλονεικῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον, καίπερ εἰδότα τὰς ἀπορίας, πρὸς τὴν κατέχουσαν δόξαν, ὡς Σεμίραμις μὲν ἐξ Ἰνδῶν φεύγουσα σωθείη μετὰ ἀνδρῶν ὡς εἴκοσι, Κῦρος δὲ ἑπτά, εἰ δύναιτο αὐτὸς τοσοῦτον στράτευμα διασῶσαι διὰ τῆς αὐτῆς χώρας, νικῶν καὶ ταῦτα. Πρὸς δὲ τῇ ἀπορίᾳ χαλεπὸν ἦν καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ βάθος τῆς ψάμμου καὶ ἡ θερμότης· ἔστι δ' ὅπου καὶ θῖνες ὑψηλοί, ὥστε πρὸς τὸ δυσχερῶς ἀναφέρειν τὰ σκέλη καθάπερ ἐκ βυθοῦ καὶ ἀναβάσεις εἶναι καὶ καταβάσεις, ἀνάγκη δ' ἦν καὶ σταθμοὺς ποιεῖσθαι μακροὺς διὰ τὰ ὑδρεῖα διακοσίων καὶ τετρακοσίων σταδίων, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἑξακοσίων, νυκτοποροῦντας τὸ πλέον.* Haec quidem Straboniana Arrianeis istis ex Nearcho haustis ita respondent, ut de eodem auctore dubitari nequeat. Quare pro: *Φασὶ δὲ φιλονεικῆσαι* sqq. equidem scripserim *Φησὶ δὲ φιλον.* sqq., ut quae sequantur ad eundem Nearchum auctorem referantur ab ipso Strabone, quem citavit paullo ante (l. c. p. 167. Fragm. XIX.) verbis: *Καὶ δὴ καὶ φησὶν ὁ Νέαρχος* sqq. Casaubonus ad Strab. l. c. quum Arriani verba: *τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε*, quae non ad antecedentia sed ad sequentia sunt referenda, male intellexisset, perperam annotat ad vv. *φασὶ δὲ φιλονεικῆσαι Ἀλέξ*: „Solus contrarium sensit Nearchus." In Arrianeo loco cum Krügero recepimus ex codice optimo: *οὐ νεναγμένης* pro vulg. *οὐ νενησμένης*, quam retinuit

Ellendtius, cuius cf. ann. ad h. l. In verbis autem subsequentibus: ἐν ταῖς πρυσβάσεσί τε καὶ καταβαίνοντας Vulcanii scriptura: καταβάσεσι egregie defendi posset comparatione loci Straboniani huc pertinentis: καὶ ἀναβάσεις εἶναι καὶ καταβάσεις, nisi omnes libri Mss. refragarentur. Denique in recensione Krügeriana emendandus etiam operarum error, quo legitur κατὰ Ἀυίαν pro κατὰ τὴν Ἀσίαν. De reliquis cf. Ellendt. ad h. l. De toto autem hoc molestissimo Alexandri itinere cf. Plut. Vit. Alex. c. 66. Diod. XVII, 105. Curt. IX, 10 (39), 4., ad quem locum illustrandum maxime valent quae docte attulit Mützellius. Droysen. Hist. Alex. p. 455. ann. 114. 475. ann. 9. de Nearchi fide haec adscripsit: „Man hat die Darstellung des Zuges durch die Wüste (von Gedrosien) für übertrieben halten wollen. Neuere Berichte, namentlich Pottingers, beweisen ihre Wahrhaftigkeit, die auch schon der Name Nearchs verbürgen würde, aus dessen Denkwürdigkeiten Arrian und Strabo ziemlich übereinstimmend excerpirt haben. Man vergl. Pottingers Tageb. v. April mit Strab. u. Arr. ll. cc." Gedrosiam et Ichthyophagorum oram hodierno nomine Mekran dici docet Van der Chys l. c. p. 115, ubi etiam de Pura regia Gadrosorum haec annotat: „Haec urbs nec a Strabone nec ab aliis auctoribus commemoratur. Heerenio (Op. Hist. X. p. 330) hodierna urbs Puhra, quam in hac regione invisit peregrinator Anglus Pottingerus (Itiner. p. 169), eadem esse videtur atque Pura Arriani. Hodierna Puhra est urbs parva, sed bene extructa; continet CCCC domus et sita est in media sylva palmarum, quarum fructus ab incolis venduntur. Credibile est nomen Pura ab eodem fonte ac Porus (cf. p. 51.) derivari, fortasse compositum, sed contractum."

FRAGM. XXIV.

Arrian. Hist. Ind. c. 27 §. 1.

De Hydrace, itineris praeter littora Gedrosiae duce.

Ἔνθεν καὶ ἡγεμὼν τοῦ πλόου λέγει Νέαρχος ὅτι συνέπλωσεν αὐτοῖσιν Ὑδράκης ὄνομα, Γαδρώσιος· ὑπέστη δὲ Ὑδράκης καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης.

„Erat Hydraces iste forte incola urbis Hydriaci prope sinum Churbar aut Chewabad." Vincent. l. c. p. 219, ubi addit: „The minute circumstance of meeting with a pilot at this place denotes something more commercial than any thing that has yet occured on the coast: and Arrian suggests, that from hence to the gulph of Persia the Voyage was more practicable, and the stations better known."

FRAGM. XXV.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 186 – 87. (756. Cas.) — b) Arr. Hist. Ind. c. 30 – 31.

De ingenti balaenarum magnitudine et insula quadam fabulosa.

a) Μέγεθος δὲ τῶν κητῶν φησιν ὁ Νέαρχος τριῶν καὶ εἴκοσιν ὀργυιῶν. Πιστευθέν τι δὲ ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἐν τῷ στόλῳ φησὶν ὁ Νέαρχος ἐξελέγξαι ψεῦδος ὄν, ὡς εἴη τις ἐν τῷ πόρῳ νῆσος, ἣ ἀφανίζει τοὺς προσορμισθέντας· κέρκουρον γάρ τινα πλέοντα, ἐπειδὴ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην ἐγεγόνει, μηκέτι ὁραθῆναι· πεμφθέντας δέ τινας ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ἐκβῆναι μὲν μὴ θαῤῥεῖν εἰς τὴν νῆσον ἐκπλέοντας, ἀνακαλεῖν δὲ κραυγῇ τοὺς ἀνθρώπους, μηδενὸς δ' ὑπακούοντος ἐπανελθεῖν. Ἁπάντων δ' αἰτιωμένων τὴν νῆσον, αὐτὸς ἔφη πλεῦσαι καὶ προσορμισθεὶς ἐκβῆναι μετὰ μέρους τῶν συμπλευσάντων, καὶ περιελθεῖν τὴν νῆσον· ὡς δ' οὐδὲν εὕρισκεν ἴχνος τῶν ζητουμένων, ἀπογνόντα ἐπανελθεῖν καὶ διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἡ μὲν νῆσος ψευδῆ τὴν αἰτίαν ἔχοι, (καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς συνεκβᾶσιν ὁ αὐτὸς ὑπάρξαι ἂν φθόρος) ἄλλος δέ τις τρόπος τῷ κερκούρῳ τοῦ ἀφανισμοῦ συμβαίη, μυρίων ὄντων δυνατῶν.

b) Καὶ λέγει Νέαρχος, ὁπότε ἀπὸ Κυΐζων παρέπλεον, ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης, οἷά περ ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμενον· ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς πυνθάνεσθαι τῶν κατηγεομένων τοῦ πλόου, ὅ,τι εἴη καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο τὸ πάθημα· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὅτι κήτεα ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτῃσιν ἐκπλαγεῖσιν ἐκ τῶν χειρῶν τὰ ἐρετμὰ ἐκπεσεῖν, αὐτὸς δὲ ἐπιὼν παρακαλεῖν τε καὶ θαρσύνειν, καὶ καθ' οὕστινας παραπλέων ἐγένετο, ἐς μέτωπόν τε κελεῦσαι καταστῆσαι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν τὰς νέας καὶ ἐπαλαλάζοντας ὁμοῦ τῷ ῥοθίῳ πυκνήν τε καὶ ξὺν κτύπῳ πολλῷ τὴν εἰρεσίην ποιέεσθαι· οὕτως ἀναθαρσήσαντας ὁμοῦ δὴ πλέειν ἀπὸ ξυνθήματος· ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τοῖσι θηρίοισιν, ἐνταῦθα αὐτοὺς μὲν ὅσον αἱ κεφαλαὶ αὐτοῖσιν ἐχώρεον ἐπαλαλάξαι, τὰς δὲ σάλπιγγας σημῆναι καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ τῆς εἰρεσίης ὡς ἐπὶ μήκιστον κατασχεῖν· οὕτω δὴ ὁρώμενα ἤδη κατὰ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν τὰ κήτεα ἐς βυθὸν δῦναι ἐκπλαγέντα, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὰς πρύμνας ἀναδύντα ἀνασχεῖν καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἀναφυσῆσαι ἐπὶ μέγα· ἔνθεν κρότους τε ἐπὶ τῇ παραλόγῳ σωτηρίᾳ γενέσθαι τῶν ναυτέων καὶ αἶνον εἰς τὸν Νέαρχον τῆς τε τόλμης καὶ τῆς σοφίης. Τούτων με-

τεξέτερα τῶν κητέων ἐποκέλλειν πολλαχοῦ τῆς χώρης, ἐπειδὰν ἀνάπωτις κατάσχῃ ἐν τοῖσι βράχεσιν ἐχόμενα, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χειμώνων σκληρῶν ἐς τὴν χέρσον ἐξωθέεσθαι· καὶ οὕτω δὴ κατασηπόμενα ἀπόλλυσθαί τε καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι περιῤῥεούσας ὑπολείπειν τὰ ὀστέα χρῆσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ὧν τὰ μὲν ἐν τῇσι πλευρῇσιν αὐτῶν ὀστέα δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μεγάλα, τὰ δὲ μικρότερα στρωτῆρας, τὰ δὲ ἐν τῇσι σιαγόσι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα, οἷα δὴ πολλῶν καὶ εἰς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυϊὰς ἀνηκόντων τὸ μέγεθος. — Εὖτ' ἂν δὲ παρέπλεον τὴν χώρην τῶν Ἰχθυοφάγων, λόγον ἀκούουσι περὶ νήσου τινὸς, ἣ κεῖται μὲν ἀπέχουσα τῆς ταύτῃ ἠπείρου σταδίους ἑκατὸν, ἐρήμη δέ ἐστιν οἰκητόρων. Ταύτην ἱρὴν ἡλίου ἔλεγον εἶναι οἱ ἐπιχώριοι καὶ Νόσαλα καλέεσθαι, οὐδέ τινα ἀνθρώπων καταίρειν ἐθέλειν ἐς αὐτὴν, ὅστις δὲ ἂν ἀπειρίῃ προσσχῇ, γίνεσθαι ἀφανέα. Ἀλλὰ λέγει Νέαρχος, κέρκουρόν σφιν ἕνα, πλήρωμα ἔχοντα Αἰγυπτίων, οὐ πόῤῥω τῆς νήσου ταύτης γενέσθαι ἀφανέα, καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλόου διϊσχυρίζεσθαι, ὅτι ἄρα κατάραντες ὑπ' ἀγνοίης εἰς τὴν νῆσον γένοιντο ἀφανέες. Νέαρχος δὲ πέμπει κύκλῳ περὶ τὴν νῆσον τριηκόντορον, κελεύσας μὴ κατασχεῖν μὲν ἐς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μάλιστα ἐν χρῷ παραπλέοντας καὶ τὸν κυβερνήτην ὀνομάζοντας καὶ ὅτου ἄλλου οὐκ ἀφανὲς τὸ οὔνομα· ὡς δὲ οὐδένα ὑπακούειν, τότε δὲ αὐτὸς λέγει πλεῦσαι ἐς τὴν νῆσον καὶ κατασχεῖν δὴ προσαναγκάσαι τοὺς ναύτας οὐκ ἐθέλοντας· καὶ ἐκβῆναι αὐτὸς καὶ ἐλέγξαι κενὸν μῦθον ἐόντα τὸν περὶ τῇ νήσῳ λόγον ἀκοῦσαι δὲ καὶ ἄλλον λόγον ὑπὲρ τῆς νήσου ταύτης λεγόμενον, οἰκῆσαι μὲν τὴν νῆσον ταύτην μίαν τῶν Νηρηΐδων, τὸ δὲ ὄνομα οὐ λέγεσθαι τῆς Νηρηΐδος. Ταύτῃ δὲ ὅστις πελάσειε τῇ νήσῳ, τούτῳ συγγίνεσθαι μὲν, ἰχθὺν δὲ ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσαν αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐς τὸν πόντον· ἥλιον δὲ ἀχθεσθέντα τῇ Νηρηΐδι κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου, τὴν δὲ ὁμολογεῖν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δεῖσθαι † δὲ οἱ τὸ πάθημα καὶ τὸν ἥλιον ὑποδέξασθαι· τοὺς δὲ δὴ ἀνθρώπους οὕστινας ἂν ἰχθύας ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκε κατελεήσαντα ἀνθρώπους αὖθις ἐξ ἰχθύων ποιῆσαι, καὶ ἀπὸ τούτων τῶν Ἰχθυοφάγων τὸ γένος καὶ εἰς Ἀλέξανδρον κατελθεῖν.

Supra eum tantummodo Strabonis locum adscripsimus, quem ipse Nearcho auctori sese debere ait. Ceterum ex Nearchi item commentariis hausta esse etiam ea, quae apud eundem Strabonem l. c. p. 184—85 non citato auctore de balaenis annotantur, luculenter apparet ex comparatione loci

quem adscripsimus Arrianei, quippe qui ad verbum fere respondeat Strabonianis istis: *Τὸ δὲ μάλιστα ταράττον, φυσητήρων μεγέθη, ῥοῦν ἀπεργαζομένων μέγαν ἀθρόον καὶ ἀχλὺν ἐκ τῶν ἀναφυσημάτων, ὥστε τὰ πρὸ ποδῶν μέρη μὴ ὁρᾶσθαι· ἐπεὶ δ' οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλοῦ, δεδιότων ταῦτα τῶν ἀνθρώπων, τὴν δ' αἰτίαν οὐχ ὁρώντων, ἐμήνυσαν, ὅτι θηρία εἴη, τάχα δ' ἀπαλλάττοιτο σάλπιγγος ἀκούσαντα καὶ κρότου, ἐκ τούτου Νέαρχος ταῖς ναυσὶν ἐπῆγε μὲν τὸ ῥόθιον, καθ' ἅπερ ἐκώλυον, καὶ ἅμα ταῖς σάλπιγξιν ἐφόβει· τὰ δὲ θηρία ἔδυνεν, εἶτ' ἀνεφαίνετο κατὰ πρύμναν, ὥστε ναυμαχίας ἀγωνίαν παρεῖχεν, ἀλλ' αὐτίκα ἀφίστατο.* His igitur brevem habes summam eorum, quae pluribus apud Arrianum exposita sunt. Eandem rem attigerunt etiam: Diodorus XVII, c. 106. Plinius N. H. VI, c. 23. sect. 26. (Onesicr. Fragm. XXVI) et IX, 3, 2. Solinus c. 55. Curtius X, c. 1 (2), 10. Aelianus Hist. Anim. XVII, c. 6. cf. Onesicr. Fragm. XXX. et ann. ad h. l. — In altero autem loco, quo ineptas istas de Nereïde fabulas data opera Nearchus refutavit, immerito eum perstringit Arrianus (c. 31. §. 9.), quod otio atque sapientia in re haud sane difficili refellenda abusus ille videatur. Scilicet non meminit Arrianus, Nearchi aetate ad eiusmodi fabulas fingendas maxime propensa diligentiorem earum refutationem neutiquam fuisse superfluam. Repetiverunt autem eandem istam fabulam Plin. l. c. (Onesicr. Fragm. XXVI.) Solinus c. 57. Mela III, c. 7. Accedit Curtius X, c. 1 (2), 10. ubi haec leguntur: „Haud multo post Nearchus et Onesicritus, quos longius in oceanum procedere iusserat, superveniunt. Nuntiabant autem quaedam audita, alia comperta: insulam ostio amnis subiectam auro abundare, inopem equorum esse: singulos eos ab iis, qui ex continenti traiicere auderent, singulis talentis emi. (De qua insula ab Arriano non memorata Mützell. ad h. l. conferri iubet Plin. N. H. VI, 21, 23.) Plenum esse beluarum mare: aestu secundo eos ferri magnarum navium corpora aequantes, truci cantu territas sequi classem, cum magno aequoris strepitu, velut demersa navigia, subisse aquas. Cetera incolis crediderant, inter quae, rubrum mare non a colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythro rege appellari: esse haud procul a continenti insulam palmis frequentibus consitam, et in medio fere nemore columnam eminere, Erythri regis monumentum, litteris gentis eius scriptam (cf. Fragm. XXIX). Adiiciebant, navigia, quae lixas mercatoresque vexissent, famam auri sequutis gubernatoribus, in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa. Rex cognoscendi plura (num id genus? dubito) cupidine accensus, rursus eos terram legere iubet, donec ad Eu-

phratis ostia appellerent classem; inde adverso amne Babylona subituros." Cf. Mütz. ad h. l., qui praeter locos supra adscriptos affert Phot. Bibl. p. 441. b. 31—442. b. 23. et Vincent. l. c. p. 318 sqq. Denique quod ad verborum interpretationem attinet, recte offenderunt viri docti in loco difficillimo de Nereïde ista fabulosa, quae in Nosala insula degens homines approquinquantes post coitum in pisces commutasse dicebatur. Vulgo enim haec leguntur: ἥλιον δὲ ἀχθεσθέντα τῇ Νηρηΐδι κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ ὁμολογεῖν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δεῖσθαι δὲ οἱ τὸ πάθημα καὶ τὸν ἥλιον ὑποδέξασθαι. Schmiederus ingenue fatetur, sibi non satisfacere explicationes Gronovii et Raphelii, quas in animadversonibus adscripserit, atque voces: δεῖσθαι δὲ natas esse putat ex mala repetitione terminationis verbi praecedentis: θήσεται; quare iis eiectis locum ita vertendum et explicandum arbitratur: „et illam quidem concessisse (non ut ipsa migret, pellatur ex insula, sed) ut expellatur ei malum illud (insitus nempe voluptatis appetitus), atque hoc promisisse Solem." At vero hanc interpretationem frustra Schmiederus defendere conatur lusu verborum μετοικίζεσθαι et ἐξοικίζεσθαι, in quo omnis res vertatur. Nobis quidem hic locus, quem corruptum esse nemo non concedet, optime ita videtur sanari posse, ut primum ex auctoritate codicis Bodleiani, quem Hudsonus contulit, recipiatur: τὴν δὲ ὁμολογεῖν μὲν ἐξοικισθήσεσθαι, deinde autem scribatur: ἀκεῖσθαι δέ οἱ τὸ πάθημα sqq. Unde oritur sententia aptissima haec: Et hanc quidem concessisse, ut migret ex insula, malum vero, quo laboret, sibi sanetur, atque hoc (i. e. malum sanandum) Solem suscepisse.

FRAGM. XXVI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 191. (727. Cas.)

De Carmanitarum lingua et moribus.

Νέαρχος δὲ τὰ πλεῖστα ἔθη καὶ τὴν διάλεκτον τῶν Καρμανιτῶν Περσικά τε καὶ Μηδικὰ εἴρηκε.

De Carmania terra eiusque incolis eadem fere leguntur apud Arrianum in Hist. Ind. c. 38, 1: ζώουσι δὲ κατάπερ Πέρσαι, ὅτι καὶ ὅμοροί εἰσι Πέρσῃσι· καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ὡσαύτως κοσμέονται. cf. c. 32. Plura affert Strabo l. XV. t. VI. p. 187 sqq., in quibus ea, quae hoc fragmento continentur, ab Arriano non memorata. Van der Chys Comment. Geogr. in Arr. Exp. Alex. VI, 17. (p. 113.) haec affert: „Regio magna, quae ad septentrionem habebat Ariam, ad

orientem Gedrosiam, ad meridiem mare Indicum et Persicum, ad occidentem Persidem. Dividebatur in desertam et fertilem, quarum haec ad meridiem erat sita. Hodie dicitur Kerman. cf. Heeren. Op. Histor. Vol. X. p. 326. Tzschuck. ad Pomp. Mel. III, 8. Hammer. in opp. Societ. Geogr. Paris. Vol. II. p. 247—253." cf. Nearch. Fragm. XXVII. et Onesicr. Fragm. XXVII.

FRAGM. XXVII.

Plin. N. H. VI, 23, 27.

De Carmaniae ora, fluviis, oppidis.

Carmaniae oram patere duodecies centena L. M. passuum Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumen Sabin centum M. passuum. Inde vineas coli et arva ad flumen Andanin XXV M. spatio. Regio vocatur Armuzia. Oppida Carmaniae Zethis et Alexandria.

Adscripsit ad h. l. Harduinus: „Longe brevior navigatio praeter oram Carmaniae Arriano in Indic. c. 38, nempe stadiorum quater (? ter) mille et septingentorum: *Μῆκος τοῦ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην στάδια τρισχίλια καὶ ἑπτακόσια* (ut recte dedit Schmied. pro vulg. *στάδιοι* sqq.), quae passuum efficiunt CCCCLXIII millia. Et certe tantae longitudinis, quanta est duodecies centenum mill. sponsorem se Plinius fieri negat velle, cum eam auctori suo reddat Nearcho." Schmiederus autem ex Vincentii libro citato p. 337. ad Arr. l. c. affert: „Hic numerus (3700 stad.) aequalis est 231¼ mill. angl. Sed vere distant fines Carmaniae 339 mill. angl. Desunt igitur in Nearcho 108 milliaria. Sed Strabo (?) ab Arriano non dissentit. Videtur Nearchus, a nostro studio in metiendo alienissimus, numeros rotundos amasse et minorem numerum, quam C stadiorum, non descripsisse." Ceterum loci Pliniani et Arrianei discrepantiam si qua est nemo mirabitur, qui legerit quae commentati sumus Lib. III. c. I. p. 81 sqq. **Ab initio eius** significare: a faucibus Persici sinus, recte animadvertit Harduinus, qui de flumine Sabi annotat: „Mela l. III. c. 8: Sabis per Carmanos fluit. (cf. Tzschuck. ad h. l.) *Σάβις* Ptolemaeo oppidum Carmaniae est mediterraneum lib. 6. c. 8. ab amne fortassis cognomine." De Andani cf. Arr. Ind. 33, 2: *Καὶ αὖθις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνήγοντο, καὶ πλώσαντες σταδίους ἑκατὸν ὁρμίζονται κατὰ τὸν ποταμὸν Ἄναμιν· ὁ δὲ χῶρος Ἁρμόζεια ἐκαλέετο.* Ad quem locum Schmiederus annotat: „Anamis Andanis Ptolemaei (l. c.); nunc Ibrahim. Vinc. p. 295. Princeps urbs eius regionis, Mina,

ad eum fluvium sita est." De Zethi et Alexandria Harduinus conferri iubet Ptolem. l. c. et Ammianum l. 23. p. 255. De vineis denique et arvis cf. Strab. l. XV. t. VI. p. 189, ubi haec leguntur: *Γεώργια δ' ἔχει (ἡ Καρμανία) παραπλήσια τοῖς Περσικοῖς τά τε ἄλλα καὶ ἄμπελον· ταύτης δ' ἡ Καρμανία λεγομένη παρ' ἡμῖν καὶ δίπηχυν ἔχει πολλάκις τὸν βότρυν, πυκνόῤῥωγά τε ὄντα καὶ μεγαλόῤῥωγα, ἣν εἰκὸς ἐκεῖ εὐερνεστέραν εἶναι.*

FRAGM XXVIII.

a) Arr. Exp. Alex. VII, 20, 14 sqq. (8). b) Hist. Ind. c. 32, §. 9 sqq.

De temerario Onesicriti consilio ad Arabiae oram appellendi.

a) *Ἀλλ' ἀναστρέψας γὰρ παρ' Ἀλέξανδρον* (*Ἱέρων ὁ Σολεὺς ὁ κυβερνήτης* cf. §. 12 (7)) *ἐξήγγειλε τὸ μέγεθός τε τῆς χεῤῥονήσου θαυμαστόν τι εἶναι καὶ ὅσον οὐ πολὺ ἀποδέον τῆς Ἰνδῶν γῆς, ἄκραν τε ἀνέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς μεγάλης θαλάσσης· ἣν δὴ καὶ τοὺς ξὺν Νεάρχῳ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς πλέοντας, πρὶν ἐπικάμψαι ἐς τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, οὐ πόῤῥω ἀνατείνουσαν ἰδεῖν τε καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν διαβαλεῖν ἐς αὐτήν, καὶ Ὀνησικρίτῳ τῷ κυβερνήτῃ ταύτῃ δοκοῦν· ἀλλὰ Νέαρχος λέγει ὅτι αὐτὸς διεκώλυσεν, ὡς ἐκπεριπλεύσας τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν ἔχοι ἀπαγγεῖλαι Ἀλεξάνδρῳ ἐφ' οἷς τισι πρὸς αὐτοῦ ἐστάλη· οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλεῦσαι τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐστάλθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταμαθεῖν τὴν χώραν τὴν προσεχῆ τῇ θαλάσσῃ καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἀνθρώπους, ὅρμους τε ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατα καὶ τὰ νόμαια τῶν ἀνδρῶν καὶ εἴ τις ἀγαθὴ καρποὺς ἐκφέρειν ἢ εἴ τις κακή. Καὶ οὖν καὶ τοῦτο αἴτιον γενέσθαι ἀποσωθῆναι Ἀλεξάνδρου τὸν στρατόν· οὐ γὰρ ἂν σωθῆναι πλεύσαντας ὑπὲρ τῆς Ἀραβίας τὰ ἔρημα, ἐφ' ὅτῳ καὶ ὁ Ἱέρων ἐπιστρέψαι ὀπίσω λέγεται.*

b) *Ταύτην τὴν ἄκραν* (sc. *Μάκετα.* cf. l. c. §. 7.) *ὡς κατεῖδον, Ὀνησίκριτος μὲν ἐπέχοντας ἐπ' αὐτὴν πλέειν ἐκέλευεν, ὡς μὴ κατὰ τὸν κόλπον ἐλαστρεύοντας ταλαιπωρέεσθαι. Νέαρχος δὲ ἀποκρίνεται νήπιον Ὀνησίκριτον, εἰ ἀγνοέει ἐπ' ὅτῳ ἐστάλη πρὸς Ἀλεξάνδρου ὁ στόλος. Οὐ γὰρ ὅτι ἀπορίῃ ἦν πεζῇ διασωθῆναί πάντα αἱ τῷ τὸν στρατόν, ἐπὶ τῷδε ἄρα ἐκπέμψαι τὰς νέας, ἀλλὰ ἐθέλοντα αἰγιαλούς τε τοὺς κατὰ τὸν παράπλουν κατασκέψασθαι καὶ ὅρμους καὶ νησίδας, καὶ ὅστις κόλπος ἐσέχοι ἐκπεριπλῶσαι τοῦτον, καὶ πόλιας ὅσαι ἐπιθαλάσσιαι, καὶ εἴτις ἔγκαρ-*

πος γῆ καὶ εἴ τις ἐρήμη. Σφᾶς ὦν οὐ χρῆναι ἀφανίσαι τὸ ἔργον, πρὸς τέρματι ἤδη ἐόντας τῶν πόνων, ἄλλως τε οὐδὲ ἀπόρως ἔτι τῶν ἀναγκαίων ἐν τῷ παράπλῳ ἔχοντας· δεδιέναι τε, ὅτι ἡ ἄκρη ἐς μεσημβρίην ἀνέχει, μὴ ἐρήμῳ τε τῇ ταύτῃ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδει ἐγκύρσειαν.

Huic Nearchi consilio contra Onesicritum fortiter sustentato totam Alexandri classem salutem debere identidem Arrianus (ll. cc.) asseverat. Cf. Lib. III. c. 1. p. 75. et Lib. IV. c. 1. p. 110. De promontorio isto Maceta Schmiederus ad Arr. Ind. l. c. auctore Vincentio l. c. p. 292 annotat haec: „*Μάκετα* nunc Mussendom. A Ptolemaeo vocatur Sabo et Asabo, a Marciano (Huds. Geogr. Min. p. 21.) Pasabo, inter quod promontorium et Strongylum fretum est sinus persici. Idem dicit Strabo p. 499. Circa illud promontorium multae insulae sitae sunt, vocatae Coins. Populus circa Maceta a Plinio VI, 23, 26 (Onesicr. Fragm. XXVI) et Strabone XVI. p. 526 (T. VI. p. 380. Tzsch. 765. Cas.) vocatur Macae. Unde Salmasio (Exercitt. Plin. p. 833) in Arriano legendum videtur *Μακίδα* a nominativo *Μακίς*. Plinius a Carmaniae promontorio ad Macas traiectum L M pass. distare dicit; Strabo maius esse ostium freti dicit, quam ut una die traiici possit. Vera latitudo est decem milliarium. Mens Onesicriti erat, ut relicta Carmania ad Arabiam transirent eamque circumnavigarent. Immense vero errat Raphelius, si promontorium illud pro Africa habet, et nunc Onesicritum maluisse dicit terrestri iam itinere ipsos ad Alexandrum reverti. Ceterum revera de salute talis classis, qualem Nearchus ducebat, desperandum fuisset, si Arabiam circumnavigare conata fuisset." cf. Ritter Erdk. T. X. p. 39 sqq.

FRAGM. XXIX.

a) Strab. l. XVI. t. VI. p. 383—85. 86—88. (766—67. Cas.)
b) Arr. Hist. Ind. c. 37.

De insulis quibusdam (*Τυῤῥίνη*, *Ὀάρακτα*) post navigationem continuatam inventis et maris Erythraei nomine.

a) *Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Πυθαγόρας, νῆσον Τυῤῥίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις· ἐν ᾗ τάφος Ἐρύθρα δείκνυται, χῶμα μέγα, ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον· τοῦτον δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν· δηλῶσαι δὲ ταῦτά φησιν αὐτοῖς Μιθρωπάστην τὸν Ἀρσίνου τοῦ Φρυγίας σατράπου, φυγόντα μὲν Δα-*

ρεῖον, διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ, συμμίξαντα δὲ αὐτοῖς καταχθεῖσιν εἰς Περσικὸν κόλπον καὶ ζητοῦντα κάθοδον δι' αὐτῶν εἰς τὴν οἰκείαν. — Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸν Μιθρωπάστην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετὰ Μαζήνου· τὸν δὲ Μαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Ὀάρακτα· εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν Ἐξωγύρου† γενομένην ἄφοδον· καὶ δὴ καὶ συνελθεῖν τῷ Μαζήνῃ συσταθησόμενον τοῖς ἐν τῷ στόλῳ Μακεδόσι, τὸν δὲ Μαζήνην καὶ καθηγεμόνα τοῦ πλοῦ γενέσθαι· λέγει δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ Περσικοῦ παράπλου νῆσον, ἐν ᾗ μαργαρίτης πολὺς καὶ πολυτίμητός ἐστιν, ἐν ἄλλαις δὲ ψῆφοι τῶν διαυγῶν καὶ λαμπρῶν· ἐν δὲ ταῖς πρὸ τοῦ Εὐφράτου νήσοις δένδρα φύεσθαι λιβάνου πνέοντα, ὧν τὰς ῥίζας κλωμένων ὀπὸν ῥεῖν· παγούρων δὲ καὶ ἐχίνων μεγέθη, ὅπερ κοινὸν ἐν πάσῃ τῇ ἔξω θαλάσσῃ, τοὺς μὲν γὰρ εἶναι μείζους καυσίων, τοὺς δὲ καὶ δικοτύλους, ἐποκεῖλαν δὲ κῆτος ἰδεῖν πεντήκοντα πηχῶν.

b) *Παραπλώσαντες δὴ νῆσον ἐρήμην τε καὶ τραχείην ἐν ἄλλῃ νήσῳ ὁρμίζονται, μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκουμένῃ, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν. Καὶ ἡ μὲν ἐρήμη νῆσος Ὀργάνα ἐκαλέετο, ἐς ἣν δὲ ὡρμήθησαν Ὀάρακτα, ἄμπελοί τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκεσαν καὶ φοίνικες, καὶ σιτοφόρος· τὸ δὲ μῆκος ἦν τῆς νήσου στάδιοι ὀκτακόσιοι. Καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου Μαζήνης συνέπλει αὐτοῖσι μέχρι Σούσων, ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ τοῦ πρώτως δυναστεύσαντος τῆς χώρης ταύτης δείκνυσθαι τὸν τάφον· ὄνομα δὲ αὐτῷ Ἐρύθρην εἶναι, ἀπὸ τούτου καὶ τὴν ἐπωνυμίην τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι, Ἐρυθρὴν καλέεσθαι.*

Utroque hoc Nearchi commentariorum fragmento idem tractatur argumentum, ita tamen, ut altero loco auctoris nomen afferatur, altero silentio praetermittatur, et hoc pluribus exponantur, quae illo paucis attinguntur. At vero unum est, in quo gravius differunt. Etenim Erythrae regis sepulcrum ex loco Straboniano in insula *Τυῤῥίνη*, ex Arrianeo in *Ὀάρακτα* *) insula fuisse perhibetur, et quae apud Strabonem *Τυῤῥίνη* insula appellatur, ea apud Arrianum *Ὀργάνα* nuncupatur. Quare Salmasius ad Solin. p. m. 831. nullum in Strabone locum hoc

---

*) Ita enim hoc nomen, quod alii *Δωράκτα*, alii *Δοράκτα*, alii *Δῶρα* scribendum esse censuerunt, cum Salmasio et Heringa etiam apud Strabonem exhibuimus. cf. Tzschuckii ann. ad h. l., qui *Δοράκτα* retinuit.

corruptiorem extare existimat, qui tamen sic feliciter possit emendari: *Ἀπὸ δὲ Καρμανίας ἄκρας φησὶ Νέαρχος Ὠγυρίδα νῆσον ἐρήμην κεῖσθαι.* Errasse tamen virum doctissimum, quod nullum fuisse auctorem opinatur, qui Orthagoras*) dictus sit, recte iam animadvertit Tzschuckius ad h. l. cf. L. III. c. I. de vit. et scriptt. Onesicr. p. 79. Bernhardyus autem Eratosthen. p. 101. item corruptum hunc locum denotans recte addit: „Ut de reliquis ambigatur, hoc quidem certissimum est, reponendum esse *Πυθαγόρας.* Athen. IV. p. 138: *Πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶν κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δάφνης.*" Magis quam Salmasii audacior coniectura placet, quod Vossius ad Melam III, 8. emendavit: *νῆσον Ὠγυρίνην,* vel mutatione minima *Γυρίνην.* At vero ne hac quidem emendatione locus Strabonianus et Arrianeus satis inter se conciliantur. Bernhardyus ad Dionys. Perieg. v. 607 (p. 691) de his insulis ita disseruit: „*Ὤγυρις* quam Dionysius cum Plinio et Mela vocat, eam insulam videtur Ogyron ex Nearcho Strabo l. c. indicasse, ubi Salmasii coniectura supersedere poteramus. Strabo tamen numne monumentum Erythrae voluerit eo reiicere, cum nihil diserte memoraverit, nequit diiudicari; sed idem antea Tyrrhinen ex auctoribus quos Eratosthenes adhibuit designaverat, Nearchus ap. Arr. l. c. etiam Oaractam, cuius Strabo haud ignarus fuit. Causam ex diversitate scriptorum Mannert. V, 2. p. 57. derivavit non probabiliter, equidem, si coniecturis quidem rem confici putamus, varias insulas confusas esse statuerim, quarum unaquaeque suis quibusdam antiquitatibus illum regem sibi vindicare studeret. Nolim certe hanc varietatem ad sonorum quorundam similitudinem cum Rittero II. p. 154. sic temere revocare." Quodsi persistimus in scriptura vulgata, discrepantiae istius haud temere id causae afferri posse putamus, quod Strabo in hac quidem re Pythagorae potius quam Nearchi auctoritatem sequutus sit, praesertim quum hoc uno loco Pythagoram iuxta Nearchum ille appellaverit, quanquam in seqq. *φησίν,* non *φασίν* legatur. Quod enim Bernhardyus in Eratosth. l. c. hanc vocem, cum utrique non possit convenire, fortasse Straboni ipsi putat esse vindicandam, Athenaei quidem (cf. p. 100) exemplo non satis nobis persuasit vir summus, sed ad alterutrum illorum auctorum referendum videtur. Sin vero nihilominus discrepantiam istam tollendam existimaveris, ita fortasse facillime locum et emendaveris et

*) Ita enim etiam Tzschuckius hoc nomen exhibuit pro *Πυθαγόρας,* quod nos dedimus.

Arrianeo adaptaveris: *Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Πυθαγόρας, Ὀργάναν νῆσον ἐρήμην κεῖσθαι, πρὸς νότον δ' ἀπεῖναι ἄλλην δισχιλίοις σταδίοις ἐν ᾗ* sqq. Iam vero eam insulam Organam alio nomine Ogyrin vocant Mela III, 8. Plin. N. R. VI, 23, 26. (Onesicr. Fragm. XXVI) Dion. Perieg. v. 606. cf. intpp. ad hh. ll. Quare Salmasius l. c. nostro quoque loco quod paulo post vulgo legebatur *Ἐξωγύρου* mutandum censuit in: *ἐξ Ὠγύριος*, quod Tzschuckius etiam in textum recepit. Atque profecto haec unice vera habenda est emendatio, si quidem in antecedentibus vel Salmasii vel Vossii emendationem (*Ὠγυρίδα νῆσον ἐρήμην* vel *νῆσον Ὠγυρίνην*, *Γυρίνην* pro vulg. *Τυῤῥίνην* vel *Τυρίνην*) comprobaveris. Sin vero nobiscum locum ita mutaveris, ut cum Arrianeo prorsus consentiat, pro vulgata codd. scriptura *Ἐξωγύρου* scribendum videatur: *ἐκ Φρυγίας*. Namque ipso Nearcho (ap. Strab. l. c.) teste Mithropastam Areini, Phrygiae satrapae, filium fuisse constat; quare vv. *κατὰ τὴν ἐκ Φρυγίας γενομένην ἄφοδον* egregie ad tempus fuerint referenda, quo eodem Nearcho teste (*φυγόντα μὲν Δαρεῖον*) Darii iram effugit atque hospitio exceptus est (*ξενίας τυχεῖν*) a Mazena, qui Oaractae insulae praefectus erat. Atque ad hanc etiam insulam, non ad Ogyrin s. Organam, referenda iam essent verba: *διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ*. De recentioribus harum insularum nominibus Ormus, Kismis uberius commentatus est Vincent l. c. p. 318 sqq.; de Erythro rege et mari Curtius VIII, 9 (30), 14: „Mare certe, ait, quo alluitur (India), ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythra rege inditum est nomen: propter quod ignari rubere aquas credunt." cf. Freinsh. ad h. l. et locum supra p. 136. adscriptum.

FRAGM. XXX.

Arr. Hist. Ind. c. 38. §. 3.

De margaritarum insula.

Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἐς ἄλλην νῆσον πλώσαντες ὁρμίζονται οἰκουμένην, ἵνα καὶ μαργαρίτην θηρᾶσθαι λέγει Νέαρχος, κατάπερ ἐν τῇ Ἰνδῶν θαλάσσῃ.

Eadem de insula locum Strabonianum, item ex Nearcho depromptum adscripsimus Fragm. XXIX, a. Schmiederus autem ex Vincentio p. 348. de ea haec annotat: „Sunt ibi duae insulae; maior vocatur in priscis mappis portugallicis de l' Ara vel Lara: ab Anglis Busheab. Est fortasse Araka Ptolemaei. Minor nunc vocatur Schitwar, quae proxima est maiori, adeo ut arbores, quae sunt in Schitwar, in Busheab

esse videantur. Hunc vidit Nearchus. Margaritae vero inveniuntur pluribus locis in orientali latere sinus Persici." cf. Ritter Erdk. T. X. p. 40.

FRAGM. XXXI.

Arr. Hist. Ind. c. 39, §. 4—6.

De balaena quadam ingentis magnitudinis.

Κατὰ τοῦτον τὸν παράπλουν λέγει Νέαρχος ὀφθῆναι κῆτος ἐκβεβλημένον εἰς τὴν ἠϊόνα, καὶ τοῦτο προσπλώσαντάς τινας τῶν ναυτῶν ἐκμετρῆσαι καὶ φάναι εἶναι πήχεων πεντήκοντα, δέρμα δὲ αὐτῷ εἶναι φολιδωτὸν, οὕτω τε ἐς βάθος ἧκον, ὡς καὶ ἐπὶ πῆχυν ἐπέχειν· ὄστρεά τε καὶ λοπάδας καὶ φυκία πολλὰ ἔχειν ἐπιπεφυκότα, καὶ δελφῖνας λέγει ὅτι καθορᾶν ἦν πολλοὺς ἀμφὶ τῷ κήτει, καὶ τοὺς δελφῖνας τῶν ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ μέζονας.

Hanc quoque balaenam brevissime supra iam attigit Strabo Nearchi Fragm. XXIX, a. De balaenarum autem magnitudine in universum pluribus egit Nearch. Fragm. XXV. Ceterum recte Schmiederus ad h. l.: „Credendum est, ait, hanc balaenam in littore quidem, at non in sicco, sed prope littus in brevibus iacuisse."

FRAGM. XXXII.

Arr. Hist. Ind. c. 39, §. 8—9.

De fluvio quodam Ares (Arosis, Oroatis) appellato.

Ἐπεὶ δὲ ἡ πλημμυρὶς ἐν τάξει ἀμείβουσα ἐπῆλθε, τότε δὴ ἐκπλώσαντες ὁρμίζονται ἐπὶ ποταμῷ· ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ Ἄρης, μέγιστος τῶν ποταμῶν, ὡς λέγει Νέαρχος, ὅσοι ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν ἔξω πόντον.

Ita huius fluvii nomen legitur in codice, quem Optimum vocat Schmiederus, in alio Ἄροις, unde fortasse orta est scriptura vulgata Ἄροσις, quam exhibet etiam Schmiederus. Ex Strabone autem (l. XV. t. VI. p. 203) (729. Cas.), Plinio (VI, c. 28), Ptolemaeo (VI, 4.), Ammiano (l. XXIII. p. 252) videtur emendandum esse Ὀροάτις, quod propter ultimam litteram ω vocis antecedentis (ποταμῷ) facile in Ἄρης s. Ἄροις corrumpi poterat. Vincentius p. 378 Schmiedero interprete annotat: „Apud Persas vocatur T'ab i. e. fluvius κατ' ἐξοχήν, nunc Endian, a pago Endian superius ad flumen sito. Maior est reliquis Persidis fluviis, quia montes, unde fluit, longius a mari absunt et plures itaque minores fluvios in eum fluere putandum est."

FRAGM. XXXIII.

Arr. Hist. Ind. c. 40, §. 5.

De legatis per viae compendium a Ponto Euxino in Persidem ad Alexandrum profectis.

Τὴν δὲ πρόσω ἔτι ἐπ' ἄρκτον ἰόντων (Περσίδα γῆν) χειμερίην τε καὶ νιφετώδεα (εἶναι, λόγος κατέχει. cf. §. 2.), *ὥστε πρέσβεις τινὰς ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου λέγει Νέαρχος κάρτα ὀλίγην ὁδὸν διελθόντας ἐντυχεῖν καθ' ὁδὸν ἰόντι τῆς Περσίδος καὶ θῶϋμα γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὁδοῦ τὴν βραχύτητα.*

Haec fabulosa videntur Schmiedero, neque equidem quomodo cohaereant intelligo, nisi ad priorem Alexandri expeditionem in has regiones susceptam retuleris.

FRAGM. XXXIV.

a) Strab. l. XI. t. IV. p. 554 – 55. (518. Cas.) b) Arr. Hist. Ind. c. 40, §. 6 — 9.

De montanis Mediae gentibus latrocinia exercentibus et ab Alexandro subiectis.

a) *Νέαρχος δέ φησι, τεττάρων ὄντων λῃστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις προσεχεῖς ἦσαν, Οὔξιοι δὲ καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε καὶ Σουσίοις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις, πάντας μὲν φόρους πράττεσθαι τοὺς βασιλέας, Κοσσαίους δὲ καὶ δῶρα λαμβάνειν, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς θερίσας ἐν Ἐκβατάνοις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καταβαίνοι· καταλῦσαι δ' αὐτῶν τὴν πολλὴν τόλμαν Ἀλέξανδρον, ἐπιθέμενον χειμῶνος.*

b) *Σουσίοις δὲ πρόσοικοι ὅτι εἰσὶν οἱ Οὔξιοι, λέλεκταί μοι, κατάπερ Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι προσεχέες οἰκέουσι, λῃσταὶ καὶ οὗτοι, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοισι. Καὶ ταῦτα πάντα τὰ ἔθνεα ἡμέρωσεν Ἀλέξανδρος, χειμῶνος ὥρῃ ἐπιπεσὼν αὐτοῖσιν, ὅτε ἄβατον σφῶν τὴν χώρην ἦγον, καὶ πόλιας ἐπέκτισε, τοῦ μὴ νομάδας ἔτι εἶναι, ἀλλὰ ἀροτῆρας καὶ γῆς ἐργάτας καὶ ἔχειν ὑπὲρ ὅτων δειμαίνοντες μὴ κακὰ ἀλλήλους ἐργάσωνται.*

Quod identidem animadvertimus, iterum hoc loco usu venit, ut Nearchi nomen a Strabone allatum ab Arriano quanquam eodem utatur auctore omissum sit, quoniam hic quidem auctor in Indicis omnia fere ex hoc fonte delibavit. Neque potest dubitari, quin eidem Nearcho debeantur etiam

ea quae eadem de re leguntur in Exp. Alex. VII, c. 15 init.: „Ἔνθα δὴ ἐξέλασιν ποιεῖται (Ἀλέξανδρος) ἐπὶ Κοσσαίους, ἔθνος πολεμικόν, ὅμορον τῷ Οὐξίων· εἰσὶ δὲ ὄρειοι οἱ Κοσσαῖοι καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ κώμας νέμονται, (καὶ*) ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀποχωροῦντες ἀθρόοι ἢ ὅπως ἂν προχωρῇ ἑκάστοις οὕτω διαφεύγουσιν, ἐς ἀπορίαν βάλλοντες τοὺς ξὺν δυνάμει σφίσιν ἐπιχειροῦντας· ἀπελθόντων δὲ αὖθις εἰς τὸ λῃστεύειν τρεπόμενοι ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποιοῦνται. Ἀλέξανδρος δὲ ἐξεῖλεν αὐτῶν τὸ ἔθνος, καίπερ χειμῶνος στρατεύσας· ἀλλ' οὔτε χειμὼν ἐγένετο ἐμποδὼν αὐτῷ οὔτε αἱ δυσχωρίαι, οὔτε αὐτῷ οὔτε Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, ὃς μέρος τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτοὺς ἦγεν. Οὕτως οὐδὲν ἄπορον Ἀλεξάνδρῳ τῶν πολεμικῶν ἦν ἐς ὅ τι ὁρμήσειε. cf. Exp. Alex. III, c. 17 et 24. Diod. XVII, 67 et 112., XIX, c. 20. Polyaen. IV, 3, 31. De Cossaeis Mützellius ad Curt. IV, 12 (45), 10 (p. 316), „Ihre Wohnsitze lagen zwischen Medien, Susiana und Babylonien; der Weg von Ekbatana nach Babylon führte durch dieselben hin. S. Strab. et Arr. ll. cc. Heeren Ideen 1, 1, p. 303. Mannert. Geogr. 5, 2, p. 493 ff. Ritter Erdk. 8, p. 95. 96." De Uxiis Van der Chys Comment. Geogr. p. 68 haec adscripsit: „Erant populus valde bellicosus; saltem illi qui montes incolebant; sita erat eorum regio ad septentrionem Persidis: vid. Strab. XV. p. 318, 321., hodie dicuntur Ascion vel Asciat. cf. Santo-Cruc. l. c. p. 676. Vincent. l. c. p. 416. Hammerus (Op. Societ. Geogr. II. p. 328)nomen scribit Ahvaz." cf. Ptolem. Fragm. IX. Schmied. ad Arr. Ind. l. c. Droysen. Hist. Alex. p. 561.

FRAGM. XXXV.

a) Strab. l. XV. t. VI. p. 203 sqq. (729. Cas.) b) Arr. Hist. Ind. c. 40, §. 9 sqq. et 41, §. 6 sqq.

De orae Susianae natura, pago Diridoti et spatiorum quorundam mensuris.

a) *Νέαρχος δὲ τὸν παράπλουν τῆς Σουσίδος τεναγώδη φήσας, πέρας αὐτοῦ λέγει τὸν Εὐφράτην ποταμόν, πρὸς δὲ τῷ στόματι κώμην οἰκεῖσθαι τὴν ὑποδεχομένην τὰ ἐκ τῆς Ἀραβίας φορτία· συνάπτειν γὰρ ἐφεξῆς τὴν τῶν Ἀράβων παραλίαν τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Πασι-*

*) Hanc enim voculam *καὶ* post v. *νέμονται* excidisse recte suspicatur Sinteuisius in Cens. Arr. ed. Krüg. (Jahns Jahrb. Jahrg. VI. B. VI. H. II. p. 163.). In antecedentibus autem egregie Krügerus emendavit *κώμας* pro vulg. *χώρας*.

τίγριος, τὸ δὲ μεταξὺ πᾶν ἐπέχειν λίμνην τὴν ὑποδεχομένην τὸν Τίγριν. Ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Πασιτίγρει σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν τὴν σχεδίαν εἶναι τὴν ἄγουσαν ἐπὶ Σούσων ἐκ τῆς Περσίδος, ἀπέχουσαν Σούσων σταδίους ἑξήκοντα, τὸν δὲ Πασίτιγριν ἀπὸ τοῦ Ὀροάτιδος διέχειν περὶ δισχιλίους σταδίους, διὰ δὲ τῆς λίμνης ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγριος τὸν ἀνάπλουν εἶναι σταδίων ἑξακοσίων, πλησίον δὲ τοῦ στόματος κώμην οἰκεῖσθαι τὴν Σουσιανὴν, διέχουσαν τῶν Σούσων σταδίους πεντακοσίους, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου μέχρι Βαβυλῶνος τὸν ἀνάπλουν εἶναι διὰ γῆς οἰκουμένης καλῶς σταδίων πλειόνων ἢ τρισχιλίων.

b) *Ἐνθένδε τὴν Σουσίων γῆν παρήμειβεν ὁ στρατός. Καὶ ταῦτα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέως λέγει Νέαρχος ὅ τι ἐστὶν οἱ ἐκφράσαι, πλήν γε δὴ τοὺς ὅρμους τε καὶ τὸ μῆκος τοῦ πλόου· τὴν χώρην τε γὰρ τεναγώδεά τε εἶναι τὴν πολλὴν, καὶ ῥηχίησιν ἐπὶ μέγα ἐς τὸν πόντον ἐπέχουσαν καὶ ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμίζεσθαι· πελαγίοισιν ὦν σφίσι τὴν κομιδὴν τὸ πολὺ γενέσθαι. Ὁρμηθῆναι μὲν δὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων, ἵναπερ ηὐλίσθησαν ἐπὶ τοῖσιν οὔροισι τῆς Περσίδος, ὕδωρ δὲ ἐμβάλλεσθαι πέντε ἡμερέων· οὐκ ἔφασκον γὰρ εἶναι ὕδωρ οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλόου. — Καὶ καθωρμίσθησαν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτου πρὸς κώμῃ τινὶ τῆς Βαβυλωνίης χώρης, ὄνομα δὲ αὐτῇ Διρίδωτις, ἵνα λιβανωτόν τε ἀπὸ τῆς ἐμπορίης γῆς οἱ ἔμποροι ἀγινέουσι καὶ τὰ ἄλλα ὅσα θυμιήματα ἡ Ἀράβων γῆ φέρει. Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἔστε ἐς Βαβυλῶνα πλοῦν λέγει Νέαρχος σταδίους εἶναι ἐς τρισχιλίους καὶ τριακοσίους.*

Ex utriusque loci comparatione intelligitur, a Strabone plura, quae in Nearchi commentariis Arriano teste legebantur, vel prorsus omissa vel minus accurate esse annotata. Veluti nomen pagi Diridotis apud eum desideratur, stadiorum vero numerus inde ab Euphratis ostiis usque ad Babylonem, quem ter mille et trecentos fuisse ex Arriano compertum habemus, in universum a Strabone trium millium fuisse perhibetur. cf. Onesicr. Fragm. XXIX. De recentioribus harum regionum nominibus auctore Vincentio l. c. p. 393 sqq. quae huc spectant attulit Schmiederus ad Arr. Ind. l. c. Ac primum quidem recte docet, v. *ῥηχίαι* non de scopulis, sed de brevibus arenosis vel potius limosis, praecipue iis, quae A l i - M e i d a n vocentur, intelligendum esse. Addit vero: „In illa regione ne lapis quidem est. Delta vero Susianae, cuius nomen generale nunc G a b a n est, dividitur septem fluminibus, quorum nomina adscripsit Vincentius l. c. Tria horum alveorum superato litore

per brevia procedunt, inter 12 et 17 mill. angl. a litore in mare porrecta. Sicca relinquuntur fere nunquam et ne refluxus quidem tempore. Sita sunt inter Pasitigrim et Euphratis ostium (Khore Abdillah) et nunc vocantur Ali-Meidan. Secunda brevia sunt inter Pasitigrim et Cataderbin, nunc Carabah vocata; tertia sunt inter Arosin vel Aren et Cataderbin non magna, Barcan vocata. Praeter haec tria brevia, i. e. praeter litora Susianae tribus diebus a classe navigatum est." Deinde de Diridotis regione (auct. Vincent. l. c. p. 402): „Διρίδωτις Teredon Ptolemaei et Plinii, sita ad Khore Abdillah; quod est suppositum ostium Euphratis. De Euphrate et Tigri fluviis cf. Vincent. l. c. p. 391. et Mannert. Geogr. T. V. P. II. p. 350. (et 440. Adde: Ritter Erdk. 9. p. 700.). Prior in libris Mosaicis vocatur Hu-Pherat, nunc apud accolas Phrat; posterior in Mose Hid-Dekel, nunc Deghel vel Deiel. Olim diversa ostia habuisse videntur, nunc per multa iam saecula coniunguntur circiter 130 mill. angl. a sinu persico et uno alveo in mare procedunt. Vetus vero alveus Euphratis siccus est." De significatione, quae est h. l. voci πελύγιος apte comparat Raphelius Polyb. I, 26: τὸν πλοῦν εἶναι πελάγιον et c. 28: πελαγίαν ἐποιοῦντο τὴν ὑποχώρησιν. Item c. 37. cf. Bernhardy Syntax p. 425 sqq. Dein Raphelius ἐμπορίαν γῆν i. e. „eam regionem Arabiae, unde thus affertur, cui κατ' ἐξοχὴν hoc nomen fuisse videtur" (Schmied.), eandem intelligendam censet, cuius apud Ezechielem Prophetam c. 17, 4 fit mentio. Contra Mannertum denique Geogr. T. V. P. II. p. 350. recte Schmiederus animadvertit, non ipsum Nearchum ea via navigasse, sed occasione data longitudinem itineris ab aliis auditam referre. Etenim ipse Nearchus pro solita veracitate ingenue confitetur, minus accurate sibi has regiones cognitas esse. De toto autem hoc Nearchi itinere egregie, ut solet, nuper disseruit vir summus Carolus Ritterus opere immortali de terrarum notitia (Erdk. T. X. p. 27) ubi haec leguntur: „Nearch, der Steuermann der indischen Flotte Alexanders, war bis an den Grenzfluss Persiens und Susianas, an den Arosis (Oroatis), den heutigen Tab-Fluss von Hinduan vorgerückt. (S. Erdk. IX, S. 134.) Von hier an konnte er, wie er selbst bemerkt, wegen der seichten, schlammigen Wasser des Persergolfs keine genauere Berichterstattung von der Küstenfahrt mehr geben, da die Schiffe der Flotte nur vereinzelt hintereinander folgen konnten. Doch schiffte er den ersten Tag auf diese Weise 600 Stadien bis zur Nacht, wo die Anker ausgeworfen wurden (an 15 geogr. Meilen, oder wenn wir die kleinern Stadien annehmen, nur etwa die Hälfte), also an den Mündungen des

Tigris, die er jedoch an dieser Stelle seines Tagebuches nicht nennt, obwol er sie doch kennt, da er später zu ihnen auf der Rückfahrt zurückkehrte, vorüber; den zweiten Tag aber 900 Stadien, 22½ geogr. Meilen, durch tiefes Wasser, bis zur Mündung des Euphrat (ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτου). Hier ging er vor Anker, bei dem Orte Diridotis (Teredon, bei Strab. II. 80. Ptolem. V. c. 20. f. 145, u. Plin. VI. 32.), wohin zu jener Zeit Kaufleute aus dem Lande der Emporien (ἀπὸ τῆς Ἐμπορίης γῆς) d. i. der Araber, ihren Weihrauch (λιβανωτὸς) und ihre Gewürze brachten. Tigris- und Euphrat-Mündungen waren also damals noch entschieden gesondert, sie lagen wenigstens eine gute Tagereise weit auseinander, wenn auch ihre Verzweigungen innerhalb ihres Deltalandes schon, wie Mannert (S. d. Gr. u. Röm. T. V. 2. S. 354.) nach den wechselnden Erzählungen der Alten zu schliessen sich für berechtigt hält, sich gegenseitig vermischen mochten." Deinde comprobat vir eruditissimus, spatiorum numeros a Nearcho allatos in his etiam regionibus accuratissime respondere mensuris recentissimo tempore institutis. Veluti p. 28 de spatio Euphratis ostiis et Babyloni interiecto haec afferuntur: „Die Entfernung von der Mündung des Euphrat bei Diridotis bis zur Stadt Babylon gibt Nearch auf 3300 Stadien (82 geogr. Meilen) an; Strabo (l. c.) damit ziemlich übereinstimmend sagt, dahin zu schiffen seien 3000 Stadien (75 geogr. Meilen), und diese mittlere Entfernung von 80 geogr. Meilen, nämlich von der Südostspitze auf jener Uferinsel Danasir, den Flusslauf entlang bis Hille, wo die Ruinen des alten Babylon beginnen, stimmt wirklich mit der jüngsten Kartenzeichnung der Aufnahme des Euphratflusses durch Colonel Chesney genau genug überein" sqq.

FRAGM. XXXVI.

Strab. l. XV. t. VI. p. 218. (732. Cas.)

De hominum et stationum paucitate quae erant in terra Susiana.

Καὶ φησὶν ὁ Νέαρχος, μηδὲ καθοδηγῶν ἐπιχωρίων τυγχάνειν, ἡνίκα τῷ στόλῳ παρέπλει πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς, ὅτι προσόρμους οὐκ ἔχειν οὐδ' ἀνθρώπων εὐπορεῖν οἷός τ' ἦν τῶν ἡγησομένων κατ' ἐμπειρίαν.

Ea de re apud Arrianum nihil legitur, neque hoc ita est accipiendum, quasi omnibus omnino itineris ducibus in hac navigatione destitutus fuisset Nearchus, quandoquidem ipse com-

memorat *καθηγημόνας τοῦ πλόου* Fragm. XXXV. Dicit igitur, navigationis duces, quibus in hac regione usus fuerit, non indigenas fuisse Susianos. Usque ad Susianorum vero fines dux et comes Nearchi fuerat Mazena. cf. Fragm. XXIX.

FRAGM. XXXVII.

Arr. Exp. Alex. VII, c. 3. §. 8.

De Calani gymnosophistae morte.

Ὡς δὲ τὸ πῦρ ἐς τὴν πυρὰν ἐνέβαλον οἷς προστεταγμένον ἦν, τάς τε σάλπιγγας φθέγξασθαι λέγει Νέαρχος (οὕτως ἐξ Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον) καὶ τὴν στρατιὰν ἐπαλαλάξαι πᾶσαν, ὁποῖόν τι καὶ ἐς τὰς μάχας ἰοῦσα ἐπηλάλαζε· καὶ τοὺς ἐλέφαντας συνεπηχῆσαι τὸ ὀξὺ καὶ πολεμικὸν, τιμῶντας Κάλανον.

Quae huc pertinent annotata sunt ad Onesicr. Fragm. XXXIII.

LIB. V.

CLITARCHUS AEOLENSIS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Clitarchus Aeolensis[1]) patrem habuit Dinonem[2]), historicum haud spernendum, qui Philippi Macedonis temporibus *Περσικὴν πραγματείαν* conscripsit, cui plus etiam fidei tribuit Plutarchus quam Ctesiae rerum Persicarum commentariis[3]). Quare non est quod suspicemur cum Santo-Crucio[4]), ipso fortasse patris exemplo corruptum Clitarchum in rerum narratione fabulis nimium indulsisse. Neque omnino assequor, quomodo cohaereant Santo-Crucii ista: „On ignore s'il accompagna ce prince (Alexandre) ou s'il ecrivit sur les mémoires de Dinon, son père." Etenim Clitarchus sive comitatus est Alexandrum sive domi mansit, quomodo tandem Alexandri res conscribere potuit secundum Dinonis patris commentarios, utpote qui a Persici regni initiis ad Artaxerxis Mnemonis usque mortem deducti essent! Illud vero recte annotavit Santo-Crucius, Clitarchum Alexandri Magni quidem aequalem sine ulla dubitatione habendum esse, ignorari autem, regem an in Persica expeditione comitatus sit; fallitur contra Heynius[5]), quod Clitarchum ab ipso Diodoro (II, c. 7. Fragm. IV.) inter eos putat memorari, qui cum Alexandro in Asiam traiecissent. Hoc enim loco ubi narravit scriptor, secundum Ctesiam Babylonis murorum altitudinem omnem fidem excedere, ita pergit: *ὡς δὲ*

1) Eius vitam et scripta ex recentioribus viris doctis attigit praeter Fabricium et Vossium (I, c. X. p. 96 ed. Westerm.) unus Santo-Crucius Exam. Crit. p. 41 sqq.

2) Diog. Laert. II, 11, §. 113. Plin. N. H. X, 49, 70: „Nec Sirenes impetraverint fidem, licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India esse" sqq.

3) Heeren. de fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 39. 69. 94—95.

4) Exam. Crit. p. 42.

5) De fontt. hist. Diod. comment. III. (ed. Bip. p. 84.)

Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλέξανδρον διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε σταδίων. Quid igitur? Nonne his secernere potius videtur Diodorus Clitarchum ab eorum numero, qui cum Alexandro in Asiam traiecerint?[1]) Neque alibi usquam apud veteres Clitarchum inter Alexandri comites appellatum invenies; unde istud quidem satis liquet, eum scriptorem, etiamsi fortasse particeps fuerit expeditionis Persicae, ad arctiorem certe Alexandri consuetudinem non pervenisse.

Neque praeterea quicquam de Clitarchi Aeolensis vita compertum habemus. Quae tam pauca esse, eo magis mirere, quo maiori a Graecis et Romanis studio aliquamdiu scimus eius commentarios esse lectitatos. Primum enim quotquot sequioris aetatis historici de Alexandri egerunt rebus gestis, ad Clitarchum auctorem aut aperte provocant aut etiam non citato auctore magnam argumenti partem ex hoc fonte deducunt, ita tamen, ut cautissimus quisque et veritatis studiosissimus minime ei fidem habeat. Nimirum Arrianus vel nomen Clitarchi silentio praeterit, Strabo et Plutarchus paucis locis allegant[2]), Diodorus autem, Curtius et Justinus istius auctoritati ita obsequuntur, ut longe plurimas fabulas ab iis pervulgatas ad hunc auctorem referre non dubitemus, quanquam aut raro aut omnino non testem eum excitant.[3])

Deinde autem praeter historicos, qui data opera Alexandri res scriptis persequuti sunt, alii accedunt auctores gravissimi, Clitarchi ita mentionem facientes, ut celeberrimum eum omnium maxime inter Romanos fuisse intelligatur. Ita Plinius (l. c.) Clitarchum „celebratum auctorem" appellare atque saepius de rebus vel geographicis vel historicis ad eius auctoritatem provocare non dubitavit[4]). Iam vero ipsa Ciceronis aetate Romanis perquam placuisse Clitarchum quum

---

1) Nisi forte locum ita interpreteris ut significet: „sicuti Clitarchus aliique nonnulli una cum Alexandro in Asiam transgressi scripserunt." Simile quidem exemplum huius significationis vv. *καὶ — τινές* nobis non in promptu est. At vero illud certe constat, v. *ὕστερον* pertinere etiam ad Clitarchum, quippe quo una cum aliis Alexandri rerum scriptoribus Ctesiae priori opponatur. Itaque paulo post dicitur: *ἔνιοι τῶν νεωτέρων.*

2) Cf. Fragm. VI. IX. XVII. XIX XX. XXIV.

3) Fragm. IV. VIII. cf. ann. ad Fr. IX. Fragm. XI. XII. Ann. ad Fr. X. XVI. XVII. XVIII. XX. XXI. cf. Heyne l. c. p. 84. et Wessel. ad Diod. XVII, c 90.

4) Cf. Fragm. VII. XIV. XXII. XXIII. ac saepius in elench.

loco inter Fragmenta (Fragm. III) adscripto tum libro de legg. I, c. 2. comprobatur, ubi haec verba tribuuntur Attico: „Sisenna, eius (i. e. Licinii Macri) amicus, omnes adhuc nostros scriptores — — facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur: ut unum Clitarchum neque praeterea quenquam de Graecis legisse videatur; eum tamen velle dumtaxat imitari, quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset." E quibus intelligitur, studiosissime quidem Clitarchi inter Romanos esse lectitatos commentarios, minime tamen optimo cuique esse comprobatum scribendi genus, de quo pluribus infra agitur.

Clitarchi de Alexandri Magni rebus commentarios etsi duodecim libros comprehendisse cum Heerenio [1]) equidem non pro certo venditaverim, quoniam Diogenis Laertii locum (Prooem. lib. V. §. 6.), in quo nititur illa viri docti sententia, fortasse non ad Clitarchum sed Clearchum Solensem referendum esse infra videbimus [2]); satis tamen quin amplum fuerit ac spissum illud Clitarchi opus non est quod dubitemus [3]). Quod vero miratur Heerenius, in hoc Clitarchi opere quomodo narrationi de Themistoclis ad Persarum regem adventu locus esse potuerit [4]); eodem iure illud mireris, idem scriptor iisdem libris quod de anthredone egit vel Thebanorum conviviis [5]). Quidni enim vel a comparatione Alexandri cum veteribus Persarum regibus eorumque erga Graecos aut benignitate aut malignitate vel simili argumento ad illum Themistoclis adventum auctor delabi poterat? [6]) Quare facile supersedemus Heerenii coniectura, qui hunc locum aut ad alium Clitarchi librum putat pertinere, aut in ipsa Alexandri historia regni Persici priora etiam fata episodio interposito esse enarrata. Enimvero multo videtur probabilius, ab iis temporibus Clitarchi historiam incepisse, quibus Dinon pater in Persicis substitisset. — Ceterum quae praeter Alexandri M. historiam scripta Clitarcho tribuun-

---

1) De fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 66.

2) Cf. ann. ad Fragm. XIII.

3) Primum et quartum librum τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν citavit Athenaeus p. 148. D. 530 A (Fragm. I et II.), quintum Stobaeus Serm. 64, 36. (Fragm. XXV.) decimum Scholiasta Aristophanis Avv. v. 487. (Fragm. XXVII.)

4) Fragm. XXIV.

5) Fragm. I et VIII.

6) Simillimum est, quod de Onesicr Vit. et scriptt. lib. III. c. II. annotavimus, qui item commentariis suis Cyri maioris mentionem fecit.

tur num ad hunc Clitarchum **Aeolensem** sint referenda, haud temere viri docti dubitant. Ita commentatiónem de Glossis, ad quam Athenaeus potissimum et Harpocration provocant, nuper demum idoneis rationibus Clitarcho Alexandri rerum scriptori abiudicavit Meierus[1]); qui vero librum ad Nicodorum Archontem eodem Clitarcho vindicare olim conati sunt, eorum error iam pridem merito est confutatus a Vossio[2]).

Iam vero videamus de Clitarchi genere scribendi, quod quále fuerit non solum ex fragmentis licet percipere, verum etiam gravissimis edocemur veterum auctorum testimoniis, inter quae haud minimum valet Ciceronis locus, qui est in Bruto c. XI. Ibi enim de Coriolani morte etsi secus iudicet Atticus, se tamen ei narrationi maxime assentiri dicit Tullius, ex qua similiter ille ut Themistocles „populi ingrati pulsus iniuria ad hostes sese contulerit conatumque iracundiae suae morte sedaverit." Cui Atticus haec respondet: „Tuo vero arbitratu: quoniam quidem concessum est rhetoribus ementiri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius; ut enim tu nunc de Coriolano, sic **Clitarchus**, sic Stratocles de Themistocle finxit. Nam quem Thucydides, qui et Atheniensis erat et summo loco natus summusque vir et paulo aetate posterior, tantum mortuum scripsit et in Attica humatum; addidit fuisse suspicionem, veneno sibi conscivisse mortem: hunc isti aiunt, quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera et eo potu mortuum concidisse. **Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullám prae-**

---

1) Comment. VI de Andocid. quae vulgo fertur Oratione contra Alcib. Part. secunda (inserta Indici Schol. Hal. 1832—33.), ubi p. 10 haec annotantur: „Harpocratio quum v. *ἐπιβλῆτας* commemoret *Κλείταρχον τὸν γλωσσογράφον*, v. *ὁμηρεύοντας* autem solum habeat *Κλείταρχος ἐν τῇ ἑ*, grammaticum videtur ab rerum scriptore distinguere voluisse. Apud Athenaeum bis XI, 468, a et 475, d extat *Σιληνὸς καὶ Κλείταρχος*, semel X, 478, e *Σιληνὸς καὶ Κλείταρχος ἔτι δὲ Ζηνόδοτος*; crederes hinc Clitarchum aetate posteriorem fuisse Sileno, qui inter Hannibalici belli et Ciceronis tempora vixisse videtur, sed Athenaeus in scriptorum memoriis afferendis temporis ordinem adeo negligit, qui XI, 482, f — 483, a et XV, 677, c Silenum vel ante Philetam ponat." Citatur autem huius Clitarchi *περὶ γλωσσῶν πραγμάτεια* Athen. II. p. 69. d. VI. p. 267. d. VII. p. 284. d. 300. f. XI. p. 468 a. 473. b. 475. d. 479. e. 495. c. e. XV. p. 666. c. 701. a. *γλωσσογράφον* vocat Harpocr. v. *ἐπιβλῆτας*. cf. Suid. et Phot. v. *Σαρδόνιος γέλως*. Etym. M. v. *ἀνόστιος*, *βροῦχος*, schol. Hes. opp. 522. Hic Aegineta videtur esse laud. in Etym. v. *Γάργαρος*. Quos locos diligentissime congessit Westermannus ad Voss. de Hist. Gr. p. 90.

2) De hist. gr. I, c. 10. p. 90 ed. Westerm. cf. Fragm. XXIII.

bebat materiam ad ornatum." Atque eadem de causa a Demetrio et Longino notatur, quippe qui anthredonem, apis seu potius crabronis genus, adumbrans loquutus sit tanquam de bove vero vel apro Erymanthio[1]). Quare Longinus, ubi in Gorgiae etiam Leontini et Callisthenis genere scribendi nimium reprehendit tumorem, de Clitarcho quidem hoc interponit iudicium: *καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου* (*γελᾶται*). — *φλοιώδης γάρ ὁ ἀνὴρ καὶ φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλέα οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, φαρβειᾶς δ' ἄτερ*[2]), cuius loci sententiam rectissime Ernesti hanc fere esse dicit: „Clitarchum esse egregio spiritu, sed quum temperare eum non possit, nimium evehi, et inde tumorem (*μετέωρα*) existere"; quibus egregie respondent, quae de eodem viro existimat Quintilianus (X, 1.), ingenium eius probari, fidem tantum infamari, et quod vox *Κλειταρχικῶς* (*Σημείωσαι ὑπερβολικὸν λόγον Κλειτάρχου*, ut recte interpretatur Schol. ad Tzetz. Epist. XIII. cf. Cram. Anecdd. Gr. T. III. p. 361) de rhetoricis exaggerationibus usurpata in proverbium fere abiit.

Quae veterum auctorum de Clitarchi sribendi genere ac fide iudicia ipsis commentariorum eius fragmentis ita confirmantur, ut in plurimis, quae apud Diodorum potissimum et Curtium, studiosissimos Clitarchi asseclas[3]), etiam non citato auctore de Alexandro eiusque rebus rhetorice ac fabulose maximam partem enarrantur, Clitarcheam indolem facile agnoscere et ad fontem atque originem revocare plurimas res ab illis narratas liceat. Veluti huc pertinent quae apud Diodorum (XVII, c. 72.) et Curtium (V, c. 7. (22)) de Persepolis regia Thaidis consilio ab Alexandro incensa, ita fere narrantur: Alexandrum ad victoriam Gaugamelensem celebrandam in Persepolis regia et diis sacra fecisse et ad splendida convivia amicos invitasse. In his quum vino omnes incaluissent, Thaidem facundam mulierem: „Omnium rerum ab Alexandro in

1) Cf. Fragm. VIII.

2) Ita et secundum Sophoclis locum (ap. Cic. ad Attic. II, 16.) et secundum veram Longini sententiam cum Toupio legendum esse censeo, quanquam vulgo in edd. secundum metri rationem exhibetur:
Σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ,
quam scripturam etiam Weiskius frustra defendit. Quod enim sensum: „exiguis quidem viribus, sed magno conatu" veriorem et ingenio Clitarchi convenientiorem esse putat, id uno Quintiliani loco (X, 1.) satis reprobatur.

3) Cf. supra p. 152. Quid quod vel ii auctores Clitarchi fidem spernere ausi sunt (cf. ann. ad Fragm. XI. et Ptolem. Fragm. XXI), ubi de rebus notissimis aperte eum sive errasse sive mentitum esse sentiebant.

Asia gestarum pulcherrimam iri collaudatum, dixisse, si Bacchicam pompam cum ipsis agens Persarumque scelera in Graecia olim perpetrata ulciscens antiquissimam et splendidissimam eorum regiam incenderet. Ita enim quae ab omnibus Persis maximi aestimarentur, brevissimo temporis momento mulierum manibus eversum iri." Quibus dictis magno applausu primum amicos deinde ipsum regem assensos, dein surgentes et Bacchica pompa incedentes et paeanem in dei laudem canentes tibiis ac citharis sonantibus insanum temulentae mulieris consilium regem et amicos esse exsequutos. Plutarchus vero (Vit. Alex. c. 38.) ubi eadem fere narravit, cautius addit: *οἱ μὲν οὕτω ταῦτα γενέσθαι φασὶν, οἱ δ' ἀπὸ γνώμης*, atque Arrianus (Exp. Alex. III, c. 18.) pellicis istius ne mentione quidem facta consulto Alexandrum quanquam Parmenione dissuadente hoc iussisse perseverat; cui etiam Strabo (l. XV. t. VI. p. 208. Tzsch. 730. Cas.) et Auctor Itiner. Alex. (c. 67.) consentiunt [1]. Quare etiamsi non certissimo Athenaei testimonio (l. XIII. p. 576. D. Fragm. V.) doceremur, istam de Thaide narrationem a Clitarcho sive fictam sive pervulgatam esse, ex iis, quae de illius scribendi genere supra sunt disputata, coniectura de Clitarcho auctore sponte emergeret. Nimirum hic de Thaide locus quam uberem rhetoricarum declamationum suppeditaverit materiem, ex Curtii loco supra citato optime intelligitur. Idem suspicari licet de narratione luctuosi spectaculi, quo Alexandrum ad Persepolin appropinquantem attonitum esse scribunt Diodorus et Curtius [2]. Nempe miserabile agmen Graecorum captivorum [3]) regi occurrisse, quos Persae variis suppliciis affectos, alios pedibus, alios manibus auribusque amputatis, inustisque barbararum litterarum notis in longum sui ludibrium reservassent. Quibus conspectis neque alium quenquam miseratione et lacrymis abstinuisse neque regem, qui bonum eos habere animum iussisset et largis donis oblatis in patriam se reducturum pollicitus esset. Consilio autem habito quum in Asia remanere maluissent, „illum non fortunae solum eorum, sed etiam poenitentiae misertum, terna millia denarium singulis dari iussisse, denas autem vestes adiectas esse, et

---

1) De hoc Alexandri consilio quid existimandum esse videatur, demonstrare studuerunt Sauto-Cruc. Exam. Crit. p. 311. Droysen. Hist. Alex. p. 247. ann. 52 et 53. Mützellius ad Curt. l. c. p. 459 sqq.

2) Diod. XVII, 69. Curt. V, 5 (17 sqq.), 5 sqq. cf. Justin. XI, 14. et Suid. s. v. Ἀλέξανδρος. Mützell. ad Curt. l. c.

3) Curtio teste eorum numerus erat ad quattuor fere millia, secundum Diodorum et Justinum octingenti!

armamenta cum pecoribus et frumento data, ut coli serique attributus iis ager posset." Quae quidem narratio quanquam non certo testimonio Clitarcho assignatur, praeterquam quod apud eos tantum scriptores reperitur, quos istius auctoritatem omnium maxime sequutos esse compertum est, et rhetoricam Clitarchi pompam et totam Clitarcheam narrationis indolem ita sapit, ut de hoc eius auctore dubitare vix possimus. Scilicet egregie haec erant excogitata ad miserationis et horroris sensus in lectorum animis commovendos. Sicuti vero in iis, quae de Thaide fabulatus est, ita etiam hac narratione illud potissimum Clitarchus videtur sequutus esse consilium, ut luculentis Alexandrum documentis tanquam magnanimum atque insignem Graecorum ultorem lectoribus proponeret. Eodem videntur spectare, quae de Branchidarum ultione leguntur apud Curtium[1]), ab Arriano ne verbo quidem commemorata. Quae etsi a Clitarcho mere excogitata et efficta esse minime dixerim, vehementer tamen ab eo videntur esse exaggerata atque variis additamentis exornata, quo magis cruenta ista ultio a sacrilegis proditoribusque petita Graecorum animis arrideret. Etenim — ne mireris crudelitatem ac ferocitatem, qua his auctoribus saeviisse narratur idem Alexander, cuius modo praedicabatur summa liberalitas et benignitas — ipsa immanitatis exaggeratione Clitarchus et qui eum sequebantur Alexandri rerum scriptores lubentissime utebantur in rhetoricae pompae ostentationem, qua horroris simul ac misericordiae sensibus lectorum animos commoverent ac temperarent. Huc pertinent etiam quae narrantur apud Curtium[2]) de poena singulari, qua post Gazae expugnationem Betis, fidelissimus Darii eunuchus, ab Alexandro fertur affectus esse. Captivus enim in conspectum regis adductus quum non solum interrito, verum etiam contumaci vultu regem intuens nullam ad eius minas vocem redderet, Alexander alias virtutis etiam in hoste mirator, eo furoris et ferocitatis progressus esse traditur, „ut per talos spirantis lora traiiceret religatumque ad currum equis circa urbem traheret, glorians Achillem, a quo genus duceret, imitatum se esse poena in hoste capienda." Nonne igitur haec quoque, praesertim quum apud rhetoricos tantum legantur aucto-

1) Curt. VII, 5 (23), 28 sqq. De Branchidis cf. Callisth. Fragm. XVI et ann. ad h. l. Plin N H V, 29, 31. Suid. v. Βραγχίδαι. Diod. Ind. l. XVII. Sect. II, κ'. Hdt VI, 19. Wessel. ad h. l. et G. Soldan. comment. in Zimmerm. actt. diurn. antiquit. a. 1842. p. 572 sqq.

2) Curt. IV, 6 (28). cf. Dion. Halic. de comp. verb. XVIII. p. 123. et 125.

res, ad Alexandri et Achillis comparationem quamvis ineptam magnifice exornandam a Clitarcho videntur prodita esse[1])? Nimirum istiusmodi exaggerationes atque fabulae quantopere abhorrerent ab humanitatis et generositatis laude, ne ab hostibus quidem magno Macedonum regi detrectata, nihil iste curabat atque pensitabat[2]), dummodo vel orationis nitore vel narrationis varietate ac novitate lectorum alliceret atque deliniret animos; quare lectorum potius quam Alexandri adulatorem equidem eum appellaverim. Ad lectorum autem delectationem augendam omnium maxime exornata sunt et lepida de Amazonis adventu fabula (Clit. Fragm. IX.), et quae de panico terrore ante pugnam Gaugamelensem Baccheoque furore ad Nysam, Indiae urbem, inter Macedones oborto (cf. Fragm. X.), de signis Alexandri exitum portendentibus, de variis mortis causis, de annulo Perdiccae tradito postremisque regis sermonibus apud Diodorum, Curtium, Justinum perhibentur[3]). Imprimis vero huc referenda sunt, quae in Medii Thessali epulis Alexandro accidisse tradunt. Etenim, ut Iustini verbis utar, accepto poculo Alexander media potione repente veluti telo confixus ingemuit; elatusque e convivio semianimis tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret tactum-

---

1) Verum quidem est quod annotat Mützellius ad Curt. l. c. (p. 258): „Ein Zerrbild dieser schauerlichen Scene, welches man nicht ohne Widerwillen lesen kann, entwirft Hegesias bei Dionys. l. c.: *τὸν μέντοι (πρὸς?) βασιλέα αὐτὸν ἀνήγαγον ζῶντα Λεωνάτος καὶ Φιλωτᾶς· ἰδὼν δὲ πολύσαρκον καὶ μέγαν, ὡς βδελυρώτατον (μέλας γὰρ ἦν καὶ τὸ χρῶμα) μισήσας ἐφ' οἷς ἐβεβούλευτο καὶ τὸ εἶδος, ἐκέλευσε διὰ τῶν ποδῶν χαλκοῦν ψαλλίον διείραντας ἕλκειν κύκλῳ γυμνόν· πιλούμενος δὲ κακοῖς περὶ πολλὰς τραχύτητας ἔκραζεν·* — *ἐπέτεινε μὲν γὰρ ὁ πόνος, βάρβαρον δ' ἐβόα δεσπότην καὶ ἱκετεύων· γελᾶν δ' ὁ σολοικισμὸς ἐποίει, τὸ δὲ στέαρ καὶ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς ἐνέφαινε βαβυλώνιον ζῶον ἕτερον ἁδρόν· ὁ μὲν οὖν ὄχλος ἐνέπαιζε, στρατιωτικὴν ὕβριν ὑβρίζων εἰδεχθῆ καὶ τῷ τρόπῳ σκαιὸν ἐχθρόν.* — Neque vero ideo cum Mützellio exclamaverim: „Wie edel und würdig ist dagegen die Schilderung bei Curtius gehalten!" Nimium etiam ponderis tribuit idem v. d. Dionysii fidei.

2) Quin etiam plurima, quae de turpissima Alexandri morum depravatione, superbia, immanitate apud Diodorum, Curtium, Justinum rhetorice ac fabulose declamantur, a Clitarcho potissimum videntur esse repetenda, veluti fabula ista de Callisthene, quem Alex. truncatis crudeliter omnibus membris, abscissisque auribus ac naso labiisque deforme et miserandum spectaculum reddidisse et insuper cum cane in cavea clausum ad metum ceterorum circumferri iussisse narratur. Justin. XV, c. 3. cf. de Vit. et scriptt. Callisth. l. VI. c. I.

3) Cf. quae annotavimus Lib. II. c. II. ad Aristob. Fragm. XLVI et XLVII.

que hominum veluti vulnera indolesceret. Qua de narratione verissime existimat Plutarchus (Vit. Alex. c. 75.): *ἀλλὰ ταῦτά τινες ᾤοντο δεῖν γράφειν, ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς πλάσαντες.* Quodsi memineris, quomodo Themistoclis mortem Cicerone teste Clitarchus rhetorice et tragice exornaverit, cui simillima haec de Alexandri exitu debeatur tragica expositio, facili opera indagabis.

Iam vero si summam feceris eorum, quae de Clitarchi genere scribendi sunt disputata, in Alexandri rebus conscribendis hoc unum ille sequebatur, ut vel rhetorico orationis nitore vel fabulosa argumenti novitate ac varietate lectorum animos alliceret atque deliniret. Cui consilio prout videbatur esse consentaneum, Alexandrum vel magnanimum fortemque Graecorum ducem et ultorem, vel mollem, comissabundum, cruentum tyrannum, orientis caerimonias ac vitia pro patriae moribus ac virtutibus turpiter affectantem adumbrabat, vel talia ei tribuebat, quae theatralem potius quam verum heroa decerent. Qua ratione quanto melius Clitarchus id quod volebat assequutus est, ut narrationes suae corruptis aequalium et posterorum sensibus egregie arriderent studiosissimeque lectitarentur, tanto magis huius potissimum scriptoris hallucinationibus, fabulis, commentis verum de Alexandri moribus ac rebus gestis iudicium non poterat non turbari atque praepediri.

C. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

Athen. IV. p. 148. d.

De Thebanorum epulis.

Εἰς ταῦτα ἔστιν ἀποβλέποντα τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγαπᾶν τὴν Ἑλληνικὴν πενίαν, λαμβάνοντα πρὸ ὀφθαλμῶν καὶ τὰ παρὰ Θηβαίοις δεῖπνα· περὶ ὧν Κλείταρχος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν διηγούμενος, καὶ ὅτι ὁ πᾶς αὐτῶν πλοῦτος ηὑρέθη μετὰ τὴν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως κατασκαφὴν ἐν ταλάντοις τετρακοσίοις τεσσαράκοντά φησιν, ὅτι τε μικρόψυχοι ἦσαν καὶ τὰ περὶ τὴν τροφὴν λίχνοι, παρασκευάζοντες ἐν τοῖς δείπνοις θρῖα καὶ ἑψητοὺς καὶ ἀφύας καὶ ἐγκρασιχόλους καὶ ἀλλᾶντας καὶ σχελίδας καὶ ἔτνος.

Haec a Clitarcho eo commentariorum loco allata esse, ubi de Thebarum excidio egisset, sponte apparet. Eundem talentorum numerum ex captivis Thebanis ab Alexandro venum datis rediisse scribit Diodorus l. XVII, c. 14., qui in universum quaecunque inde a c. 10. de Thebarum expugnatione persequutus est, ex Clitarcho videtur hausisse. Huc vero ea potissimum spectant, quae leguntur l. c. 14: *Τῶν δὲ Θηβαίων ἀνηρέθησαν μὲν ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους, αἰχμάλωτα δὲ σώματα συνήχθη πλείω τῶν τρισμυρίων, χρημάτων δὲ ἄπληστον πλῆθος διεφορήθη.* Et ad finem huius capitis: *Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκολούθως τῇ τοῦ συνεδρίου γνώμῃ τὴν μὲν πόλιν κατασκάψας πολὺν ἐπέστησε φόβον τοῖς ἀφισταμένοις τῶν Ἑλλήνων, τοὺς δ' αἰχμαλώτους λαφυροπωλήσας ἤθροισεν ἀργυρίου τάλαντα τετρακόσια καὶ τετταράκοντα.* Cf. Lib. I. c. II. Ptolem. Fragm. III.

FRAGM. II.

Athen. XII. p. 530. a.

De Sardanapali regis morte.

Κλείταρχος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον γήρᾳ τελευτῆσαί φησι Σαρδανάπαλλον μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν τῆς Σύρων ἀρχῆς.

Haec ubi adscripserit Clitarchus, primo obtutu unicuique apparebit; eodem videlicet loco, ubi reliqui Alexandri rerum auctores eiusdem Sardanapali mentionem fecerunt, veluti Aristobulus Fragm. VI., Callisthenes Fragm. XII. Quod vero Athenaeo teste haec quinto Clitarchi commentariorum libro erant consignata, hinc de Clitarchei operis amplitudine atque ubertate iudicium satis certum facere licet. Ab Arriano enim idem argumentum secundo Expeditionis Alexandri libro tractatum est.

FRAGM. III.

Cic. Ep. ad fam. II, 10.

De proelio ad Issum facto.

Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienses, hostes sempiternos. Multi occisi, capti; reliqui dissipati; castella munita improviso adventu capta et incensa. Ita victoria iusta imperator appellatus apud Issum (quo in loco, saepe ut ex te audivi, Clitarchus tibi narravit, Darium ab Alexandro esse superatum) adduxi exercitum.

Quod in his litteris ad Caelium Rufum scriptis Cicero ad Clitarchum, instar omnium Alexandri rerum auctorum, provocavit, inde iure videtur colligi, id quod supra (c. I. p. 153.) disputavimus, studiosissime eius commentarios a Romanis esse lectitatos. Clitarchi autem; ut alias, ita in hoc etiam proelio adumbrando vestigia presserunt Diodorus XVII, c. 32. et Curtius III, 8 (20), 12 sqq. cf. Ptolem. Fragm. V. Callisth. Fragm. XIII. De vero pugnae loco, ut solet, accuratissime egit Mützellius l. c. p. 100—104.

FRAGM. IV.

a) Diod. II, c. 7. b) Tzetz. Chil. IX, vs. 567 sqq. et 586 sqq.

De muris Babyloniis.

b) Ἡ δὲ Σεμίραμις, οὖσα φύσει μεγαλεπίβολος καὶ φιλοτιμουμένη τῇ δόξῃ τὸν βεβασιλευκότα πρὸ αὐτῆς ὑπερθέσθαι, πόλιν μὲν ἐπεβάλετο κτίζειν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, ἐπιλεξαμένη δὲ τοὺς πανταχόθεν ἀρχιτέκτονας καὶ τεχνίτας, ἔτι δὲ τὴν ἄλλην χορηγίαν παρασκευασαμένη, συνήγαγεν ἐξ ἁπάσης τῆς βασιλείας πρὸς τὴν τῶν ἔργων συντέλειαν ἀνδρῶν μυριάδας διακοσίας· ἀπολαβοῦσα δὲ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν εἰς μέσον περιεβάλετο τεῖχας τῇ πόλει σταδίων

ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων, διειλημμένον πύργοις πυκνοῖς καὶ μεγάλοις, (τηλικοῦτον δ' ἦν τὸ βάρος τῶν ἔργων ὥστε τὸ μὲν πλάτος εἶναι τῶν τειχῶν ἓξ ἅρμασιν ἱππάσιμον, τὸ δ' ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούουσιν,) ὥς φησι Κτησίας ὁ Κνίδιος, ὡς δὲ Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε σταδίων· καὶ προστιθέασιν ὅτι τῶν ἴσων ἡμερῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν οὐσῶν ἐφιλοτιμήθη τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν σταδίων ὑποστήσασθαι· ὀπτὰς δὲ πλίνθους εἰς ἄσφαλτον ἐνδησαμένη τεῖχος κατεσκεύασε τὸ μὲν ὕψος, ὡς μὲν Κτησίας φησὶ, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δ' ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν, πηχῶν πεντήκοντα, τὸ δὲ πλάτος πλεῖον ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον· πύργους δὲ τὸν μὲν ἀριθμὸν διακοσίους καὶ πεντήκοντα, τὸ δ' ὕψος καὶ πλάτος ἐξ ἀναλόγου τῷ βάρει τῶν κατὰ τὸ τεῖχος ἔργων. — — ἀνὰ μέσον δὲ τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν τειχῶν ὁδὸς πάντῃ κατελέλειπτο δίπλεθρος.

b) Ἡ πᾶσα δὲ περίμετρος ὑπῆρχε Βαβυλῶνος
στάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα Κτησίᾳ,
κατὰ δὲ Κλείταρχον αὐτὸν καὶ τοὺς μετ' Ἀλεξάνδρου
καὶ κατὰ τὸν Διόδωρον αὐτὸν τὸν Σικελὸν δὲ
τριακοσιεξήκοντα καὶ πέντε δὲ σταδίων. — —
Ἀλλ' ὅτε ταῦτα ἴσως μὲν κατεῖδεν ὁ Κτησίας,
ἦσαν ἑξηκοντόργυια τὰ ὕψη τὰ τῶν πύργων,
καὶ δὴ πεντηκοντόργυια τότε τειχῶν τὰ ὕψη.
Ὑπὸ πολέμων καὶ σεισμῶν δ' ἴσως καταπτωθέντα,
ὕστερον ἂν ὁ Κλείταρχος καὶ πᾶς μετ' Ἀλεξάνδρου
κατεῖδον οὕτω ταπεινὰ τῶν ὀργυιῶν τὰ ὕψη,
ὡς πρὸς πηχῶν ἐλάττωσιν μόλις ποσὸν λαβόντα.

Ad Diodori locum qui incipit verbis: *τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε* haec attulerunt interpretes: Genitivum *ποδῶν* legit Latinus interpres ante *τριακοσίων*, aut certe putavit legendum: quae tamen sequuntur, videntur *σταδίων* poscere, ac tunc fuerit revera *ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούουσιν*, sicuti modo dixit. Utut sit, genitivum hic desiderari nemo negaverit. Steph. Hic post *ἀνέγραψαν* interiiciendae videntur quaedam voces, ut fuerint: *γενέσθαι τὸν περίβολον τριακοσ.* Quae stadia si in milliaria Teutonica per triginta et duo redegeris, XI mill. cum XIII stadiis prodibunt. Herodotus tamen I, 178. CCCCLXXX stadiis ambitum includit: quae Plinius VI, 26 in LX M. P. per CXXV, quot passus stadio continentur, resolvit; quo pacto XV milliaria Germanica efficiuntur. Strabo XVI. p. 1072 (738. Cas.) moenia Babylonis CCCLXXXV stadia complexa fuisse tradit: quae XII mill. Teutonica stadiumque unum con-

stituunt. Rhod. Τριακοσίων — καὶ πέντε σταδίων. Sic oportet; vocem quam addidi praeter scriptos Codd. agnoscit Jo. Tzetzes, haec Diodori l. c. exscribens. Cave vero Stephanum sequaris, ac de murorum altitudine accipias. Ambitum urbis stadiorum CCCLXV, quot dies annum absolvunt, Clitarchus, de quo rerum Alexandri scriptore Jo. Gerh. Voss. I. H. Gr. 10., fuisse tradiderat; nam quod Jac. Capellus vocem πέντε inducit, id equidem factum nollem: vetant scripti libri, Tzetzes, et ea, quae Diodorus addit. Wessel. Admovit et huic loco manus Jul. Caes. Bulengerus in Eclog. ad Arnobium p. 239., quem si adieris, negabis, credo, Diodori librum, cum ea commentaretur, ab illo fuisse inspectum. Idem in Add. — Eadem fere leguntur apud Curtium V, 1 (4), 24 sqq.: „Ceterum ipsius urbis (Babylonis) pulchritudo ac vetustas, non regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. Semiramis eam condiderat, non, ut plerique credidere, Belus, cuius regia ostenditur. Murus instructus latercul0 coctili, bitumine interlitus, spatium XXX et duorum pedum in latitudinem amplectitur: quadrigae inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri L cubitorum eminet spatio: turres denis pedibus, quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXV stadia complectitur: singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriae proditum est. Aedificia non sunt admota muris, sed fere spatium iugeri unius absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt: per LXXX stadia habitatur, nec omnia continua sunt, credo, quia tutius visum est, pluribus locis spargi. Cetera serunt coluntque, ut, si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo administrentur. Euphrates interfluit, magnaeque molis crepidinibus coercetur sqq." Quae quum omnia accuratissime iis respondeant, quae leguntur apud Diodorum, rectissime Mützellius ad h. l. pro vulgata scriptura: „CCCLXVIII stadia" exhibuit „CCCLXV stadia" annotans: „Die aufgenommene Lesart ist von Brisson. de regn. P. 1, 81. p. 120. vorgeschlagen, und wird besonders durch Diod. l. c. bestätigt." Praeterea de Babylonis descriptione cf. Hdt. I, c. 178 sqq. (Wessel. et Larcher. ad h. l.) Ctesias Assyriaca Fragm. V. (cf. Baehrii ann. ad h. l.) Strab. l. XVI. t. VI. p. 249 (738. Cas.). Plin. N. H. VI, 26, 30. Solin. c. 30. (cf. Salmas. ad h. l.) Oros. II, c. 6. Philostrat. Vit. Apoll. I, 25. (cf. Olear. ad h. l.) J. Capellus tractat. de mensuris l. l. Bochart. Canaan I. c. 12 (p. 50). Fréret Memoires de l' Acad. d' Inscr. XXV. p. 432. Heeren Ideen I, 2. p. 159. Ritter Erdk. T. X. p. 35 sqq. De re-

centiorum peregrinatorum investigationibus haec adscripsit Van der Chys in Commentar. Geogr. p. 64: „Proxime elapso saeculo pauci tantum peregrinatores rudera Babylonis investigaverunt. Niebuhrium, unum ex paucis illis, quum in eo occupatus esset, quo minus pergeret, impedivit metus Arabum deserta illa loca populantium vitaeque peregrinatorum imminentium. Nostra autem aetate reliquias metropoleos Babyloniae ter imprimis perscrutati sunt duo Angli doctissimi: alter Richus, Anglorum consulis qui dicitur munere functus in vicina urbe Bagdad, bis rudera Babylonis adiit, annis 1811 et 1821; alter Ker-Porterus, doctrinae satis magna copia instructus peregrinator, semel anno 1818. Hic quae in vicinia Babylonis et in ipso solo, ubi magnificentissima urbs antea steterat, investigavit, omnia dilucide atque eleganter descripsit Vol. II. Itinerarii p. 264—407." Denique postquam ex his nonnulla excerpsit haec addit idem v. d.: „De Babylone autem eiusque ruderibus conferre quoque operae pretium est quae congessit Tzschuckius ad Pomp. Mel. I, 11. §. 2; Onseleius in Itineribus per varias regiones Orientis Anglice descriptis (Londini 1819—1823) et Keppelii Itinerarium ex India in Angliam. cf. Edinburgh Rewiew, mensis Maii 1828 (No. 94.) p. 368—85."

FRAGM. V.

Athen. XIII. p. 576. d.

De Thaidis consilio Persepolis regiam incendendi.

Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θαΐδα εἶχε μεθ᾽ ἑαυτοῦ τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν; περὶ ἧς φησι Κλείταρχος ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια.

Pluribus de hoc loco egimus c. I, p. 155—156. De Thaide cf. Comment. nostr. de Vit. Ptolem. Lag. p. 47.

FRAGM. VI et VII.

Plin. N. H. VI. Cap. XIII. sect. 15. Strab. l. XV. t. VI. p. 362. (491. Cas.)

De mari Caspio sive Hyrcanio.

Nam et irrumpit Scythico oceano in aversa Asiae, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus, Caspio et Hyrcanio. Non minus hoc esse quam Pontum Euxinum, Clitarchus putat.

Ἐκ νότου δὲ ἡ ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύρου μέχρι τῆς Κολχίδος ὅσον τρισχιλίων οὖσα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ

θάλατταν, δι' Ἀλβανῶν καὶ Ἰβήρων, ὥστε ἰσθμοῦ λόγον ἔχειν. Οἱ δ' ἐπὶ τοσοῦτον συναγαγόντες τὸν ἰσθμὸν, ἐφ' ὅσον Κλείταρχος, ἐπίκλυστον φήσας ἐξ ἑκατέρου τοῦ πελάγους, οὐδ' ἂν λόγου ἀξιοῖντο.

Sancto-Crucius Exam. Crit. p. 711, ubi data opera de mari Caspio disserit, haud improbabile esse iure suo existimat; ex Clitarchi commentariis fluxisse, quae leguntur apud Plutarchum Vit. Alex. c. 44: *Αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) μετὰ τῆς ἀκμαιοτάτης δυνάμεως εἰς Ὑρκανίαν κατέβαινε· καὶ πελάγους ἰδὼν κόλπον οὐκ ἐλάττονα μὲν τοῦ Πόντου φανέντα, γλυκύτερον δὲ τῆς ἄλλης θαλάττης, σαφὲς μὲν οὐδὲν ἔσχε πυθέσθαι περὶ αὐτοῦ, μάλιστα δὲ εἴκασε τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἀνακοπὴν εἶναι. Καίτοι τοὺς γε φυσικοὺς ἄνδρας οὐκ ἔλαθε τἀληθὲς, ἀλλὰ πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας ἱστορήκασιν, ὅτι τεσσάρων κόλπων εἰσεχόντων ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάσσης βορειότατος οὗτός ἐστι, τὸ Ὑρκάνιον πέλαγος καὶ Κάσπιον ὁμοῦ προσαγορευόμενον.* Simillima sunt Strabonis l. II. T. I. p. 322. (121. Cas.) Discrepant paululum Curtii VI, 4 (12), 18 sqq. (cf. VII, 3 (4), 19): „Mare Caspium, dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit; piscium in eo longe diversus ab aliis color est. Quidam Caspium, quidam Hyrcanium appellant: alii sunt, qui Maeotiam paludem in id cadere putent: et argumentum afferunt, aquam, quod dulcior sit, quam cetera maria, infuso paludis humore mitescere. A septentrione ingens in litus mare incumbit, longeque agit fluctus, et magna parte exaestuans stagnat. Idem alio coeli statu recipit in se fretum, eodemque impetu, quo effusum est, relabens, terram naturae suae reddit. Et quidam credidere, non Caspium mare esse, sed ex India in Hyrcaniam cadere, cuius fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle summittitur." cf. Diod. XVII, 75. sqq. Hdt. I, 202. Pomp. Mel. III, 5. Recentiorum virorum doctorum observationes de hoc mari diligentissime congessit Mützellius ad Curt. l. c. p. 533.

FRAGM. VIII.

a) Demetr. *περὶ Ἑρμ.* c. 130. b) Tzetz. Chil. VII, 49 sqq. cf. XI, 832 sqq.

De anthredone sive tenthredone.

a) *Καθάπερ ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς τενθρηδόνος λέγων, ζῶον μελίσσῃ ἐοικότος, κατανέμεται μὲν, φησὶ, τὴν ὀρεινὴν, εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς.*

b) *Γράφων οὗτος ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς τενθρηδόνος, ἥ τις ἐστὶ ζωΰφιον παρεμφερὲς μελίσσῃ,*

ὡς εἴπερ περὶ λέοντος ἔγραφε τοῦ Νεμέας,
εἴτ' οὖν γε ταύρου τοῦ Κρητὸς ἐκείνου τοῦ πυρπνόου,
ἢ τοῦ Ἐρυμανθίου τε κάπρου καὶ Καλυδῶνος,
εἴτ' οὖν τινος τῶν ὑψηλῶν καὶ τῶν μεγίστων ζώων,
ἢ ὅπως γράφων ὑψηλῶς καὶ ἐπηρμένως λέγει,
νέμεται μὲν τὴν ὀρεινήν, ἵπταται δρῦς τὰς κοίλας.

Apertissimo hic locus, ad quem supra iam c. I. p. 155. provocavimus, est documento, quam multa Diodorus non allegato auctoris nomine ex Clitarchi hauserit commentariis, quandoquidem ille l. XVII, c. 75., Alexandri in Hyrcaniam expeditionem persequutus, de insecto isto, mollita tamen, ut ait Wesseling. ad h. l., audaciore qua Clitarchus usus fuerat figura, haec narrat: ἔστι δὲ καὶ ζῷον κατὰ τὴν χώραν (Ὑρκανίαν) ἐπτερωμένον, ὃ καλεῖται μὲν ἀνθρηδών, λειπόμενον δὲ μεγέθει μελίττης μεγίστην ἔχει τὴν ἐπιφάνειαν· ἐπινεμόμενον γὰρ τὴν ὀρεινὴν ἄνθη παντοῖα δρέπεται, καὶ ταῖς κοιλάσι πέτραις καὶ τοῖς κεραυνοβόλοις τῶν δένδρων ἐνδιατρῖβον κηροπλαστεῖ, καὶ κατασκευάζει χύμα διάφορον τῇ γλυκύτητι, τοῦ παρ' ἡμῖν μέλιτος οὐ πολὺ λειπόμενον. De anthredone sive tenthredone Wesselingius ad h. l. conferri iubet Hesych. s. h. v. (ζῶον τῶν ἐντόμων καὶ κεντροφόρων, παραπλήσιον σφηκί) Aristot. Hist. Anim. IX, 43. Ael. Hist. Anim. XV, 1. cf. Jacobs. ad h. l.

FRAGM. IX.

Strab. l. XI. t. IV. p. 440—41. (505. Cas.) cf. Plut. Vit. Alex. c. 46. (Onesicr. Fragm. V.)

De Thalestriae Amazonis adventu ad Alexandrum.

Ὅπου δὲ νῦν εἰσιν (αἱ Ἀμαζόνες), ὀλίγοι τε καὶ ἀναποδείκτως καὶ ἀπίστως ἀποφαίνονται· καθάπερ καὶ περὶ Θαληστρίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμῖξαι φασὶν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ καὶ συγγενέσθαι τεκνοποιΐας χάριν, δυναστεῦσαι τῶν Ἀμαζόνων· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται τοῦτο, ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν, οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τοιούτου, οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι. Κλείταρχος μέν φησι τὴν Θαληστρίαν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καὶ Θερμώδοντος ὁρμηθεῖσαν ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον.

Addit vero Strabo: εἰσὶ δ' ἀπὸ Κασπίων εἰς Θερμώδοντα στάδιοι πλείους ἑξακισχιλίων, καὶ τὰ πρὸς τὸ ἔνδοξον θρυλληθέντα κἂν ὁμολογῆται παρὰ πάντων, οἱ δὲ πλάσαντες ἦσαν οἱ κολακείας μᾶλλον ἢ ἀληθείας φροντίζοντες. Plutarchi locum s. c. et reliqua, quae ad huius fragmenti interpretationem per-

tinent, adscripsimus ad Onesicr. Fragm. V. Ex Clitarcho vero hausta sunt, quae eadem de re leguntur apud Diodor. XVII, c. 77: *Ἐπανελθόντος δ' αὐτοῦ πάλιν εἰς τὴν Ὑρκανίαν, ἧκε πρὸς αὐτὸν ἡ βασίλισσα τῶν Ἀμαζόνων, ὄνομα μὲν Θάληστρις, βασιλεύουσα δὲ τῆς μεταξὺ τοῦ Φάσιδος καὶ Θερμώδοντος χώρας· ἦν δὲ τῷ τε κάλλει καὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρουσα, καὶ παρὰ τοῖς ὁμοεθνέσι θαυμαζομένη κατ' ἀνδρείαν, καὶ τὸ μὲν πλῆθος τῆς στρατιᾶς ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ὑρκανίας ἀπολελοιπυῖα, μετὰ δὲ τριακοσίων Ἀμαζονίδων κεκοσμημένων πολεμικοῖς ὅπλοις παραγενομένη· τοῦ δὲ βασιλέως θαυμάζοντος τό τε παράδοξον τῆς παρουσίας καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν γυναικῶν, καὶ τὴν Θάληστριν ἐρομένου τίνα χρείαν ἔχουσα πάρεστιν, ἀπεφαίνετο παιδοποιίας ἕνεκεν ἥκειν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ τῶν ἁπάντων ἀνδρῶν διὰ τὰς πράξεις ἄριστον ὑπάρχειν, αὐτὴν δὲ τῶν γυναικῶν ἀλκῇ τε καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρειν· εἰκὸς οὖν τὸ γεννηθὲν ἐκ δυοῖν γονέων πρωτευόντων ὑπερέξειν ἀρετῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· καὶ πέρας ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ προςδεξάμενος τὴν ἔντευξιν αὐτῆς, καὶ συμπεριενεχθεὶς ἡμέρας τρειςκαίδεκα, τιμήσας τε ἀξιολόγοις δώροις, ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν οἰκείαν.* Eadem eodem ex fonte excerpsit etiam Trogus atque ex eo Justinus XII, c. 3: „Ibi (Hyrcania Mardisque subactis) ei (Alexandro) occurrit Thalestris (sive Minithaea *)), Amazonum regina cum trecentis muliebribus, viginti quinque dierum inter infestissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quaesitura: cuius conspectus adventusque admirationi omnibus fuit, et propter insolitum feminis habitum, et propter expetitum concubitum. Ob hoc tredecim diebus otio a rege datis, ut visa est uterum implesse, discessit." Neque discrepant quae leguntur apud Curtium VI, 5 (19), 24 sqq., praeterquam quod Amazonum sedes male ab eo confusae (cf. Mütz. p. 544. et 532) et magis rhetorice singula sunt exornata. Habet enim haec: „Erat, ut supra (VI, 4 (12), 17) dictum est, Hyrcaniae finitima gens Amazonum circa Thermodonta amnem Themiscyrae incolentium campos. Reginam habebant Thalestrim, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem imperitantem. Haec cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit, et quum haud procul abesset, praemisit indicantes, venisse reginam adeundi eius cognoscendique avidam. Protinus facta potestate veniendi, ceteris iussis subsistere, trecentis feminarum comitata processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit duas lanceas dextera praeferens. Vestis non toto Amazonum corpori obducitur: nam laeva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt, infra genua descen-

---

*) Quod additamentum recte cum Iuntis delendum censet Graevius.

dit. Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant; aduritur dextera, ut arcus facilius intendant, et tela vibrent. Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum eius haudquaquam rerum famae parem oculis perlustrans. Quippe omnibus barbaris in corporum maiestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est. Ceterum interrogata, num aliquid petere vellet, haud dubitavit fateri, ad communicandos cum rege liberos se venisse, dignam ex qua ipse regni generaret heredes. Feminini sexus se retenturam, marem reddituram patri. Alexander, an cum ipso militare vellet, interrogat: et illa, causata sine custode regnum reliquisse, petere perseverabat, ne se irritam spei abire pateretur. Acrior ad Venerem feminae cupido, quam regis, ut paucos dies subsisteret perpulit. XIII dies in obsequium desiderii eius absumti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienem petiverunt."

FRAGM. X.

Schol. in Apollon. Argonaut. II, v. 904—907.

De Dionysi expeditione Indica et Nyssa monte.

Ὅτι δὲ Διόνυσος ἐπολέμησεν Ἰνδοῖς, Διονύσιός[1]) φησι καὶ Ἀριστόδημος ἐν ᾱ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων[2]), καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις, προσιστορῶν, ὅτι καὶ Νύσσα ὄρος ἐστὶν ἐκεῖ, καὶ κισσῷ ὅμοιον φυτὸν, ὃ καλεῖται σκινδαψός. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Χαιμαλέων ἱστόρησεν ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος.

Ex eodem fonte fluxisse videntur quae de Nysa urbe ab Osiri condita leguntur apud Diodorum I, c. 19: *Ἔπειτα (τὸν Ὄσιριν) ποιήσασθαι τὴν πορείαν δι' Ἀραβίας παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν ἕως Ἰνδῶν καὶ τοῦ πέρατος τῆς οἰκουμένης· κτίσαι δὲ καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν Ἰνδοῖς, ἐν αἷς καὶ Νῦσαν ὀνομάσαι, βουλόμενον μνημεῖον ἀπολιπεῖν ἐκείνης καθ' ἣν ἐτράφη κατ' Αἴγυπτον*[3])· *φυτεῦσαι δὲ καὶ κιττὸν ἐν τῇ παρ' Ἰν-*

1) Ita recte emendavit Brunckius pro vulg. *Διόνυσος*, annotans: „Sic passim peccatum in utramque partem. V. Dorvill. ad Chariton. p. 647."

2) „Corruptum videtur Schleusnero Cur. Noviss. in. Phot. Lex. c. 280., non item Jacobsio Prolegom. ad Commentar. in Anthol. Gr. p. XXXV, cui assentior." Brunck.

3) De ea cf. Diod. I, c. 15.: *γενέσθαι δὲ καὶ φιλογεωργὸν τὸν Ὄσιριν, καὶ τραφῆναι μὲν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐν Νύσῃ πλησίον Αἰγύπτου Διὸς ὄντα παῖδα, καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχειν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀπό τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ τόπου*

δοῖς Νύσῃ, καὶ διαμένειν τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν τε κατὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν ὅμορον χώραν. Atque de Dionysi expeditione Indica l. II, c. 38: *Μυθολογοῦσι δὲ παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς οἱ λογιώτατοι περὶ ὧν καθῆκον ἂν εἴη συντόμως διελθεῖν· φασὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀρχαιοτάτοις χρόνοις, παρ' αὐτοῖς ἔτι τῶν ἀνθρώπων κωμηδὸν οἰκούντων, παραγενέσθαι τὸν Διόνυσον ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν τόπων ἔχοντα δύναμιν ἀξιόλογον· ἐπελθεῖν δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, μηδεμιᾶς οὔσης ἀξιολόγου πόλεως τῆς δυναμένης ἀντιτάξασθαι· ἐπιγενομένων δὲ καυμάτων μεγάλων, καὶ τῶν τοῦ Διονύσου στρατιωτῶν λοιμικῇ νόσῳ διαφθειρομένων, συνέσει διαφέροντα τὸν ἡγεμόνα τοῦτον ἀπαγαγεῖν τὸ στρατόπεδον ἐκ τῶν πεδινῶν τόπων εἰς τὴν ὀρεινήν· ἐνταῦθα δὲ πνεόντων ψυχρῶν ἀνέμων καὶ τῶν ναματιαίων ὑδάτων καθαρῶν ῥεόντων πρὸς αὐταῖς ταῖς πηγαῖς, ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου τὸ στρατόπεδον· ὀνομάζεσθαι δὲ τῆς ὀρεινῆς τὸν τόπον τοῦτον Μηρόν, καθ' ὃν ὁ Διόνυσος ἐξέτρεψε τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς νόσου· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τοὺς Ἕλληνας περὶ τοῦ θεοῦ τούτου παραδεδωκέναι τοῖς μεταγενεστέροις τετράφθαι τὸν Διόνυσον ἐν μηρῷ· μετὰ δὲ ταῦτα τῆς παραθέσεως τῶν καρπῶν ἐπιμεληθέντα μεταδιδόναι τοῖς Ἰνδοῖς, καὶ τὴν εὕρεσιν τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων παραδοῦναι, πρὸς δὲ τούτοις πόλεών τε ἀξιολόγων γενηθῆναι κτίστην μεταγαγόντα τὰς κώμας εἰς τοὺς εὐθέτους τόπους, τιμᾶν τε καταδεῖξαι τὸ θεῖον καὶ νόμους εἰσηγήσασθαι καὶ δικαστήρια, καθόλου δὲ πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων εἰσηγητὴν γενόμενον θεὸν νομισθῆναι καὶ τυχεῖν ἀθανάτων τιμῶν.* Iam vero ex his vehementer sane mirum unicuique videatur necesse est, quod non Alexandri quoque expeditionem ad Nysam urbem factam variasque quae huc spectent de Macedonum Bacchico furore et quae sunt alia idem attigerit Diodorus libro XVII. Atque memoraverat haec profecto Diodorus haud secus atque a Curtio (loco infra adscripto) videmus factum esse. At vero pertinent haec ad vastam istam lacunam inter l. XVII, c. 83 et 84 (225. 8) ab interpretibus recte notatam ac iure deploratam, de qua Wesselingius haec annotat: „Inquisivi per amicos diligenter in Italia, Gallia et Germania ecqua ex mem-

---

Διόνυσον μετονομασθέντα· μεμνῆσθαι δὲ τῆς Νύσης καὶ τὸν ποιητὴν ἐν τοῖς ὕμνοις, ὅτι περὶ τὴν Αἴγυπτον γέγονεν, ἐν οἷς λέγει·

ἔστι δέ τις Νύση, ὕπατον ὄρος ἀνθέον ὕλῃ,
τηλοῦ φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.

εὑρετὴν δ' αὐτὸν γενέσθαι φασὶ τῆς ἀμπέλου περὶ τὴν Νῦσαν, καὶ τὴν κατεργασίαν τοῦ ταύτης καρποῦ προσεπινοήσαντα, πρῶτον οἴνῳ χρήσασθαι, καὶ διδάξαι τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τήν τε φυτείαν τῆς ἀμπέλου καὶ τὴν χρῆσιν τοῦ οἴνου καὶ τὴν συγκομιδὴν αὐτοῦ καὶ τήρησιν. cf. c. 17. (III. 55.) et Wesseling. ad h. l.

branis expleri posset, at frustra. Quare carendum illis perpetuo fuerit, nisi aliunde integriores Codd., quam qui in meam venerunt notitiam, felici quodam casu eruantur." Neque A. Maii Excerpta Vaticana ad hunc locum pertinent, quo inter alia multa, id quod docemur Indice Graeco, (Sect. II, c. λγ') scriptum erat, ὡς τὴν Νυσίαν ὀνομαζομένην πόλιν εὐεργέτησε διὰ τὴν ἀπὸ Διονύσου συγγένειαν. Aliquatenus tamen hoc damnum resarcitur loco Curtiano l. VIII, c. 10 (35—36), 7 sqq., ubi ex eodem, ut consentaneum est, Clitarcho delibata haec leguntur: „Inde (Alexander) domita ignobili gente ad Nysam urbem pervenit. Forte castris ante ipsa moenia in silvestri loco positis, nocturnum frigus vehementius, quam alias, horrore corpora affecit, opportunumque remedium ignis oblatum est. Caesis quippe silvis flammam excitaverunt, quae igni alita oppidanorum sepulcra comprehendit. Vetusta cedro erant facta, conceptumque ignem late fudere, donec omnia solo aequata sunt. Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tum et oppidani hostem, et Macedones ad urbem ipsos venisse cognoscunt. Iamque rex eduxerat copias, et moenia obsidebat, quum hostium, qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem, aliis pugnam experiri placebat: quorum dubitatione comperta, circumsideri tantum eos, et abstineri caedibus iussit. Tandemque obsidionis malis fatigati dedidere se. A Libero Patre conditos se esse dicebant; et vera haec origo erat. Sita est sub radicibus montis, quem Meron incolae appellant. Inde Graeci mentiendi traxere licentiam, Iovis femine Liberum Patrem esse celatum. — Rex, situ montis cognito ex incolis, cum toto exercitu praemissis commeatibus verticem eius ascendit. Multa hedera vitisque toto gignitur monte; multae perennes aquae manant. Pomorum quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortuitorum seminum fruges humo nutriente. Lauri baccarisque multa in illis rupibus agrestis est silva. Credo equidem, non divino instinctu sed lascivia esse provectos, ut passim hederae ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore similes bacchantibus vagarentur. Vocibus ergo tot milium praesidem nemoris eius deum adorantium iuga montis collesque resonabant, quum orta licentia a paucis, ut fere fit, in omnes se repente vulgasset. Quippe velut in media pace per herbas aggestamque frondem prostravere corpora. Et rex fortuitam laetitiam non aversatus, large ad epulas omnibus praebitis, per decem dies Libero Patri operatum habuit exercitum. Quis neget, eximiam quoque gloriam saepius fortunae, quam virtu-

tis esse beneficium? Quippe ne epulantes quidem et sopitos mero aggredi ausus est hostis, haud secus bacchantium ululantiumque fremitu perterritus, quam si proeliantium clamor esset auditus. Eadem felicitas ab oceano revertentes temulentos comissantesque inter ora hostium texit." Brevius eandem rem eodem ex fonte attigit Justinus XII, c. 7: „Cum ad Nysam urbem venisset, oppidanis non repugnantibus fiducia religionis Liberi Patris, a quo condita urbs erat, parci iussit; laetus non militiam tantum verum et vestigia se dei sequutum. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibusque bonis, vite, hederaque non aliter vestiti, quam si manu cultus colentiumque industria exornatus esset. Sed exercitus eius ubi ad montem accessit repentino impetu mentis in sacros dei ululatus instinctus cum stupore regis sine noxa discurrit; ut intelligeret, non tam oppido se parcendo quam exercitui suo consuluisse." Neque multum discrepant quae ex Onesicrito fortasse hausta leguntur apud Arrianum Exp. Alex. l. V, 1—3. Haec enim neque Ptolemaeo neque Aristobulo deberi, primum ex eo colligitur, quod totam hanc narrationem inducit Arrianus incerto isto: *λέγουσιν*, quo uti solet in iis afferendis, quae ab auctoribus suis unice fide dignis habitis discrepant; dein quod addit: *Καὶ ταῦτα ὅπως τις ἐθέλει ὑπολαβὼν ἀπιστείτω ἢ πιστευέτω· οὐ γὰρ ἔγωγε Ἐρατοσθένει τῷ Κυρηναίῳ πάντη ξυμφέρομαι, ὃς λέγει πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεται ἐκ Μακεδόνων πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου ἐς τὸ ὑπέρογκον ἐπιφημισθῆναι· καὶ γὰρ καὶ σπήλαιον λέγει ἰδόντας ἐν Παραπαμισάδαις τοὺς Μακεδόνας καί τινα μῦθον ἐπιχώριον ἀκούσαντας ἢ καὶ αὐτοὺς ξυνθέντας φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο, καὶ ὁ ἀετὸς ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως, καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε· τὸν δὲ Καύκασον τὸ ὄρος ἐκ τοῦ Πόντου ἐς τὰ πρὸς ἕω μέρη τῆς γῆς καὶ τὴν Παραπαμισαδῶν χώραν ὡς ἐπὶ Ἰνδοὺς μετάγειν τῷ λόγῳ τοὺς Μακεδόνας, Παραπάμισον ὄντα τὸ ὄρος αὐτοὺς καλοῦντας Καύκασον τῆς Ἀλεξάνδρου ἕνεκα δόξης, ὡς ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἄρα ἐλθόντα Ἀλέξανδρον.* (cf. Ptolem. Fragm. XVI et ann. ad h. l.) *ἔν τε αὐτῇ τῇ Ἰνδῶν γῇ βοῦς ἰδόντας ἐγκεκαυμένας ῥόπαλον τεκμηριοῦσθαι ἐπὶ τῷδε ὅτι Ἡρακλῆς ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο· ὅμοια δὲ καὶ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης ἀπιστεῖ Ἐρατοσθένης* (cf. Bernhardy Eratosthen. p. 247.), *ἐμοὶ δ' ἐν μέσῳ κείσθων οἱ ὑπὲρ τούτων λόγοι.* Denique, quod attinet ad Curtii vel potius Clitarchi ista: „Eadem felicitas ab oceano revertentes temulentos comissantesque inter ora

hostium texit"; idem Arrianus VI, 28 rectissime ita indicavit: *Ἤδη δέ τινες καὶ τοιάδε ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες, ὡς συζεύξας (ὁ Ἀλέξανδρος) δύο ἁρμαμάξας κατακείμενος ξὺν τοῖς ἑταίροις καταυλούμενος τὴν διὰ Καρμανίας ἦγεν, ἡ στρατιὰ δὲ αὐτῷ ἐστεφανωμένη τε καὶ παίζουσα εἵπετο, προὔκειτο δὲ αὐτῇ σῖτά τε καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τρυφὴν παρὰ τὰς ὁδοὺς συγκεκομισμένα πρὸς τῶν Καρμανίων, καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου Βακχείας ἀπεικάσθη Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διόνυσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν, καὶ Θρίαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ θριάμβους· ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν οὐδέ τις ἄλλος ὅντινα ἱκανὸν ἄν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε· καί μοι ὡς οὐ πιστὰ ἀναγεγράφθαι ἐξήρκεσαν.* cf. Aristob. Fragm. XXXVI et ann. ad h. l. Utcunque est, quamvis simillima sint Clitarcheis quae apud Curtium et Justinum extant, Arrianea ista de Nysa urbe et Bacchico furore Alexandri exercitum ad hanc urbem a Dionyso sive Osiri conditam invadente, ita tamen discrepant, ut ex alio fonte ea fluxisse intelligatur; veluti, ut hoc unum afferam, tota ista Acuphis legatio eiusque colloquium cum Alexandro, in quibus adumbrandis multus est Arrianus (l. c. 2), et a Curtio et a Justino prorsus omissa sunt. Quae quum item legantur apud Plutarchum (Vit. Alex. c. 58, ubi reliqua quidem de Nysa urbe usquequaque praetermissa, est profecto quod mireris), consentaneum videtur, Plutarchi et Arriani sicuti Curtii et Justini narrationes ad eosdem fontes esse referendas; alteri nempe ex Onesicrito, ut nobis quidem videtur, alteri ex Clitarcho hausisse putandi sunt. De utrisque autem Eratosthene auctore severissimum fecit iudicium auctor exactissimus Strabo l. XV. t. VI. p. 16 (688. Cas.): *Ὅτι δ' ἐστὶ πλάσματα ταῦτα* (de Dionyso, Prometheo, Hercule, quae attigit in antecedentibus p. 10 (687. Cas.) sqq.) *τῶν κολακευόντων Ἀλέξανδρον, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν ἀλλήλοις τοὺς συγγραφέας δῆλον, ἀλλὰ τοὺς μὲν λέγειν, τοὺς δὲ μηδ' ἁπλῶς μεμνῆσθαι. Οὐ γὰρ εἰκὸς, τὰ ἔνδοξα οὕτω καὶ τύφου πλήρη μὴ πεπύσθαι, ἢ πεπύσθαι μὲν, μὴ ἄξια δὲ μνήμης ὑπολαβεῖν, καὶ ταῦτα τοὺς πιστοτάτους αὐτῶν.* (His etiam comprobatur id quod supra negavimus Arrianea ista ex Ptolemaeo et Aristobulo hausta esse.) *Ἔπειτα ἐκ τοῦ μηδὲ τοὺς μεταξὺ, δι' ὧν ἐχρῆν τὴν ἐς Ἰνδοὺς ἄφιξιν γενέσθαι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα, μηδὲν ἔχειν τεκμήριον δεικνύναι τῆς*

ἐκείνων ὁδοῦ διὰ τῆς σφετέρας γῆς. Optimo iure perstrinxit hos auctores etiam Godofredus Bernhardyus Comment. de Dionys. Perieg. p. 509. Idem de scriptura commentatus est v. *Νύσα* sive *Νύσσα* in annot. ad Dionys. vs. 625 (p. 695), ubi attigit eam „Indici Bacchi sedem, a commentis veterum scriptorum ductam, qui monumentis expeditionem Alexandri M. consecraverunt vel Alexandrinam sectam probaverunt." Memoravit vero fabulas de Dionyso, Nysa, Mero, aliis id genus Arrianus etiam in Hist. Ind. I, 4 sqq. et V, 8 sqq. Apollodorus Biblioth. III, 4, 3. cf. Heyne ad h. l. Philostratus Vit. Apollon. II, 9. De Nysa urbe etiam Plin. N. H. VI, 21, 23: „Nec non et Nysam urbem plerique Indiae ascribunt, montemque Merum, Libero patri sacrum; unde origo fabulae, Iovis femore editum. cf. Etymol. M. s. v. *Διόνυσος*. „Merum autem montis in India nomen fuisse, agnoscunt Indi Tamuli, veteri e fama memorantes, Heroem taurinis cornibus in urbe Nisadabura, haud longe a Meru monte natum, carnibusque pastum ac vino repleri solitum, diis bellum fecisse: quae Nysam urbem Merumque montem et Bacchi apud Indos fabulas haud parum illustrare bene monuit Theophil. Sigefr. Bayerus Hist. Regn. Bactr. p. 3." Wesseling. ad Diod. II, 38 (151. 26). cf. Mannert. V. p. 38 et 141. Baber Mem. p. 141 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 370. ann. 18. Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 143, ubi inter alia quae huc spectant haec leguntur: „Die macedonischen Griechen kennen sehr wohl den Meru 1), verlegen jedoch die ganze Scene an die Vorhöhen des Himalaya in Kabulistan: hier, wo der köstliche Wein sich fand, den noch Baber 2) mit Wärme hervorhebt, hier musste bald ein Nysa gefunden oder fingirt werden 3); das ganze Gebirge erhielt davon den Namen Paropanisas, oberhalb Nisa, und hier mogte auch die Indische Ableitung entstehen, die wir oben zurückweisen mussten." 4)

---

1) Strab. p. 473. Arr. Ind. 1. Polyaenus (Strateg. 1, 1) kennt, nach Dionysius, die drei in den Puranas berühmten Spitzen des Himalaya: Kailâsa, Kuntha und Meru: *τὸ Τρικόρυφον ὄρος τῆς Ἰνδικῆς· τῶν δὲ κορυφῶν ἡ μὲν κληΐζεται Κορασιβίη, ἡ δὲ Κονδάσκη, τὴν δὲ τρίτην αὐτὸς ἐκάλεσε Μηρόν.*

2) Denkwürdigkeiten S. 279. übers. v. Kayser.

3) S. Mannert Geogr. B. V. S. 142. Wie leichtsinnig man im Erdichten gewesen, zeigt bei Philostratus (Vit. Apoll. II, 4) der Tempel des Bacchus am Kaukasus, mit Weinlaub und Epheu bekleidet, mit der Bildsäule des Gottes und mit Hippe und Kelter von Gold geschmückt, u. s. w.

4) Wenigstens erklärt schon das Etymol. Magn. den Namen *Διόνυσος* u. *Δεύνυσος· ἐπειδὴ βασιλεὺς ἐγένετο Νύσσης· δεῦνον δὲ τὸν βασι-*

FRAGM. XI.

Curt. IX, 5 (21), 21.

De pugna Mallensi.

Ptolemaeum, qui postea regnavit, huic pugnae adfuisse, auctor est Clitarchus et Timagenes.

Addit vero Curtius: „Sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatus, afuisse, missum in expeditionem, memoriae tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel par huic vitium, credulitas fuit!" Quod tanquam de se ipso fecisse videtur Curtius iudicium atque opprobrium. Pluribus de insigni hoc Clitarchi commento egimus Lib. I. c. II. Ptolem. Fragm. XXI. De Timagene cf. Voss. de Hist. Gr. Lib. I. c. XXIV. p. 195 sqq. (ed. Westerm.)

FRAGM. XII.

Curt. IX, 8 (22), 13 sqq.

De caede Indorum intra Sambi regis fines facta.

Diruta igitur arce (Porticani cf. c. 31, 12) et omnibus captivis venundatis, Sambi regis fines ingressus est (Alexander); multisque oppidis in fidem acceptis, validissimam gentis urbem cuniculo cepit. Barbaris simile monstri visum est, rudibus militarium operum, quippe in media ferme urbe armati terra existebant, nullo suffossi specus ante vestigio facto. Octoginta milia Indorum in ea regione caesa, Clitarchus est auctor, multosque captivos sub corona venisse.

De Sambo rege haec annotat Mützellius ad h. l. „Sambi st. Sabi nach Bong. Flor. Leid. Voss. 1.; auch hat Voss. 2.: Sanibi, Mod.: Samii. So auch Diod. XVII, 102: τὴν Σάμβου et Arr. VI, 16, 3: ἐπὶ Σάμβον. Vergl. Justin. XII, 10: ad urbem Ambigeri regis. Doch scheint auch die andere Form in der Tradition des Alterthums begründet zu sein: denn Strab. XV, 701 (1026 B) erwähnt mit dem Lande des Musikanus und Portikanus τὴν Σαβούτα Σινδολίαν

λέα λέγουσιν οἱ Ἰνδοί. An beiden Stellen ist hier statt δεῦνος δεῦος, oder noch richtiger mit Hesych. δεύας zu schreiben. Bast (zum Greg. Corinth. de Dialectis p. 882. ed. Schäfer) hat, ohne den Fehler zu heben, das sanskrit. Devas Gott wohl erkannt, der Devanisi aber ist nicht etwa erst ein Geschöpf des Wilford. S. Schmidt in Georgi Alphab. Tibet. p. 47. Hug Mythus. S. 34 u. A.

oder *Σινδοναλίαν*, welchen Namen man wohl mit diesem in Verbindung bringen kann, da Arr. VI, 16, 4 die Hauptstadt des Sambus *Σινδίμανα* oder *Σινδόμανα* oder *Σινδίμονα* nennt. (cf. quae de varia nominis *Ἀβισάρου* scriptura annotata sunt ad Onesicr. Fragm. VII. p. 88.) Die Stellung des Mannes zu Alex. lernt man aus Arr. VI, 16, 3 kennen: er nennt ihn *τῶν ὀρείων Ἰνδῶν σατράπην ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντα, ὃς πεφευγέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο ὅτι Μουσικανὸν ἀφειμένον πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐπύθετο καὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ ἄρχοντα· τὰ γὰρ πρὸς Μουσικανὸν αὐτῷ πολέμια ἦν.* Ueber das sehr unbestimmte Local s. Droysen. Gesch. Alex. p. 448. Ritter Erdk. t. V. p. 474." Eadem eodem ex fonte hausta leguntur apud Diodorum XVII, c. 102: '*Ἑξῆς δὲ* (i. e. Porticani arce et oppidis captis) *τήν τε Σάμβου βασιλείαν ἐξεπόρθησε καὶ τὰς πλείστας πόλεις ἐξανδραποδισάμενος καὶ κατασκάψας κατέκοψε τῶν βαρβάρων ὑπὲρ τὰς ὀκτὼ μυριάδας· τὸ μὲν οὖν ἔθνος τῶν ὀνομαζομένων Βραχμάνων τοιαύταις περιέπεσε συμφοραῖς· τῶν δὲ λοιπῶν μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντων τοὺς αἰτιωτάτους κολάσας τοὺς λοιποὺς ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων· ὁ δὲ βασιλεὺς Σάμβος μετὰ τριάκοντα ἐλεφάντων φυγὼν εἰς τὴν πέραν τοῦ Ἰνδοῦ χώραν διέφυγε τὸν κίνδυνον.* Ceterum quae in sequentibus et apud Diodorum et apud Curtium de Ptolemaeo narrantur apud Harmateliam urbem vulnerato, dein autem non sine numine mire sanato, item ex Clitarcho videntur esse delibata, qua de re cf. Comment. nostr. de Ptolem. Lag. Vita p. 14 et 15.

FRAGM. XIII.

Diog. Laert. Prooem. V, 6.

De Gymnosophistis Indorum.

Τοὺς γοῦν γυμνοσοφιστὰς καὶ θανάτου καταφρονεῖν φησι Κλείταρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ.

Menagius ad h. l. annotat, pro nomine *Κλείταρχος* emendandum esse *Κλέαρχος*, quum paulo post legantur haec: *Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας καὶ τοὺς Γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν μάγων φησίν.* Neque improbabilem hanc equidem dixerim emendationem, praesertim quum Clearchum quidem Solensem plurimis locis, Clitarchum Aeolensem praeter unum hunc locum ne semel quidem a Laertio citatum inveniamus. Accedit, quod Clearchus et Clitarchus vocabula haud raro non solum a librariis, verum etiam a viris doctis male inter se commutata sunt, veluti Vossius de hist. gr. I, 10. Clitarchum a Gellio N. A. IV, 11.

commemorari opinatur, quamquam hic locus sine ulla dubitatione ad Clearchum Solensem est referendus. — Ceterum etiam Clitarchum in commentariis suis de Gymnosophistis egisse, certissimum est. cf. Aristob. Fragm. XXXIV. Onesicr. Fragm. X. Nearch. Fragm. VII.

FRAGM. XIV.

Plin. N. H. VII, cap. II, sect. 2. §. 29.

De varia Indicarum gentium aetate.

Ctesias gentem ex his, quae appelletur Pandore, in convallibus sitam annos ducenos vivere, in iuventa candido capillo, qui in senectute nigrescat. Contra alios quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobiis, quorum feminae semel pariant; idque et Agatharchides tradit. Praeterea locustis eos ali et esse pernices. Mandorum nomen iis dedit Clitarchus et Megasthenes, trecentosque eorum vicos annumerat. Feminas septimo aetatis anno parere, senectam quadragesimo accidere.

Eadem fere narrantur apud Arrianum Hist. Ind. c. 9. de incolis Pandaeae terrae, ab Herculis filia cognominata, quare Pintianus ad Plin. l. c. Mandorum nomen mutandum esse coniicit in v. Pandarum, quod legitur etiam apud Plin. N. H. VI, c. 23. Neque displicet haec coniectura, quanquam ab Harduino propter codd. auctoritatem, qui omnes Mandorum nomen tuentur, reiicitur. Ceterum de Ctesiae loco cf. Baehr. ad Ctes. Indic. Fragm. 18. de Indorum vero aetate egit etiam Onesicr. Fragm. XXV.

FRAGM. XV.

Ael. Hist. Anim. XVII, c. 2.

De serpentibus Indicis.

Κλείταρχος (ἐν τῇ) περὶ τὴν Ἰνδικήν φησι γίνεσθαι ὄφιν πηχῶν ἑκκαίδεκα. Γίνεσθαι δὲ καὶ ἄλλο τι γένος ὄφεων ὑμνεῖ, οὐ κατὰ τοὺς ἑτέρους τὸ εἶδος· βραχυτέρους μὲν γὰρ εἶναι τῷ μεγέθει πολλῷ, ποικίλους γε μὴν τὴν χρόαν ὁρᾶσθαι, ὥσπερ οὖν φαρμάκοις καταγραφέντας· τοὺς μὲν γὰρ χαλκοειδεῖς ταινίας ἔχειν ἀπὸ κεφαλῆς ἐς τὴν οὐρὰν καθερπούσας, τοὺς δὲ ἀργυρίῳ προσεικασμένας, πεφοινιγμένας ἄλλους, καὶ μέντοι καὶ χρυσοφανεῖς τινας· δακεῖν δὲ ἄρα καὶ ἀποκτεῖναι ὤκιστα δεινοὺς λέγει οὗτος.

De serpentibus Indicis cf. Aristob. Fragm. XXXII et XXXIII. Onesicr. Fragm. VII. Nearch. Fragm. XIV et XV. Ex Cli-

tarchi quidem commentariis hausta sunt, quae eadem de re leguntur apud Diodorum XVII, c. 90., quem locum infra adscripsimus. cf. etiam ann. ad Fragm. XV. et Wessel. ad Diod. l. c. Minus recte autem Jacobsius ad Ael. l. c. Strabonem quoque et Arrianum ab eodem fonte deduxisse putat, quae de istis serpentibus tradiderunt. Vidimus enim haec Nearcho deberi auctori. Voces *ἐν τῇ*, quae in ipso huius fragmenti initio leguntur, in cod. Monacensi omissas recte seclusit Schneiderus. Singularem enim de Indicis rebus librum a Clitarcho conscriptum esse, neque traditum ab ullo auctore vetere neque probabile est. Attendas vero ad usum v. *ὑμνεῖν*, quod simili sensu h. l. ab Aeliano est usurpatum atque v. *τραγῳδεῖν* a Strabone l. XVII. t. VI. p. 589 sqq. (813. Cas.) (Callisth. Fragm. XV.) Utrumque enim verbum scriptores istos magis inter poetas, qui fabulas fictas referant, quam inter historicos, qui vera prodant, habendos esse significat. Ceterum de hoc minorum serpentium genere Diodorus iisdem fere atque Clitarchus verbis usus est hisce: *Εἶχε δὲ καὶ ἡ χώρα ὄφεων πλῆθος μικρῶν μὲν τοῖς μεγέθεσι, ταῖς δὲ ποικιλίαις ἐξηλλαγμένων· οἱ μὲν γὰρ χαλκοειδεῖς ῥάβδους* (pro *χαλκοειδεῖς ταινίας*) *ἐπέφαινον, οἱ δὲ τὴν λόφην δασεῖαν εἶχον τριχώδη, διά τε τῶν δηγμάτων ὀξεῖς θανάτους ἀπειργάζοντο· τὸν δὲ πληγέντα πόνοι δεινοὶ συνεῖχον, καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματοειδοῦς κατεῖχε· διόπερ οἱ Μακεδόνες, δεινῶς ὑπὸ τῶν δηγμάτων ἀπαλλάττοντες, τὰς κλίνας ἀπὸ τῶν δένδρων ἐξήρτων καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς διηγρύπνουν· μετὰ δὲ ταῦτα παρὰ τῶν ἐγχωρίων μαθόντες τὴν ἀντιφάρμακον ῥίζαν, ἀπελύθησαν τῶν δεινῶν.* De quibus serpentibus Wesselingius ad h. l. conferri iubet Bocharti Hierozoic. P. II. l. III, 14. p. 432. Spanh. de Num. Praest. IV, 221. — Denique pro v. *χρυσοφανεῖς* Vaticanus praebet *χρυσοφαεῖς*, quam formam apud poetas usitatam, id quod probat Jacobsius ex Eur. Hippol. 1270 et Epigr. ap. Plut. Vit. Flam. c. 12., recte fortasse Clitarcho vindicaveris.

FRAGM. XVI.

Ael. Hist. Anim. XVII, c. 25.

De simiis Indicis.

Λέγει δὲ Κλείταρχος πιθήκων ἐν Ἰνδοῖς εἶναι γένη ποικίλα τὴν χρόαν, μεγέθει δὲ μέγιστα· ἐν δὲ τοῖς χωρίοις τοῖς ὀρείοις τοσοῦτον αὐτῶν τὸ μέγεθος εἶναι, ὡς Ἀλέξανδρον, φησί, τὸν Φιλίππου καὶ πάνυ καταπλαγῆναι σὺν καὶ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει, οἰόμενον ἀθρόους ἰδόντα στρατιὰν ὁρᾶν συνειλεγμένην καὶ ἐλλοχῶσαν αὐτόν. Ὀρθοὶ δὲ ἦσαν οἱ πίθηκοι κατὰ τύχην ἡνίκα ἐφάνησαν. Θηρῶνται

δὲ οὗτοι οὔτε δικτύοις, οὔτε κυνῶν ῥινηλατούντων σοφίᾳ, καὶ μάλα ἀγρευτικῇ. Ἔστι δὲ τὸ ζῷον ὀρχηστικὸν, εἰ θεῷτο ὀρχούμενον, καὶ θέλει γε αὐλεῖν, εἰ καταπνεῖν μάθοι εἰδέναι †. *Πρὸς τούτοις εἰ θεάσαιτό τινα ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιτιθέντα, μιμεῖται τὴν ὑπόδεσιν, καὶ ὑπογράφοντα τὼ ὀφθαλμὼ μίλτῳ, καὶ τοῦτο δρᾶσαι θέλει. Οὐκοῦν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων μολίβου πεποιημένα κοῖλα καὶ βαρέα ὑποδήματα προτιθέασι, καὶ βρόχους αὐτοῖς ὑποβαλόντες, ὡς εἰσβαλεῖν μὲν τὼ πόδε, ἔχεσθαι δὲ τῇ πάγῃ καὶ μάλα ἀφύκτῳ. Δέλεαρ δὲ αὐτοῖς ὀφθαλμῶν πρόκειται ὑπὲρ τοῦ ἰξός* †. *Κατόπτρῳ δὲ χρησάμενος ὁ Ἰνδὸς ὁρώντων ἐκείνων, οὐκ εἰσὶ δ' ἔτι τὰ κάτοπτρα, ἀλλὰ ἕτερα προστιθέντες· εἶτα καὶ τούτοις ἕρματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσιν· καὶ μέντοι καὶ τοιαῦτά ἐστιν* †. *Οἱ μὲν ἔρχονται, καὶ ἀγεννῶς ὁρῶσι κατὰ τὴν μίμησιν ἣν εἶδον* †· *ἐκπηδᾷ δὲ ἰσχύς τις κολλητικὴ βλεφάρων ἐκ τῆς πρὸς τὴν αὐγὴν ἀντιτυπίας, ὅταν ἴδωσιν ἀτενές· εἶτα οὐχ ὁρῶντες αἱροῦνται ῥᾷστα· φυγεῖν γὰρ ἔτι εἰσὶν ἥκιστοι. Εἴρηται μὲν ὑπὲρ πιθήκων καὶ ἄλλα, Ἰνδῶν τε καὶ οὐκ Ἰνδῶν· καὶ ταῦτα δὲ ἔχει τινὰ τῷ συνιέντι οὐκ ἀσπούδαστον, οὐ μὰ Δία* †.

Eadem fere eodem ex fonte hausta, minus tamen corrupta quam nostra leguntur apud Diodorum l. XVII, c. 90.: *Ἴδιον δέ τι καὶ κατὰ τὴν ὀρεινὴν τὴν πλησίον ὑπῆρχε· χωρὶς γὰρ τῆς πρὸς ναυπηγίαν ὕλης εἶχεν ἡ χώρα πολλοὺς καὶ παρηλλαγμένους τοῖς μεγέθεσιν ὄφεις, ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις, πιθήκων τε γένη πολλὰ καὶ τοῖς μεγέθεσι διαλλάττοντα, ὧν τὴν τέχνην τῆς θήρας αὐτὸ τὸ ζῷον ὑφηγεῖτο· μιμητικὸν γὰρ ὑπάρχον πάσης πράξεως βίᾳ μὲν οὐ ῥᾳδίως χειροῦται, διά τε τὴν ἰσχὺν τῶν σωμάτων καὶ διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγχίνοιαν· τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλείφονται, οἱ δὲ βλεπόντων τῶν θηρίων ὑποδοῦνται, τινὲς δὲ ταῖς κεφαλαῖς κάτοπτρα περιτιθέασι· καὶ τοῖς μὲν ὑποδήμασι παραθέντες δεσμοὺς ἀπολείπουσιν, ἀντὶ δὲ τοῦ μέλιτος ἰξὸν ὑποβάλλουσι, τοῖς δὲ κατόπτροις ἐπίσπαστρα καθάπτουσι· διόπερ ὅταν βούλωνται τὰ ζῷα τὰς πράξεις τῶν ὁραθέντων ἐπιτελεῖν, ἀδυνατεῖ, τῶν μὲν βλεφάρων κεκολλημένων, τῶν δὲ ποδῶν δεδεμένων, τῶν δὲ σωμάτων κατεχομένων· ὅθεν εὐχείρωτα πρὸς τὴν θήραν γίνεται.* cf. Wessel. ad h. l. Neque multum discrepant quae de simiis Indicis narrat Strabo l. XV. t. VI. p. 64. (699. Cas.): *Ἐν δὲ τῇ λεχθείσῃ ὕλῃ καὶ τὸ τῶν κερκοπιθήκων διηγοῦνται πλῆθος ὑπερβάλλον καὶ τὸ μέγεθος ὁμοίως· ὥστε τοὺς Μακεδόνας ποτὲ ἰδόντας ἔν τισιν ἀκρολοφίαις ψιλαῖς ἑστῶτας ἐν τάξει κατὰ μέτωπον πολλοὺς (καὶ γὰρ ἀνθρωπονούστατον εἶναι τὸ ζῷον, οὐχ ἧττον τῶν ἐλεφάντων) στρατοπέδου λαβεῖν φαντασίαν, καὶ ὁρμῆσαι μὲν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς πολεμίους· μαθόντας δὲ παρὰ Ταξίλου συνόντος τότε τῷ βα-*

σιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, παύσασθαι. Ἡ δὲ θήρα τοῦ ζώου διττή· μιμητικὸν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δένδρα ἀναφευκτικόν· οἱ οὖν θηρεύοντες, ἐπὰν ἴδωσιν ἐπὶ δένδρων ἱδρυμένον, ἐν ὄψει θέντες τρυβλίον ὕδωρ ἔχον, τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμοὺς ἐναλείφουσιν ἐξ αὐτοῦ· εἶτ', ἀντὶ τοῦ ὕδατος ἰξοῦ τρυβλίον θέντες, ἀπίασι καὶ λοχῶσι πόῤῥωθεν· ἐπὰν δὲ καταπηδῆσαν τὸ θηρίων ἐγχρίσηται τοῦ ἰξοῦ, καταμύσαντος δ' ἀλειφθῇ τὰ βλέφαρα, ἐπιόντες ζωγροῦσιν· εἷς μὲν οὖν τρόπος οὗτος. Ἄλλος δέ ὑποδυσάμενοι θυλάκους ὡς ἀναξυρίδας, ἀπίασιν, ἄλλους καταλιπόντες δασεῖς, τὰ ἐντὸς κεχρισμένους ἰξῷ· ἐνδύντας δὲ εἰς αὐτοὺς ῥᾳδίως αἱροῦσι. cf. Bohlen de Vet. Ind. I. p. 41. et Petri Damiani Epist. II. 18. p. 269. Ceterum Aelianeus locus corruptissimus plurimis laborat difficultatibus, quas ne Jacobsii quidem ingenium sagacissimum omnes removere potuit, quanquam hic illic emendationes proposuit felicissimas. Et primum quidem in verbis: καὶ θέλει γε αὐλεῖν, εἰ καταπνεῖν μάθοι εἰδέναι, quae omni sano sensu sunt destituta, egregie ille emendavit: εἰ καταπνεῖν μαθόντα εἶδεν i. e. „si quem tibias inflare scientem animadvertit." Minus placet alterum, quod proposuit vir doctissimus: εἰ καταπνεῖν μάθοι εἰδότα, vel quod Schneiderus coniecit: εἰ καταπνέοντα μάθοι αὐλοῦ. Deinde ad verba: καὶ ὑπογράφοντα τῷ ὀφθαλμῷ μίλτῳ Jacobsius annotat: „Ex eodem procul dubio Clitarcho Diodorus XVII, c. 90: τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλείφονται. Pro μίλτῳ Paris. b. μέλος τι exhibet pro μέλιτι, quod fortasse verum." Wesselingius autem ad Diodori l. c. haec adscripsit: „Demiror, cur melle oculos laverint, cum aqua ei rei et aptior multo et paratior esset? Strabo l. c. aquam praetulit eadem in historia. Unde ergo id mel? Paucis expediam. Error videtur aut ipsius scriptoris aut amanuensium. Clitarchus, unde haec excerpta, μίλτῳ ἀλείφουσιν, rubrica pingunt, scripserat, quod, in veteri exemplari corruptius exaratum, mel tandem progenuit." Nobis autem μίλτος ad venatores atque μέλι ad simias spectans Diodori loco videntur inter se male esse permutata. In seqq. pro vv. ὑπὲρ τοῦ ἰξὸς Cod. Augustanus exhibet: ὑπὲρ τούτου ἰξὸς, duo alii codd. ὑπὲρ τοῦ quidem habent, sed spatio post τοῦ relicto, unde Jacobsius fortasse: ὑπὲρ μίλτου ἰξὸς scribendum censet. Addit vero: Diodor. l. c.: ἀντὶ δὲ τοῦ μέλιτος ἰξὸν ὑποβάλλουσι. In Vatic. legitur: ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος· ἰξὸς — i. e. τοῦ μέλιτος. Fortasse recte. Simili plane artificio otum avem capi docet Athenaeus IX. p. 390. d. στάντες αὐτῶν καταντικρὺ ὑπαλείφονται φαρμάκῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς παρασκευάσαντες ἄλλα φάρμακα κολλητικὰ ὀφθαλμῶν καὶ βλεφάρων. In sequentibus vv. οὐκ εἰσὶ

δ' ἔτι τὰ κάτοπτρα, ἀλλ' ἕτερα προστιθέντες Jacobsius primum cum Schneidero corrigit: *προτιθέντες*, nisus Alciphronis loco III, 66; reliqua vero sic legit et distinguit: *κατόπτρῳ δὲ χρησάμενος ὁ Ἰνδὸς ὁρώντων ἐκείνων (οὐκ εἰσὶ δ' ἔτυμα κάτοπτρα, ἀλλ' ἕτερα προτιθέντες) εἶτα καὶ τούτοις ἕρματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσι.* Jungenda autem esse: *εἰσὶ — προτιθέντες*: non vera autem tenent specula, sed alia. — Deinde vv. *καὶ μέντοι καὶ τοιαῦτά ἐστιν* mutila esse, recte viderunt Schneiderus et Jacobsius, qui commodius verba sic collocari putat: *καὶ μὴν τὰ σκεύη τοιαῦτά ἐστιν. Οἱ μὲν οὖν ἔρχονται καὶ ἀγεννῶς ὁρῶσι*, ubi Gronovius correxit *ἀτενῶς*, Schneiderus malit *ἐνορῶσι*, ficto scil. speculo, postea vero *ὧν εἶδον* pro *ἦν*; Jacobsius autem, quanquam concedit blandiri *ἀτενῶς*, praecipue ob sequens *ἀτενὲς ὁρῶσι*, narrationis tamen ordinem requirere potius aliquid censet, quod ad totum illum, qui hactenus descriptus sit, apparatum spectans, omnem simiarum in imitandis venatorum actionibus industriam complectatur. Proponit igitur ingeniosam sane emendationem: *καὶ οὐκ ἀγεννῶς δρῶσι κατὰ τὴν μίμησιν ὧν εἶδον* i. e. andacter, confidenter, inconsulto imitantur quae viderant; quod profecto accommodatissimum est ad simiarum indolem repraesentandam. — Iam vero locum, qui sequitur, vitiosissimum: *ἐκπηδᾷ δὲ ἰσχύς τις κολλητικὴ* sqq. Schneiderus quidem ita conatur emendare: *βλεφάρων ὑπὲρ τῆς — ἀντιτυπίας* i. e. „pro imagine a speculo ad lucem repercussa prosilit vis visci tenax oblinitque faciem simiae." Hic tamen locus, ut recte annotat Jacobsius, tam mutilus est et confusus, ut ad restituendum eum lenis correctio minime sufficiat, neque codd. in depravatissimis verbis quidquam praesidii afferunt. Multo autem disertiora haec omnia leguntur apud Diodorum l. c. Denique ad postrema verba: *καὶ ταῦτα δὲ ἔχει τινα — οὐκ ἀσπούδαστον* Schneiderus annotat: „Plura verba desunt ad sensum absolvendum, veluti nomen cum verbis *οὐκ ἀσπούδαστον* coniungendum, *ἡδονὴν* vel simile aliud. Possis quoque *ἔχει* scribere." V. *ἔχει* autem suppeditat Paris., Jacobsio teste, qui addit: Bene haberet: *καὶ ταῦτα δὲ ἔχει τέρψιν τινὰ οὐκ ἀσπούδαστον* „his quoque, quae modo narravi, inest aliquid attentione intelligentis lectoris minime indignum."

FRAGM. XVII et XVIII.

Strab. l. XV. t. VI. p. 150—51. (719. Cas.) Ael. Hist. Anim. XVII, c. 22—23.

De orione et catreo, avibus Indicis.

Ὁ δὲ Κλείταρχός φησι ἁμάξας τετρακύκλους δένδρα κομιζούσας τῶν μεγαλοφύλλων, ἐξ ὧν ἀπείργεται γένη τι-

θασσευομένων ὀρνέων, ὧν εὐφωνότατον μὲν εἴρηκε τὸν ὠρίωνα, λαμπρότατον δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ πλείστην ἔχοντα ποικιλίαν τὸν καλούμενον κατρέα· τὴν γὰρ ἰδέαν ταὼ μάλιστα ἐγγίζειν, τὴν δὲ λοιπὴν εἰκονογραφίαν παρ' ἐκείνου ληπτέον.

Καὶ Κλειτάρχῳ χῶρον δῶμεν. Λέγει δὲ Κλείταρχος ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι ὄρνιν, καὶ εἶναι σφόδρα ἐρωτικὸν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ λέγει ὠρίωνα εἶναι. Φέρε δὲ καὶ γράψωμεν αὐτὸν τῷ λόγῳ, ὡς ἐκεῖνος διδάσκει· τοῖς μὲν καλοῦσιν ἐρωδιὸν † ὅμοιος τὸ μέγεθος ὅδε ὠρίων ἐστίν· ἔστι δὲ καὶ τὰ σκέλη ὡς ἐκεῖνοι φοῖνιξ· ὀφθαλμοὺς δὲ κυανοῦς ἔχει· τοῦτο μὲν οὐχ ὡς ἐκεῖνοι· μέλος δὲ μουσουργεῖν ὑπὸ τῆς φύσεως πεπαίδευται, οἷα δήπου μέλη ὑμνεῖται ταῦτα γλυκέα καὶ πρὸς ᾀδόμενον ὑμέναιον βλέπει, θέλγοντα γονὴν ὕπνῳ τινὶ γαμικῷ, προσείοντα Σειρῆνας †.

Κατρέα ὄνομα, Ἰνδὸν γένος τῇ φύσει ὄρνιν, λέγει Κλείταρχος εἶναί τι κάλλος ὑπερήφανον· τὸ μέγεθος γὰρ εἴη ἂν πρὸς τὸν ταὼν, τὰ δὲ ἄκρα τῶν πτερῶν ἔοικε σμαράγδῳ. Καὶ ὁρῶν μὲν ἄλλους, οὐκ οἶδας, οἵους ὀφθαλμοὺς ἔχει, εἰ δὲ εἰς σὲ ἀπίδοι, ἐρεῖς κιννάβαριν εἶναι τὸ ὄμμα πλὴν τῆς κόρης· ἐκείνη δὲ μήλῳ τῇ χρόᾳ παρείκασται καὶ βλέπει ὀξύ· τό γε μὴν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς λευκὸν, ἀλλὰ τοῖς τοῦ κατρέως τοῦδε ὠχρόν ἐστι· τὰ τῆς κεφαλῆς πτίλα γλαυκωπὰ, καὶ ἔχει ῥανίδας οἱονεὶ κρόκῳ παρεικασμένας, εἶτα ἄλλην ἄλλῃ διεσπαρμένας· πόδες δὲ αὐτῷ σανδαράκινοι· ἔχει δὲ καὶ φώνημα εὔμουσον καὶ κατὰ τὴν ἀηδόνα τορόν. Ἰνδοὶ δὲ ἄρα καὶ τὴν ἐξ ὀρνίθων τροφὴν εἶχον †, ἵνα καὶ οἱ ὁρῶντες ἑστιᾶν τὴν ὄψιν δύνωνται. Ἰδεῖν γοῦν αὐτοῖς πάρεστι καὶ ὅλους πορφυροῦς καὶ τῇ καθαρωτάτῃ φλογὶ προσεοικότας· καὶ τούτων αἱ πτήσεις κατὰ πλῆθός εἰσιν, ὡς νομίζειν νέφη. Καὶ ἄλλα μὴ ποικίλα καὶ οὐ πάντῃ τὸ εἶδος εὕρητα, μελῳδίαν τε καὶ εὐστομίαν καὶ εὐγλωττίαν ἄμαχα, ὡς εἶναι, εἰ μή πῃ καὶ παχύτερόν ἐστιν εἰπεῖν, Σειρῆνάς τινας, ἢ καὶ τοῦτό γε ἐγγύθεν. Κατάπτεροι γὰρ ὡς ἦσαν καὶ τοῦ μύθου κόραι, καὶ τοὺς πόδας ὄρνιθες ἐδόκουν, ποιηταί τε ᾄδουσιν καὶ ζωγράφοι δεικνύουσιν.

Primum quod ad Strabonis locum attinet, in antecedentibus solennes Indorum pompae descriptae sunt; de quibus cf. Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 275 sqq. Huc pertinent *ἅμαξαι τετράκυκλοι, δένδρα κομίζουσαι τῶν μεγαλοφύλλων, ἐξ ὧν ἀπείργεται γένη τιθασσευομένων ὀρνέων*, ubi pro v. *ἀπείργεται* Schneiderus ad Ael. l. c. legendum esse censet *ἀπήρτηται*, quae

emendatio felicissima egregie respondet loco Curtii VIII, 9 (32), 26.: „inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt.“ Voculam τε autem, quae abest etiam a Medic. 4., ortam istam, ut videtur, ex sequ. τιθασσευομένων, extrudere non dubitavimus. Locus autem Aelianeus multo pluribus laborat difficultatibus, in quibus removendis felicissime plerumque versatum est Jacobsii acumen. Ita ab ipso initio pro v. οἶμαι, quod vulgo legitur, rectissime correxit ὡρίωνα, quam quidem emendationem quum duo codd. optimae notae Parisinus et Vaticanus confirment, in textum recepimus. Deinde verba: τοῖς μὲν καλοῦσι ἐρωδιὸν ὅμοιος τὸ μέγεθος — ἐστίν, in quibus Gesnerus correxit: καλουμένοις ἐρωδιοῖς, quod etiam in textum recepit Schneiderus, multo melius Jacobsius sic emendanda proponit: τοῖς μεγάλοις τῶν ἐρωδιῶν ὅμοιος τὸ μέγεθος, quod proxime abest a μενκαλους et egregie confirmatur Aelianeo usu loquendi. Neque parvum fuisse orionem, probat Jacobsius Nonni loco (Dion. XXVI, 201 et 207.), qui eum κύκνῳ dicit similem esse. Minus placet, quod in verbis subsequentibus: ταῦτα γλυκέα latere putat Jac. παγγλυκερὰ, vocabulum Aristophanicum in Lysistr. 970. Vulgata enim scriptura ταῦτα recte videtur se habere, modo apte verba distinguantur et inter se iungantur. Deinde autem ad verba: θέλγοντα γονὴν ὕπνῳ τινὶ γαμικῷ, προσείοντα Σειρῆνας recte Jac. facit cum Toupio (Em. in Suid. p. 412. T. II. p. 155. ed. Ox.) locum ita corrigente: θέλγων τὴν ἀκοὴν ὕμνῳ τινὶ γαμ. προσείοντι Σειρῆνας, quae probabilis emendatio et probata Ruhnkenio ad Timae. p. 139. Addit vero v. d.: εὐφωνότατος ὄρνις vocatur apud Strabon. l. c., Nonno autem l. c. dicitur μελίζεσθαι οἷά τις ἀνὴρ Πηκτίδι νυμφοκόμῳ θαλαμηπόλον ὕμνον ἀράσσει. Vertit Gillius: tam suaviter canit, ut decantatum deum Hymenaeum et ipsas Sirenas lacessere possit. — In seqq. τὸ μέγεθος γὰρ εἴη ἂν scripsimus ex auctoritate cod. Vaticani. Jacobsius mavult: τὸ μ. γὰρ ἂν εἴη. Idem ad vv. κατὰ τὴν ἀηδόνα comparat Nonn. l. c. ἢ τάχα φαίης — ὄρθριον αἰολόδειρον ἀηδόνα κῶμον ὑφαίνειν. In verbis: Ἰνδοὶ δὲ ἄρα καὶ τὴν ἐξ ὀρνίθων τροφὴν εἶχον, ἵνα καὶ sqq. Trillerus et Bernardus legendum censent τρυφὴν, quod in textum recepit Schneiderus. Nec tamen leni hac mutatione persanatus esse locus videtur Jacobsio, sed medicinam aliunde expectare; excidisse autem putat aliquid ante ἵνα sqq. Et recte quidem. Num forte legendum fuerit: τροφὴν φανερὰν εἶχον? De dictione ἑστιᾶν τὴν ὄψιν et vv. καὶ οὐ πάντῃ — εὕρητα cf. Jacobsii ann. ad h. l. Denique in vv. ὡς εἶναι, μή πη καὶ παχύτερόν ἐστιν, εἰπεῖν sqq. secundum Va-

tic. Gronovius correxit: εἰ μή πη καὶ· εἰπεῖν in editt. omissum ex codd. additum est a Schneidero, qui edidit: ὡς εἶναι, εἰ μή πη καὶ παχύτερόν ἐστιν εἰπεῖν sqq., quod recepimus. Jacobsius cum toto hoc loco comparat Lucian. Nigrin. c. 3; bene autem eius sensum Gillius ita reddidit: cantandi suavitas et oris expressio tanta est, comparationem ut nullam habeat, ut crassum sit, Sirenas quasdam alatas eas dicere. Quae omnino sane Clitarcheam indolem redolent.

FRAGM. XIX.

Strab. t. II. l. VII. p. 334. (293. Cas.)

De Indicis salibus.

Τοῦτο δὲ δὴ παράδοξον ἡ νῆσος (Αἰθαλία) ἔχει, καὶ τὸ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα, καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ, καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον, καὶ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς ἅλας, οὕς φησι Κλείταρχος.

De Indicis his salibus nusquam praeter hunc locum, quod equidem memini, mentio facta est. Ceterum de variis salis apud veteres generibus uberrime, ut solet, egit Salmasius Exercitt. Plin. p. 81. 82. 811—13. 151. 188—89. 690. 825.

FRAGM. XX.

Strab. t. II. l. VII. p. 334. (293. Cas.)

Alexandri equites maris exaestuantis accursu territi refugiunt.

Οὐδὲ Κλείταρχος εὖ· φησὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἰδόντας τὴν ἔφοδον τοῦ πελάγους ἀφιππάσασθαι, καὶ φεύγοντας ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ περικαταληφθῆναι.

Addit Strabo, ideo potissimum minus recte haec narrari a Clitarcho, quod neque tanta celeritate accedere maris aestus soleat, neque id quod fiat quotidie tantum potuisse obiicere his terrorem, ut quasi de improviso oblata re fugam facerent. Et recte quidem ita existimat auctor gravissimus. Namque ut concedamus, novam atque miram visam esse plurimis Alexandri comitibus istam Oceani naturam, Clitarchum ex consuetudine sua singula magnifice exaggerasse certissimum est. Huius autem, ut solet, vestigiis ingressus Curtius IX, c. 9. (35 et 36) ea de re simillima prodit haec: „Tertia ferme hora erat, quum stata vice oceanus exaestuans invehi coepit et retro flumen urgere. Quod primo coercitum, deinde vehementius pulsum, maiore impetu adversum agebatur, quam tor-

rentia praecipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat, monstraque et irae deum indicia cernere videbantur. Identidem intumescens mare et in campos paulo ante siccos descendere superfusum. Iamque levatis navigiis et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves trepidi et improviso malo attoniti recurrunt. Sed in tumultu festinatio quoque tarda est. Hi contis navigia appellebant, hi dum remos aptari prohibebant, consederant. Quidam enavigare properantes, sed non expectatis, qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide moliebantur; aliae navium inconsulte ruentes receperant, pariterque et multitudo et paucitas festinantes morabatur. Clamor hinc expectare, hinc ire iubentium, dissonaeque voces nunquam idem atque unum tendentium non oculorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant. Ne in gubernatoribus quidem quicquam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tumultuantibus poterat nec imperium a territis incompositisque servari. Ergo collidi inter se naves, abstergerique invicem remi, et alii aliorum navigia urgere coeperunt. Crederes non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale inisse certamen. Incutiebantur puppibus prorae; premebantur a sequentibus, qui antecedentes turbaverant; iurgantium ira perveniebat etiam ad manus. Iamque aestus totos circa flumen campos inundaverat, tumulis dumtaxat eminentibus velut insulis parvis; in quos plerique trepidi omissis navigiis enare properant. Dispersa classis partim in praealta aqua stabat, qua subsederant valles; partim in vado haerebat, utcunque inaequale terrae fastigium occupaverant undae: quum subito novus et pristino maior terror incutitur. Reciprocari coepit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatque terras paulo ante profundo salo mersas. Igitur destituta navigia alia praecipitantur in proras, alia in latera procumbunt. Strati erant campi sarcinis, armis, avulsarum tabularum remorumque fragmentis. Miles nec egredi in terram nec in nave subsistere audebat, identidem praesentibus graviora quae sequerentur, exspectans. Vix quae perpetiebantur, videre ipsos credebant, in sicco naufragia, in amni mare. Nec finis malorum Quippe aestum paulo post mare relaturum, quo navigia allevarentur, ignari, famem et ultima sibimet ominabantur. Beluae quoque fluctibus destitutae terribiles vagabantur." Integrum hunc locum adscripsimus, quo Clitarcheum dicendi ac narrandi genus tanquam imagine videbatur exprimi. De maris aestu cf. Mützell. ad h. l. (p. 867). Arr. Exp. Alex. VI, 18 et 19. Ceterum in antecedentibus Strabo Ephori quoque de maris accessu et recessu errores refutavit, de quibus cf. Marxii annot. ad Ephori Fragm. 44.

FRAGM. XXI.

Athen. l. XIII. p. 586. c.

De Glycera, Harpali amica.

Περὶ ἧς (sc. *Γλυκέρας τῆς Ἁρπάλῳ συνούσης*) *φησὶ Θεόπομπος ἐν τοῖς περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς ὅτι μετὰ τὸν τῆς Πυθιονίκης θάνατον ὁ Ἅρπαλος μετεπέμψατο τὴν Γλυκέραν Ἀθήνηθεν· ἣν καὶ ἐλθοῦσαν οἰκεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Ταρσῷ, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθους, βασίλισσαν προσαγορευομένην· ἀπειρῆσθαί τε ἐπὶ πᾶσι μὴ στεφανοῦν Ἅρπαλον, ἐὰν μὴ καὶ Γλυκέραν στεφανῶσιν· ἐν Ῥωσσῷ δὲ καὶ εἰκόνα χαλκῆν αὐτῆς ἱστάναι τολμῆσαι παρὰ τὴν ἑαυτοῦ· τὰ ὅμοια δὲ εἴρηκε καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις.*

Brevius haec attigit Diodorus XVII, c. 108 hisce: *μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλην ἑταίραν Ἀττικὴν ὄνομα Γλυκέραν μεταπεμψάμενος ἐν ὑπερβαλλούσῃ τρυφῇ καὶ πολυδαπάνῳ διαιτήματι διεξῆγεν.* Ceterum de Theopompi loco cf. Schweigh. ad Athen. l. c., qui emendandum ita locum esse existimat: *ἐν τῇ περὶ τῆς Χίας Ἐπιστολῇ* et Wichers in Theop. Fragm. 277 et 278.

FRAGM. XXII.

Plin. N. H. VI, c. 36.

De insulis quibusdam in mari Aethiopico sitis.

Insulas toto eo mari (sc. Aethiopico) et Ephorus complures esse tradidit, et Eudoxus, et Timosthenes: Clitarchus vero Alexandro regi renuntiatam adeo divitem, ut equos incolae talentis auri permutarent. Alteram, ubi sacer mons opacus silva repertus esset, distillantibus arboribus odore mirae suavitatis.

Pertinere videtur haec Clitarchi narratio ad illud tempus, quo Alexander ex India reversus et expeditionis Arabicae consilium animo molitus viros rerum nauticarum peritos ad maria ista et terras adiacentes cognoscendas miserat. cf. Ann. ad Aristob. Fragm. XI. et XLIII.

FRAGM. XXIII.

Plin. N. H. III, c. 9.

De Romanorum legatione ad Alexandrum missa.

Theophrastus (qui) primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit: (nam Theopompus, ante quem

nemo mentionem habuit, Urbem dumtaxat a Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam.)

De hac legatione cf. Diod. XVII, c. 113. Arr. Exp. Alex. VII, c. 15, qui quidem fictam eam esse censet, quum neque apud Ptolemaeum neque apud Aristobulum commemoretur. Niebuhrius contra Hist. Rom. III. p. 194. non esse dicit, cur de huius narrationis veritate dubitemus. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 536. Ceterum male ex hoc Plinii loco nonnullos opinatos esse a Clitarcho librum ad Nicodorum Archontem scriptum esse, recte iam animadvertit Vossius l. c. I, 10. p. 90.

FRAGM. XXIV.

Plut. Vit. Themistocl. c. 27.

De Themistoclis ad Xerxem regem adventu.

Θουκυδίδης μὲν οὖν, καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι, τεθνηκότος Ξέρξου, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν. Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης, ἔτι δ' ἄλλοι πλείονες, πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν Ξέρξην.

Hunc locum supra iam c. I de Clit. Vit. et Scriptt. p. 153. attigimus, ubi non opus esse diximus, propter hanc Themistoclis mentionem statuere cum Heerenio, aut in alio Clitarchi libro haec scripta fuisse aut in ipsa Alexandri historia priora quoque regni Persici fata episodio interposito esse enarrata.

FRAGM. XXV et XXVI.

Phlegon. Mirabil. IV et V. (*Παραδοξόγραφοι* ed. Westerm. p. 130 — 131.)

De Tiresiae in feminam et Caenidis in marem transformationibus.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος καὶ Δικαίαρχος καὶ Κλείταρχος καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρεσίου τάδε. Τειρεσίαν τὸν Εὐήρους ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄνδρα ὄντα ἐν τῷ ὄρει τῷ ἐν Κυλλήνῃ ὄφεις ἰδόντα ὀχεύοντας τρῶσαι τὸν ἕτερον καὶ παραχρῆμα μεταβαλεῖν τὴν ἰδέαν· γενέσθαι γὰρ ἐξ ἀνδρὸς γυναῖκα καὶ μιχθῆναι ἀνδρί· τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς ἐὰν τηρήσας ὀχεύοντας ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα ἔσται οἷος ἦν, παραφυλάξαντα τὸν Τειρεσίαν ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα καὶ οὕτως κομί-

σασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν. Διὸς δὲ ἐρίσαντος Ἥρᾳ καὶ φαμένου, ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς Ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις ἐρέσθαι τὸν Τειρεσίαν διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι· τὸν δὲ ἐρωτώμενον ἀποφήνασθαι, διότι μοιρῶν οὐσῶν δέκα τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα· τὴν δὲ Ἥραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ποιῆσαι τυφλόν, τὸν δὲ Δία δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικήν, καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά.

Οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Λαπίθων χώραν γενέσθαι Ἐλάτῳ τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, ὀνομαζομένην Καινίδα· ταύτῃ δὲ Ποσειδῶνα μιγέντα ἐπαγγείλασθαι ποιήσειν αὐτὴν ὃ ἂν ἐθέλῃ, τὴν δὲ ἀξιῶσαι μεταλλάξαι αὐτὴν εἰς ἄνδρα, ποιῆσαι τε ἄτρωτον· τοῦ δὲ Ποσειδῶνος κατὰ τὸ ἀξιωθὲν ποιήσαντος μετονομασθῆναι Καινέα.

Quo Clitarchi commentariorum loco haec interposita fuerint prorsus incertum est. De ipsa re cf. Hesiod. Melampod. Callimach. Lav. Pallad. Apollod. III, 6, 7. (Heyne ad h. l.) Antonin. XVI. Hygin. f. 75. Ovid. Metam. III, 316—338. De Caeneo vel Caenide Hygin. fab. 14 et 242. Ovid. Metam. XII, 189 sqq. et Nitzsch. Lex. Mythol. sb. vv.

FRAGM. XXVII.

Schol. Aristoph. Avv. v. 487.

De tiarae apud Persas ferendae more.

Πᾶσιν γὰρ Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ· μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. (τὴν δὲ ἐπὶ κεφαλῆς κίδαριν· ἔστι δὲ αὕτη, καθὰ προείπομεν, τιάρα· τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος καὶ ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν, τοῖς δὲ βασιλεῦσιν ὀρθήν.)

Quanquam certo nequit definiri, quo nexu haec a Clitarcho fuerint annotata, haud improbabile tamen videtur, huius moris commemorandi opportunitatem scriptori oblatam esse narratione ista de diademate intra navigationem in Euphrate flumine brevi ante mortem ab Alexandro institutam infausto casu regi ablato et sive a nauta quodam sive a Seleuco reddito, qua de re cf. Aristob. Fragm. XLI et XLII et ann. ad hh. ll.

FRAGM. XXVIII.

Stob. Serm. 64, 36. (T. II. p. 487. Gaisf.)

Locus mutilus incerti argumenti.

Κλείταρχος ἐν ε περὶ Ἀλεξάνδρου· Θε .. βυβλι .. οὗπερ κάλλει τὴν ἀνθρωπίνην διενεγκόντος φύσιν τὴν ἰδίαν ἐρασθῆναι θυγατέρα Μύῤῥαν ὀνόματι.

Gaisfordus ad h. l. annotat: „Dedi hunc locum utcunque mutilum, ex A. Plura ibi legere non potui. In principio legendum fortasse: *Θείας .. βύβλου* vel simile quid. cf. Schol. Lycophr. 829."

FRAGM. XXIX.

Schol. Theocr. Id. II, vs. 59.

De vocis *θρόνον* usu qui fuerit apud Aetolos.

Θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα, Κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια, Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος, Ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα, παρὰ τοῦ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς. (Τὰ φάρμακα τοῦτ' ἔστι τὰ φίλτρα.)

Hoc fragmentum nisi pertinet ad Clitarchum Glossographum (cf. supra c. I. p. 154.), id quod mihi quidem satis probabile videtur, quo loco quove nexu positum fuerit a Clitarcho Alexandri M. rerum scriptore ne coniectura quidem licet assequi.

FRAGM. XXX—XLIV.

Loci communes.

XXX. Stob. Serm. 53, 13. (t. II. p. 381. Gaisf.):
Κλείταρχος ὁ ἱστοριογράφος εἶπε, πᾶσα τόλμη καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ὑπερβαίνει μέτρα.

XXXI. Anton. Melissa (in Stob. edit. Basil. 1546.) *Βιβλ. ά. λογ. ιγ'.* (p. 14.):

Ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ οὗ ἀδίκως ἔπραξας, δὶς ἀδικήσεις.

XXXII. Ibid. *λά.* p. 39. (et ap. Sanct. Maxim. *λογ. ι'β.* p. 177):

Προὶξ πολλὴ τέκνα βελτίονα οὐ ποιεῖ.

XXXIII. Ibid. *λς'.* p. 45:
Ὀφείλομεν ἑαυτοὺς ἐθίζειν ἀπὸ τῶν ὀλίγων ζῆν, ἵνα μηδὲν αἰσχρὸν ἕνεκεν χρημάτων μάθωμεν.

XXXIV. Ibid. μή. p. 54:

Ἐν συλλόγῳ πρῶτος λέγειν μὴ ἐπιτήδευε· μετὰ γὰρ πλείονας λέγων, ὄψει μᾶλλον τὰ συμφέροντα.

XXXV. Ibid. νέ. p. 61:

Τῆς ψυχῆς ὡς ἡγεμόνος ἐπιμελοῦ, τοῦ δὲ σώματος ὡς στρατιώτου προνόει.

XXXVI. Ibid. νή. p. 64:

Κρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ δι' ἀκρασίας τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

XXXVII. Ibid. βιβλ. 'β. λογ. ά. p. 78:

Ἄρχων μὲν ἐπιτήδευε πρᾶος εἶναι, ἀρχόμενος δὲ μεγαλόφρων). Βασιλέα φρόνιμον τὸ διάδημα οὐ ποιεῖ, νοῦς γάρ ἐστιν ὁ ἄρχων. Ἄρχεσθαι μὴ μαθὼν, ἄρχειν μὴ ἐπιχείρει.*

XXXVIII. Ibid. ό. p. 135:

Ὃ μὴ θέλεις ἀκούειν, μηδὲ εἴπῃς, ὃ μὴ θέλεις λέγειν, μηδὲ ἄκουε· ὤτων καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος. Κρεῖττόν ἐστι τῷ ποδὶ ὀλισθαίνειν ἢ τῇ γλώσσῃ.

XXXIX. Sanct. Maximus (in ead. Stob. edit.) λογ. ά. p. 164:

Μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ καὶ ὑπὲρ ὧν δεῖ. Ἀρετὴν μὲν ἔχων πάντα ἕξεις, κακίαν δὲ, οὐδὲ σεαυτόν.

XL. Ibid. 'β. p. 165:

Ἡ ἰσχὺς τοῦ σώματος μὴ γενέσθω τῆς ψυχῆς ἀσθένεια, ἰσχὺν δὲ ψυχῆς φρόνησιν νόμιζε.

XLI. Ibid. γ'. p. 167 et Apostol. Prov. XX, 22.:

Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, οὐ φιλήσεις ἃ δεῖ, ἀπλήρωτον γὰρ ἡ ἐπιθυμία καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄπορον.

XLII. Ibid. ς'. p. 171:

Σεαυτοῦ τὰ ἀτυχήματα τῶν φίλων ἡγοῦ, τῶν δὲ ἰδίων εὐτυχημάτων κοινώνει. — Τελευτησάντων τῶν φίλων θρηνεῖν μὲν οὐκ εὐγενὲς, προνοεῖν δὲ τῶν οἰκείων ἐπιμελές.

---

*) Eadem leguntur in Boissonadii Anecdotis Graecis Vol. I. p. 118. (Γνωμ. διαφ.). cf. Stob. tit. 43, 35. Aeschin. in Ctes. p. 208.

XLIII. Ibid. ιβ'. p. 177:

Ἐγκράτεια, κρηπὶς εὐσεβείας· ὄρεξις κτήσεως, ἀρχὴ πλεονεξίας, ἐκ γὰρ φιλαργυρίας ἀδικία φύεται.

XLIV. Ibid. νδ'. p. 204. (quae alii Plutarcho tribuunt):

Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.

LIB. VI.

CALLISTHENES OLYNTHIUS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Callisthenes[1]) sive Demotimi sive Callisthenis filius Olynthi natus Aristotelis fuit consobrinus ac discipulus, id quod testatur praeter Suidam[2]) aliosque[3]) Plutarchus, qui eum ἐξ

1) De Callisthenis vita et scriptis data opera disseruerunt singularibus commentationibus: Sevinus abbas (Recherches sur la vie et les ouvrages de Callisthène) in Actis Academiae Parisiensis T. XI. p. 198—225 (secund. Westerm. t. 8 (1733) p. 126 — 143), „quam commentationem in germanicum sermonem convertisse dicitur Hissmannus in Magaz. f. d. Philos. I. p. 274." (Westerm.) et nuperrime Antonius Westermannus „De Callisthene Olynthio et Pseudo - Callisthene qui dicitur Commentationes academicae quattuor (Pars I. Lips. 1838. Pars II. 1841 et 42.)", de qua dissertatione iudicium nostrum interposuimus in Jahnii Annalibus Tom. XXVI, Fasc. II (1839). p. 182—187. Idem argumentum carptim tractarunt T. Hemsterhusius in annot. ad Poll. Onom. 9, 6, 93. p. 1075., Santo-Crucius Exam. crit. p. 34—38. et 350 sqq., A. Stahrius Aristotel. P. I. p. 121 sqq. et J. G. Droysenius Hist. Alex. p. 349 sqq.

2) Qui s. v Καλλισθένης haec habet: *Δημοτίμου οἱ δὲ Καλλισθένους Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ* (vel potius *Νεόφρονι* cf. Bernhardyum ad h. l.) *τῷ τραγικῷ, διότι συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης· τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ* (*Νεόφρονι*). *Εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι· καὶ φέρεται λόγος, ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον καταστρέψει· καὶ μαρτυρεῖ ὁ ἴαμβος οὗτος·*

Καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης·

περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης λέγων, ὡς ἠμέλετο πάνυ. cf. Bernhardyi annotationem ad h. l., cui haec tantummodo addimus; primum Nearchi et Neophronis nomina nobis quidem non a librariis sed ab ipso Lexicographo simili modo atque Nearchi et Onesicriti (cf. supra p. 114.) confusa esse, dein versum istum iambicum pertinere fortasse ad Glyceram, Harpali amicam, quam perstrinxit Python Catanaeus vel Byzantius *ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον γεγραφώς. ὅπερ ἐδίδαξε Διονυσίων ὄντων ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπου τοῦ ποταμοῦ.* Athen. XVI. p. 595. e. sqq. cf. Droysen. Hist. Alex. p. 498. et Clitarch. Fragm. XXI.

3) Arr. Exp. Alex. IV, 10. Diog. Laert. V, 1, 4. Curt VIII, 8 (28), 19. Justin. XII, 6, 17.

Ἡροῦς γεγονότα, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους, hanc ipsam ob affinitatem apud philosophum esse educatum asseverat[1]). Natum esse Callisthenem circa Ol. 103 (368—365 a. Chr.) haud temere ponit Sevinus, id quod Westermannus (p. 4) quidem „argumentis neque stabiliri posse neque refutari", opinatur, nos autem rationibus quas infra[2])

1) Plut. Vit. Alex. c. 55: *καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ (Ἀριστοτέλει) διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονώς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους.* De v. *ἀνεψιά* Westermannus l. c. p. 3 annotat: „Ipsum hoc vocabulum quo sensu intelligi voluerit Plutarchus paullulum dubitari potest, quoniam eo Graeci, sicut v. consobrinae Romani, et fratris sive sororis filiam et quamlibet affinem (cf. Plut. Solon. c. 1) significare solent. Prius si hoc loco praefers, Hero fuerit filia Arimnestae, sororis Aristotelis, fratre unico Arimnesto sine liberis mortuo. Iam Aristoteles ipse natus est demum Ol. 99, 1. 384 a. C.; cuius etiamsi sororem natu maiorem fuisse concedamus, tamen ex lege naturae nepotem ante Ol. 108. ex ea nasci potuisse vix est credibile: hoc autem tempore Callisthenem iam aliquatenus adolevisse ex eis apparebit, quae deinde disputabimus. Itaque veri similius est alterum, Hero fuisse quovis alio affinitatis gradu cum Aristotele coniunctam."

2) Egimus ea de re in Jahnii Annal. l. c. p. 183, ubi haec leguntur: „Dass Callisthenes zugleich mit Alexander vom Aristoteles erzogen worden sei, geht weder aus den Berichten der Alten hervor, noch ist es wahrscheinlich. Stahr (Aristotel. I. p. 106.) führt zwar die Zeugnisse des Arrian (Exp. Alex. IV, 10) und Plutarch(?) dafür an; doch ist in beiden Schriftstellern nur davon die Rede, dass Call. von seinem Verwandten Aristoteles erzogen worden sei. Daraus aber, dass Alex. bekanntlich ebenfalls vom Aristoteles erzogen wurde, folgt noch nicht, dass er zu gleicher Zeit mit Call. erzogen und unterrichtet wurde. Auch aus Justin. (XII, 6), wo vom Call. gesagt wird, dass er condiscipulatu apud Aristotelem Alexandro familiaris gewesen sei, kann die Gleichzeitigkeit gemeinschaftlicher Erziehung nicht gefolgert werden; wozu noch kommt, dass die Auctorität des Justin gerade an dieser Stelle sehr schwach ist. Die Gleichzeitigkeit dieser gemeinschaftlichen Erziehung ist aber auch nicht einmal wahrscheinlich, da ja Call. mit dem Alex., als dieser vom Aristoteles erzogen wurde, weder auf gleicher Stufe des Alters noch der Bildung stand. Denn während Alexanders Geburtsjahr auf Ol. 106, 1 fällt, wird man das des Call. gewiss richtiger mit Sevin in die 103te, als mit dem Vf. (Westerm.) in die 104 oder 105te Olympiade setzen, da nach dem Gesagten der Grund, warum Call. später als Ol. 103. geboren sein soll, wegfällt; andre Gründe aber weit mehr für ein früheres als späteres Geburtsjahr desselben sprechen. Einmal nämlich hatte Call., wie Westerm. p. 17 auch zugibt („nam si nihil dum scripsisset, non fuisset cur ille (Alex.) hanc ei provinciam (scribendarum rerum a se gestarum) demandaret), jedenfalls schon vor dem Beginne des Feldzuges nach Asien seinen schriftstellerischen Ruf begründet und schrieb daher wahrscheinlich schon Bücher, als Alex. noch bei Aristoteles in die Schule ging. Sodann aber würde es ganz unbegreif-

adscripsimus, sustentare conati sumus. Etenim quod addit Westermannus: „Sed quoniam una eum cum Al·xandro, nato Ol. 106, 1. 356 a. C., Aristoteles educavit, haud scio an rectius circa Ol. 104 sive 105. natus esse existimandus sit", id nobis quidem non persuasit vir doctissimus[1]). Ceterum quo tempore Aristoteli in disciplinam traditus sit liquere recte negat Westermannus, suspicatur tamen factum illud esse post patriam eius urbem (Ol. 108, 1. 348 a. C.) a Philippo eversam. Quare Aristoteles quum iam proximo anno Athenis Atarneum sese contulerit, hinc tribus annis post (Ol. 108, 4. 345 a. C.) Mytilenen commigraverit ac iam Ol. 109, 2. 343 a. C.) a Philippo ad Alexandrum educandum evocatus sit, neque ante Ol. 111, 2. 335 a C.) Athenas revertisse videatur[2]), ex Westermanni sententia fortasse puerum sibi traditum secum duxit Atarneum, id quod loco Pollucis Onom. 9. 6, 93 (Fragm. 46.) aliquatenus confirmetur, post Mytilenen, denique in Macedoniam, ubi una eum cum Alexandro instituerit, ut condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi fuisse recte dicatur apud Justinum (Hist. 12, 6.)[3]). At vero ne haec quidem assentiri licet viro eruditissimo. Quid est enim quod post Olynthum demum eversam Callisthenem puerum ad Aristotelem sive avunculum sive affinem a parentibus deductum esse cum Westermanno suspicemur? Erat nempe tunc Callisthenes, siquidem vera sunt, quae de natalibus eius supra sunt disputata, adolescens vel viginti vel septendecim certe annorum. Quidni potius statuamus, aliquot iam annis ante istam patriae calamitatem (fortasse Ol. 106. 356—52 a. C.) Callisthenem sive duodecim sive quatuordecim annos natum Stagiritae disciplina usum esse; eiusque primam institutionem per quadriennium vel quinquennium absolutam fere iam fuisse, ubi Aristoteles Athenis Atarneum sese contulisset, quanquam Callisthenem una cum affine suo in hoc oppidum commigrasse haud praefracte negaverim, dummodo ne Westermannus hanc opinionem loco Pollucis supra allato vel aliquatenus putet confirmari. Neque postea Callisthenem ab Ari-

---

lich sein, wie die Meinung hätte aufkommen können, dass Call. Lehrer Alexanders gewesen sei, wie er von Seneca (Suasor. I. p. 3.) geradezu genannt wird, wenn er mit demselben auf ziemlich gleicher Alters- und Bildungsstufe gestanden hätte." De hac opinione infra pluribus disputabitur.

1) Cf. quae supra (p. 192. ann. 2.) adscripsimus.

2) Vid. Diog. Laert. 5, 1, 9. Dionys. Halic. ep. ad Amm. 1, 5.

3) Diximus de hoc loco supra p. 192. ann. 2.

stotele ad Alexandrum instituendum evocato Pellam esse ductum infitiamur, modo ne Justinus quod eum Alexandro condiscipulatu apud Aristotelem familiarem fuisse perhibet de eodem institutionis ac disciplinae tempore cum Westermanno intelligas[1]).

Multo magis alius error est refellendus commissus ille quidem a Seneca[2]) atque Solino[3]), qui tantum quidem abest ut Alexandri aequalem et condiscipulum haberent Callisthenem, ut eius vel praeceptorem vel rectorem praedicarent. Quae quidem hallucinatio vix refutatione digna niti videtur in iis, quae narrantur apud Diogenem Laertium (l. c.), cuius haec sunt verba: *Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον.* Quo loco quum satis aperte videretur indicari, post Aristotelis discessum Callisthenem Alexandri instituendi provinciam suscepisse, confidentius quam verius Sevinus: „Après un sejour de quelques années, inquit, Aristote obtint la permission de se retirer. Callisthène, qui l'avait accompagné, prit sa place; il fut declaré précepteur du fils de Philippe: titre que lui donnent formellement Diogene Laerce (?), Seneque et Dion Chrysostome." Ac similiter Santo-Crucius: „En quittant la cour de Macédoine Aristote laissa auprès d'Alexandre Callisthène d' Olynthe, qui le suivit en Asie" sqq. At vero primum illud quidem constat, Aristotelem Alexandri institutione honorificentissime perfunctum (Ol. 110, 1. 340 a. C.) non continuo Athenas esse reversum, sed per integrum quadriennium ad ipsam fere usque Persicam Alexandri expeditionem (Ol. 111, 2. 335 a. C.) in Macedonia remansisse[4]). Dein, id quod comprobavit etiam Stahrius (l. c.), quadriennio illo peracto, quo magnus philosophus totum sese Pellaei iuvenis institutioni dederat, ipsa rerum gestarum serie omnis in posterum Alexandri disciplina praeclusa est. Etenim quis est qui rerum Macedonicarum peritus per turbulentum illud quod Persicam expeditionem

---

1) Similiter etiam, quod recte vidit Westermannus, Theophrasti et Callisthenis apud Aristotelem condiscipulatus non ad idem institutionis ac disciplinae tempus est referendus, qua de re infra pluribus agetur.

2) M. Senec. Suasor. I. p. 6 ed. Bip. quem locum infra adscripsimus.

3) Solin. Polyh. c. IX. p. 29 G. ed. Salmas.: „Peragravit orbem (Alexander) rectoribus Aristotele et Callisthene usus" sqq.

4) Cf. Stahr. Aristotel. I. p. 101 sqq.

antecedit quadriennium Alexandrum vel Callisthenis vel alius cuiuspiam praeceptoris auditioni vacasse opinetur? Callisthenem autem variis scriptis ante Persicam Alexandri expeditionem editis haud mediocrem inter aequales nominis famam adeptum esse quum certissimis cognitum habeamus[1]) argumentis, probabile est, intra hoc potissimum temporis spatium Athenis eum una cum Aristotele literis operam dedisse.

Atque in hos annos incidit etiam, id quod recte contra Stahrium defendit Westermannus[2]), Callisthenis cum Theophrasto et condiscipulatus apud Aristotelem et fideliter iuncta amicitia. Huc igitur pertinet locus ille qui legitur apud Diogenem Laertium (V, 2, 39) ad utrinsque viri indolem cognoscendam aptissimus: *Λέγεται δ' ἐπ' αὐτοῦ (Θεοφράστου) τε καὶ Καλλισθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν Ἀριστοτέλην, ὅπερ Πλάτωνα, καθὰ προείρηται, φασὶν εἰπεῖν ἐπί τε Ξενοκράτους καὶ αὐτοῦ τούτου φάναι γὰρ, τοῦ μὲν Θεοφράστου καθ' ὑπερβολὴν ὀξύτητος πᾶν τὸ νοηθὲν ἐξερμηνεύοντος, τοῦ δὲ νωθροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ κέντρου.* In quibus, interprete Westermanno, verba „*νωθρὸν*

1) Cf. quae de Callisthenis scriptis infra annotata sunt.

2) Westermannus l. c. p. 4 haec adscripsit: „Verum est quidem, Theophrastum una cum Callisthene Aristoteli operam dedisse; docet Diog. Laert. V, 2, 39, confirmat Cicero, qui sodales eos appellat Tusc. III, 10, 21, immo mortui etiam socii memoriam singulari libro Theophrastus honestavit: sed ad consortium Stagirense eruendum unum tantum Stahrius argumentum idque satis infirmum affert, testimonium ipsius Theophrasti, qui in testamento suo apud Diog. Laert. V, 2, 52 (ubi alium Callisthenem atque Olynthium sine dubio intelligendum esse contra Stahrium, qui aperto errore h. l. lapsus est, rectissime comprobat) de fundo loquitur quem Stagiris possideat. At aegre credas, Theophrastum, Eresi natum, fullonis filium, iamiam iuvenem Stagiris fundum possedisse, cuius senex demum in testamento fecerit mentionem, neque diversus ille videtur ab eo quem ante Aristoteles ipse habuerat quemque huius filio Nicomacho mortuo Theophrastus memoriae magistri conservandae caussa comparare sive tanquam heres nancisci potuit. Iam vero teste Laert. V, 2, 36 idem primum Leucippi auditor fuit, tum Platonem audivit, denique ad Aristotelem se contulit. Ex quo consequitur, ut puer non ab Aristotele una cum Alexandro(?) et Callisthene Stagiris institutus esse possit, sed ut aliquanto post ad eum accesserit; neque aliud restat huic accessioni accommodatum tempus quam quo relictis Stagiris Aristoteles iterum Athenas redux factus docuit, i. e. Ol. 111, 2 sqq. Cuius rei cum Theophrastus socium Callisthenem haberet, efficitur ut hic quoque antequam in Asiam ad Alexandrum accederet Athenas aliquando rediisse ibique amicitiam cum Theophrasto iunxisse putandus sit."

τὴν φύσιν i. e. **tardum ingenio et obtusum**" erraret qui sic dicta acciperet, quasi omnem in eo animi alacritatem prorsus magister desiderasset. Scilicet nihil aliud voluisse Aristotelem quam Callisthenem, si compararetur cum Theophrasto, qui pro excellenti ingenii acumine cuncta facillime assequeretur et egregie exponeret, in ediscenda atque aliis tradenda philosophia habendum esse longe inferiorem. Quod indicium egregie confirmari eadem Platonis atque Isocratis de Aristotele et Xenocrate, de Theopompo et Ephoro sententia[1]), quorum exemplis intelligatur, „νωθρότητα illam non tam ingenii hebetudinem significare quam animi atque morum rigorem atque severitatem, quam qui habeant (et esse eos homines sane plerumque ingenio aliquantum tardiores), quoniam probitate nitatur, nihil extimescere, vitae dulcedinem contemnere, recta via ad finem tendere, libere omnia eloqui, itaque hominibus mollioribus, potentibus imprimis, maiori offensioni quam delectationi esse solere." — Quae quamvis verissime in universum commentatus sit vir eruditissimus, nimio tamen Callisthenis defendendi studio abreptus quum in eorum, qui νωθροὶ denotantur, multus sit virtutibus enumerandis atque praedicandis, vitia prorsus praetermisit, ut laudi fere et gloriae Callistheni quidem verti videatur νωθρότης ista, de qua quid nos sentiamus pluribus infra exponetur.

Iam vero quum vel ex iis, quae in antecedentibus dicta sunt, probabile quidem sit, id quod bene quidem sensit sed cautius quam par erat eloquutus est Westermannus[2]), Calli-

---

1) Pluribus haec exposuit Westermannus allatis locis Diog. Laert. IV, 2, 6. Cic. Brut. 56. epp. ad Att. VI, 1, 12 et collatis Marx. ad Ephor. Fragm. p. 12. Diog. Laert. IV, 2.

2) Cf. locum ex Westermanni commentatione supra (p. 195. ann. 2.) adscriptum. Dein p. 6., ubi haec leguntur: „Callisthenes igitur ex Aristotelis disciplina dimissus ab illo ipso commendatus(?) ad Alexandrum, Macedoniae regem, sese contulit; quod quamvis Aristotele Athenas revertente accidisse dicat Diog. Laert. V, 1, 4, post tamen aliquanto factum esse, supra demonstratum est. Iam sequuntur Plutarchi et Justini loci post ea afferendi. Denique id quod rectissime annotavit p. 7: „Quod eodem anno quo Athenas Aristoteles rediit (Ol. 111, 2. extr.) Alexander Hellespontum traiiecit (Arr. Exp. Alex. I, 11, 4. Clem. Alex. Strom. VI. p. 336.), nostrae non obstat sententiae, quanquam augetur eo suspicio, in Asia demum Callisthenem ad regem accessisse; quippe nihil impedit quo minus ponamus, eundem ut Alexandro aliquot annis maiorem paullo prius ex Aristotelis disciplina dimissum Athenas venisse ibique cum Theophrasto amicitiam iunxisse, quo tempore historiae perscrutandae operam dedisse putandus est.

sthenem in Asia demum ad eorum accessisse numerum, qui Alexandum rerum et gestarum et gerendarum sive socii sive scriptores comitarentur, luculenter illud apparet etiam ex Plutarchi et Justini testimoniis. Narrat enim Plutarchus (Vit. Alex. c. 53): *ὅτι τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος (ὁ Καλλισθένης) ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον*, et aliquanto apertius (de Stoic. repugn. c. 20): *Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης.* „In quibus, quod recte animadvertit Westermannus, *ἔπλευσεν* cur auctor dixerit non intelligitur nisi si de loco per mare a Graecia disiuncto intellectum voluit." His accedit Justini locus (VII, 6), ubi de Alexandri post Cliti caedem furore ac poenitentia haec adduntur: „Multum profuere Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad prodenda memoriae acta eius acciti"; ubi particulam tunc non ad ipsum illud punctum temporis, in quod Cliti caedes inciderit, sed ad totam regis expeditionem referendam esse, item bene iam vidit Westermannus.

Quare in Asia demum ad Alexandrum accessisse Callisthenem, consentiunt quidem Plutarchus et Justinus; de causis vero huius accessionis discrepant. Alter enim Olynthi patriae in pristinum honorem restituendae studio ductum sua sponte illum Alexandro appropinquasse scribit, alter ab ipso rege ad prodenda memoriae acta eius accitum tradit. Denique Diogenes Laertius et Suidas (ll. cc.) tertiam satis aperte causam indicare videbantur eam, quod ab ipso Aristotele avunculo commendatus Callisthenes socius atque comes Alexandri factus esset. Primum vero, quod ad Diogenis Laertii locum attinet, errant viri docti[1]), qui eius verba: „*συστήσας αὐτῷ Καλλισθένη*" et in seqq. „*διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν*[2])" ita acceperunt, ut iis significari putarent Aristotelem Callistheni auctorem et suasorem extitisse Alexandrum in expeditionibus comitandi et scriptis prosequendi. Nam-

---

1 Stahrius in Aristotel. I. p. 125. ann. 2. cf. p. 121. et Westermannus l. c. p. 7.

2) Nescio quid significent quae annotat ad haec verba Westerm. l. c.: „Quod non recte intellexit interpres latinus." Immo haec rectissime vertit: „commendato illi cognato Callisthene Olynthio" et in seqq.: „Ob Callisthenem Alexandro commendatum." cf. Xenoph. Anab. III, 1, 8, ubi similiter de Xenophonte a Proxeno Cyro commendato legitur: „*καὶ συνεστάθη Κύρῳ.*"

que nihil aliud illo loco dicit Laertius, quam ab Aristotele Pella discedente Callisthenem cognatum Alexandri benevolentiae esse commendatum[1]), id quod nemo non concesserit. Accedit quod huic Laertii loco alias ob causas nihil fere auctoritatis est tribuendum[2]), id quod item cadit in Suidae locum, cuius quidem verbis: ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ aliquatenus certe illorum virorum doctorum opinio stabiliri videatur. Atque ne internis quidem probabile est rationibus, Aristotelem vel Alexandro discipulo vel Callistheni cognato mutuae consuetudinis atque diuturni contubernii ineundi consilium suppeditasse. Neque enim duriores ac difficiliores Callisthenis mores eiusque νωθρότης quam parum magni regis convenirent commercio virum fugisse sagacissimum[3]), satis apparet ex eiusdem Laertii loco (V, 1, 5), ubi narratur: Παῤῥησιαστικώτερον λαλοῦντα (Καλλισθένη) τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ (φασιν) ἐπιπλήξαντα (Ἀριστοτέλη) εἰπεῖν· „ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι. οἷ' ἀγορεύεις[4]).“ Deinde ad Alexandrum eum dimittens, ut scribit Valerius Maximus[5]), Aristoteles monuit, „ut cum homine vitae potestatem et necis in acie linguae portante aut rarissime aut iucundissime loqueretur, quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior vel sermone esset acceptior.“ Quare etsi vehementius refragatum Aristotelem Callisthenis Alexandrum in expeditionibus comitandi consilio equidem non contenderim, minime tamen cum Stahrio et Westermanno (ll. cc.) commendatum eum dixerim Alexandro ut socium atque comitem ab Aristotele, „quippe ipso quoque haud leve in eo habituro rerum suarum adiumentum et subsidium.“ Persuasum potius habemus, id quod et ipsi rerum conditioni maxime est consentaneum et Plutarchi ac Justini (ll. cc.) probatur testimoniis, Callisthenem vel propter affinitatem quae intercederet cum Aristotele vel propter nominis famam haud mediocrem, quam inter aequales tunc adeptus esset, similiter atque Ephorum, Xenocratem, Menedemum, historicos illa aetate celeberrimos[6]), ad prodendam

---

1) Cf. p. 197. ann. 2.

2) Errorem a Laertio h. l. commissum iam supra (p. 194.) reprobavimus, de alio, quem recte notavit etiam Stahrius l. c. p. 132., infra videbimus.

3) Id quod concedit etiam Stahrius l. c. p. 123.

4) Versus est notissimus ille Homericus (Il. XVIII, 95.), quo Thetis plangit filium praemature moriturum.

5) Valer. Maxim. VII, 2, 11. cf. Ammian. Marc. XVIII, 3, 7.

6) Cf. Meier Marx Ephor. Fragm. p. 17. In reliqua turba literatorum hominum, quos secum habuit Alexander (Ephorus enim,

rerum suarum memoriam ab Alexandro in Asiam vocatum, laudis potissimum et gloriae consummandae studio et cupiditate ductum[1]), fortasse etiam de Olyntho patria instauranda cogitantem lubentissime hanc invitationem accepisse.

Alexandrum igitur in Asiam sequutus et benigne ab eo exceptus Callisthenes ab initio quidem haud mediocri gaudebat regis gratia ac benivolentia, debita illa quum nominis famae doctrinaeque ubertati tum Aristotelis, communis praeceptoris, affinitati[2]). Turbata vero est familiaris haec consuetudo, Plutarcho quidem auctore, primum post Cliti caedem Anaxarchi potissimum Abderitae invidia et calumnia. Nempe uterque philosophus ex suae philosophiae rationibus quum immodicum Alexandri dolorem ac paene furorem lenire studerent atque temperare, sua quidem Anaxarchus consolatione, ut utar Plutarchi[3]), *τὸ μὲν πάθος ἐκούφισε τοῦ βασιλέως, τὸ δὲ ἦθος εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ παρανομώτερον ἐποίησεν, αὐτὸν δὲ δαιμονίως ἐνήρμοσε καὶ τοῦ Καλλισθένους τὴν ὁμιλίαν, οὐδὲ ἄλλως ἐπίχαριν διὰ τὸ αὐστηρὸν οὖσαν, προσδιέβαλε* Justinus[4]) vero, ne memorans ille quidem Anaxarchum, praeter universi exercitus preces ad re-

---

Xenocrates, Menedemus non sequuti sunt) recte appellat Westerm. l. c. p. 8. Anaxarchum Abderitam, Agim Argivum, Cleonem Siculum, Neophronem Sicyonium (cf. Arr. Exp. Alex. IV, 9, 9. Curt. VIII, 5 (17 et 18), 8 et 10. Suid. s. v. *Νεόφρων* (cf. supra p. 191.) Cic pro Arch. X, 24.). Adde Choerilum poëtam (non confundendum illum cum celebrioribus Choerilis et Atheniensi et Samio), cf. Curt. l. c. Horat. Epist. II, 1, 232 sqq. Ep. ad Pison. 357 sqq. Naeke de Choeril. Sam. p. 40., et Pherecratem, cf. Eudoc. Viol. p. 426.

1) Quippe qui et Alexandri rebus conscribendis egregiam rhetoricas artes ostentandi opportunitatem suppeditatum iri et fortasse regis ipsius regendi spem fore opinaretur.

2) Neque enim cum Stahrio (Aristotel. I p. 122) Alexandrum Callisthenis morum probitati ac strenuitati tantum tribuisse dixerim, ut sua illum dignaretur amicitia ac familiaritate. Pertinet autem ad illam Alexandri in Callisthenem quae aliquamdiu intercedebat gratiam et benivolentiam id quod narrat Diog. Laert. VI, 2, 45, quum Callisthenem aliquis felicem praedicaret, quod magnificis ab Alexandro apparatibus exciperetur, Diogenem Sinopensem respondisse: *κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δόξῃ*. Neque est quod haec ad Callisthenem quadrare negetur cum Westermanno l. c. p. 10.

3) Plut. Vit. Alex. c. 52. De Anaxarcho Abderita cf. Arr. Exp. Alex. IV, 9, 9 (7.). Plut. ad princip. inerudit. c. 4. Athen. VI. p. 250. f.

4) Justin. XII, 6.

gem tunc consolandum plurimum valuisse scribit Callisthenem, id quod testatur etiam Curtius[1]), qui Alexandrum, quum interfecto Clito mori perseveraret, ab eodem Callisthene revocatum ad vitam esse auctor est. Arrianus contra quanquam solita diligentia exposuit, quaecunque vel ad Cliti caedem vel ad Callisthenis sortem cognoscendam spectare viderentur, de Anaxarchi quidem consolatione famam non ignorat, Callisthenis tamen hoc loco ne verbo quidem facit mentionem. Quare quum tantam eadem de narratione variorum auctorum videamus esse discrepantiam, iis, quae leguntur apud Plutarchum de Alexandri animo post Cliti caedem per Anaxarchum maxime a Callisthene abalienato, intelligitur haud ita multum ponderis esse tribuendum. Res ita potius se habuit. Brevi ante funestam Cliti necem quum in Parthia moraretur Alexander[2]), orientis rex iam dudum ab omnibus appellatus, sive splendoris studio ductus sive, id quod multo est probabiliūs, gravioribus causis permotus externa quoque, quibus orientis reges antiquitus uti solerent, regiae dignitatis adsciscere statuerat insignia, atque quum Macedones, Graeci, Asiani iamiam eiusdem imperii finibus essent circumscripti, iisdem honoribus aeque ab omnibus coleretur necesse esse arbitrabatur[3]). Iam vero Graeci ac Macedones victores eorum quos vicissent institutis uti turpe esse atque indignum rati, vero Alexandri consilio non perspecto, adorationis imprimis morem aspernabantur atque repudiabant. In quo numero fuisse etiam Callisthenem neque mirabimur, si respicimus quae de eius indole moribusque et supra[4]) dicta sunt et infra dicentur, neque per se profecto vituperabimus. Verum tamen si quis sine ira, quod aiunt, et studio causas ponderaverit, quibus permotus Callisthenes adorationis morem non solum detractaret, sed acerbissimis sese adiungeret Alexandri adversariis intrepidumque stulte iactans libertatis amorem modo ipsius regis modo adversariorum et re et verbis animos lacesseret atque exacerbaret, is tritis certe atque ineptis abstinebit sophistae laudibus, neque cum Sevino, Santo-Crucio, Stahrio, Wester-

1) Curt. VIII, 8 (29), 22.

2) Cf. Arr. Exp. Alex. IV, 7, 4 (7). Plut. Vit. Alex. c. 45. Diod. XVII, c. 77. Curt. VI, 6 (20), 1. (Vid Mütz. ann. ad h. l.) Justin. XII, 3. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 344 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 289.

3) Egregie haec exposita sunt a Droysenio l. c. et p. 235 sqq.

4) Cf. p. 198.

manno[1]) velut vindicem praedicabit publicae libertatis ac patriae honestatis.

---

1) Nititur hoc iudicium quum in Plutarchi, Senecae, aliorum veterum sententiis tum in Curtii locis VIII, 5 (20), 20: „Aequis auribus Callisthenes veluti vindex publicae libertatis audiebatur", et VIII, 5 (18), 13: „Gravitas viri (Callisthenis) et prompta libertas invisa erat regi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium (i. e. adorandi morem) moraretur." Ad quem locum haec adscripsit Mützellius: „Das Urtheil, welches dem Aristoteles über diesen seinen Schüler von Plut. Alex. 54 beigelegt wird, scheint zwar hart, ist indess nicht eben ungerecht zu nennen. Offenbar hatte der Charakter des Mannes viel Gutes; so sagt Plut. Alex. 53. von ihm: *σπουδαζόμενος μὲν ὑπὸ τῶν νέων διὰ τὸν λόγον, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἀρέσκων διὰ τὸν βίον εὔδακτον ὄντα καὶ σεμνὸν καὶ αὐτάρκη.* Auch die Art, wie er sich gegen Alex. nach dem Unglück mit Clitus benahm (s. zu C. VIII, 39, 22.?), zeugt für seine Umsicht und Erfahrung. Endlich verdient die Freimüthigkeit, mit der er sich gegen den Willen des Königs erklärte, an sich um so mehr Anerkennung, je grösser die Verführung war, ihr zu entsagen. — Allein es scheint, dass er sich durch seine philosophische Bildung zu einer Ueberschätzung seiner sittlichen Bedeutung habe verleiten lassen, und dass sich deren Folgen in allerlei Extremen zeigten. So verkannte er seine Stellung dem Alexander gegenüber, und untergrub mehr und mehr die Basis, worauf sein Einfluss auf jenen sich gründen konnte. Arr. 4, 10, 1 nennt ihn zwar nur *τὸν τρόπον ὄντα ὑπαγροικότερον*, u. Plut. Alex. 52: *αὐστηρόν*. Aber sein Verhalten verdient in manchen Zügen (vgl. z. B. Arr. IV, 10, 1. 2. Plut. Alex. 52. ff.) auch gewiss vollkommen die Prädikate *σκαιότης, ἄκαιρος παῤῥησία* und *ὑπέρογκος ἀβελτηρία*, die Arr. IV, 12, 6. 7. ihm beilegt, und so bestätigt sich jenes Urtheil des Aristoteles hinreichend." Cui viri eruditissimi sententiae, multo illi quidem cautiori quam Sevini, Santo-Crucii, Stahrii et Westermanni (ll. cc) in universum nos quoque subscribere non dubitamus, quamvis hic illic aliquatenus dissenserimus et magis accedamus ad Droysenii iudicium, quod nimis quidem severum minusque quam par erat aequum de Callisthenis moribus fecit (Hist. Alex. p. 349): „Unter diesen Hellenen in Alexanders Gefolge waren besonders zwei Literaten, die durch sonderbare Verknüpfung der Umstände einige Bedeutung in den Verhältnissen des Hoflagers gewannen. Der eine war der oben erwähnte Olynthier Callisthenes; Schüler und Verwandter des grossen Aristoteles, der ihn seinem königlichen Zöglinge zugesandt hatte (?), begleitete er den König nach Asien, um als Augenzeuge die Grossthaten der Macedonier der Nachwelt zu überliefern; Philosoph ohne Kenntnisse (?), hochmüthig ohne Charakter, von selbstgefälliger Wohlbeleibtheit und voll kleinlicher Schwächen glaubte er eigentlich der grosse Mann zu sein, unter dessen Augen der König und das Heer jene Thaten ausführe, deren Wesen und Werth er allein zu würdigen verstände:

Callisthenes igitur quum ab initio quidem haud expers regis benivolentiae et animo et scriptis talem se praebuisset, ut in Ἀλεξανδροκολάκων numero iure haberetur[1]), quum auctoritate sese non tantum valere apud regem sentiret, quantum et pro singulari doctrinae et gloriae suae pondere et pro Aristotelis cognatione sibi vindicaturum sese temere et arroganter olim sperasset, aegre id ferens ἀκαίρῳ τε παῤῥησίᾳ καὶ ὑπερόγκῳ ἀβελτηρίᾳ et Alexandri et eius amicorum animos magis magisque offendere coepit[2]). Itaque laetas quibus una cum amicis rex a diurnis laboribus requiescere solebat epulas tunc quidem aut plane detractabat Callisthenes aut, id quod multo erat molestius, tristi et severo vultu accubans, interdum etiam convivarum iocos verborum malignitate castigans communem, qua ad seria animi corroborari amant, hilaritatem turbabat atque praeripiebat. Ita in eiusmodi convivio quum poculum per omnes in orbem iret, merum bibere iussus recusavit atque cur non biberet interrogatus: οὐδὲν δέομαι, inquit, Ἀλεξάνδρου πιὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι[3]). Item[4]) aliquando in magno convivarum coetu extemporali oratione laudare iussus inter pocula Macedones, tam egregie declamitasse dicitur, ut surgentes illi plauderent coronisque oratorem peterent; tum Alexandrum versu iocatum Euripideo pronuntiasse, si quis haberet τῶν λόγων καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν[5]), atque cohortatum esse, ut vituperandis potius Macedonum vitiis simul ad haec emendanda simul ad eloquentiae vim etiam magis declarandam valeret oratio; iam vero sophistam hac cupide arrepta opportunitate audacissime in Macedones invectum quum alia licentius atque acrius quam par esset iactavisse tum sermone orto de Macedonum opi-

---

durch ihn werde Alexanders Name berühmt werden, ihm und seinem Geschichtswerke, nicht den Mährchen, die Olympias sich einrede, noch den Orakeln des Ammon und der Branchiden von Milet, danke es Alexander, dass er als Gott geehrt werde."

1) Cf. quae infra ea de re afferentur.

2) Arr. Exp. Alex. IV. 12, 9 (6—7.) et c. 10.

3) Cf. Aristob. Fragm. XLIX et Char. Mytil. Fragm. Fragm. VI.

4) Narrat haec Plut. Vit. Alex. c. 53 sqq. cf. Philostr. Vit. Apoll. VII, 2.

5) Eurip. Bacch. vs. 263. Annotat Westerm. ad h. l.: „Hoc loco εὖ λέγειν restituit Coraes ex codicibus pro vulg. εὐλογεῖν, quod tamen verbum consulto immutasse Alexandrum dicit Sancte-Crucius l. c. p. 356, à cause de l'éloge que Callisthène venait d'improviser."

bus per Philippum auctis, non sibi, dixisse, sed uni Graecorum discordiae eum potestatem suam debuisse, atque eo protervitatis (*ἀκαίρου παῤῥησίας* et *ὑπερόγκου ἀβελτηρίας*) provectum esse, ut in Philippum adhiberet versum istum:

ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς[1]).

Qua re et reliquorum Macedonum in se odia convertisse et Alexandrum dixisse, eum non tam dicendi artis quam invidiae suae Macedonibus documentum edidisse. Narravit vero postea Stroebus, Callisthenis anagnosta, regis indignatione cognita eum tanquam praesagientem, quid funestae sortis sibi immineret, bis terve quum discederet ab Alexandro recitasse versum Homericum:

κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων[2]).

Quibus auditis de affine suo indicavit etiam Aristoteles, *ὅτι Καλλισθένης λόγῳ μὲν ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, νοῦν δὲ οὐκ εἶχεν*[3]), Alexander vero hominis temeritatem perstrinxit aliquando et quid de eo sentiret declaravit versu Euripideo:

μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός[4]).

Iam igitur accuratius hinc cognitis Callisthenis indole ac moribus, ut revertamur ad illud, unde profecti sumus, neque mirari nos neque vituperare supra diximus, quod in eorum numero fuisset Olynthius, qui regis adorationem quamvis gravissimis de causis ex Persarum more ab Alexandro tunc cooptatam aspernarentur atque repudiarent. Immo quis est homo ingenuus atque liberalis, qui non merita cum Wester-

---

1) Ad hunc versum haec attulit Westermannus: „Eodem versu utitur Plutarchus Vit. Nic. c. 11. et comp. Lys. et Sull. c. 1. Lozynski Herm. Fragm. p. 88 dicit eum legi in Homer II. XV, 189; verum non legitur apud Homerum ac locum illum propter var. lect. *ἔμμορε* interpretes indicaverunt. cf. Zenob. Prov. III, 77."

2) Iliad. XXI, 107. „Quo loco abusus est Sprengel. in Hist. art. med. T. I. p. 467." Westerm. p. 11.

3) Plut. Vit. Alex. c. 54. Westermannus (p. 11) ad hunc locum haec adscripsit: „Quae illustrat Jo. Lyd. de mens. Excerpt. III, 36. p. 45. ed. Bonn. (id. ap. Cram Anecd. Par. I. p. 329.) *ὅτι Ἀριστοτέλης τὸν Καλλισθένην ἀπέσκωψε τὸν μὲν περιττὸν νοῦν ἔχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἀποβεβληκέναι*, atque recte explicat Krügerus in Jahnii Annal. XV, 2. p. 193.

4) Eurip. Fragm. inc. CXI. ap. Plut. Vit. Alex. c. 53. et de occulte vivendo c. I. (T. XIV. p. 199 ed. Hutt.), item ap. Cic. epp. ad Fam. XIII, 15., quem Cicerone teste (Epp. ad Fam. VII, 6. et de Off. III, 15) ita latine reddidit Ennius:

Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequicquam sapit.

manno (p. 11) censeat laude dignum esse eum, qui in convivio splendidissimo aliquando quum ex composito quidam adorationis mentionem iniecisset atque Anaxarchus, Alexandri adulatorum facile princeps, sermone in laudem regis instituto morem istum ita commendasset, ut plurimi convivarum ad adorandum parati essent, tacentibus reliquis solus contra dicere et honorem illum tanquam homine libero eoque graeco plane indignum recusare tam fortiter ausus sit, ut Alexander tunc quidem incepto destitisse narretur[1]). Neque illud reprehendemus, quod inter pocula Callisthenes aliquando quum de temperie fortasse sermo esset coelumque ea qua tunc essent regione multo sibi videri dixisset asperius atque frigidius quam in Graecia[2]), Anaxarchum hoc negantem perstringeret responso: „*Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη σοι ταῦτα ἐκείνων ὁμολογεῖν ψυχρότερα· σὺ γὰρ ἐκεῖ μὲν ἐν τρίβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ἐπιβεβλημένος δάπιδας κατάκεισαι*[3])." Nihilominus et temeritatis et subdolae malignitatis notandus esse vituperio idem nobis videtur Callisthenes, si vera sunt (vera autem esse spondet auctor fide dignissimus) quae memoriae tradidit Chares Mytilenaeus: Alexandrum in convivio poculum aliquando quum praegustasset, tradidisse alicui amicorum, hunc surrexisse atque in aram conversum ubi bibisset primum adorasse, dein osculatum regem in sedem suam reversum esse. Quod quum deinceps reliqui convivae fecissent omnes, denique Callisthenem, quanquam Hephaestioni antea item sese huic mori cessurum esse promisisset et quanquam ipse rex humanissime subveniens illius pudori, ne animadverteret quod molestum atque indignum videretur philosopho, cum Hephaestione colloquutus sese avertisset, neglecta tamen omni promissorum fide omissaque adoratione, quum bibisset, ad Alexandrum item osculaturum accessisse. Neque ipsum Alexandrum sensisse fraudem, sed de ea certiorem esse factum a Demetrio, uno

---

1) Arr. Exp. Alex. IV, 10, 7 (5) — 12. Curt. VIII, c. 5 (18—20) apud utrumque orationes extant Callisthenis, quae Clitarcho fortasse auctori debentur) Plut. Vit. Alex. c. 54. Justin. XII, 7. Itiner. Alex. c. 92.

2) Unde probabile fit, in Parthia hoc vel Bactriana evenisse.

3) Plut. Vit. Alex. c. 52. „Quibus verbis, ut recte annotat Westerm., mollitiem et avaritiam notavit miseri hominis et liberalitate Alexandri impudenter abutentis. Vid. Plut. Apophthegm. in Alex. 7. Arsen. Viol. p. 95. Quod vero addit: „dum ipse (Callisth.) paucis contentus viveret", hoc etsi non improbabile, veterum tamen auctorum testimoniis non est comprobatum.

ex amicis, vociferante: „Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς, οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκε.” Quare Alexandrum quidem osculum detractavisse, sophistam vero, insolentiam malignitate augentem, alta voce exclamasse: „Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι”[1]).

His igitur moribus et hoc in Alexandrum animo quum esset Callisthenes, nemini profecto mirum videbitur, et regem magis in dies ab homine temerario, insolente, arrogante esse abalienatum et Callisthenem, ut Curtii[2]) utar, „solitum sermonibus eum vituperantium criminantiumque faciles aures praebere.” Quorum vituperatorum acerrimus atque invidiosissimus tum erat Hermolaus, ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ὢν τῷ Καλλισθένει[3]), eorum puerorum cohorti adscriptus, qui ex principum Macedonum more „ad munia haud multum servilibus ministeriis abhorrentia” regibus tradebantur[4]) Qui quum propter laesas aliquando venandi leges verberibus affici iussus esset, aegre ferens ignominiam ab Alexandro acceptam eius caede ulcisci constituit. Quo consilio primum cum Sostrato amico, dein cum aliis sociis communicato noctem exspectabat, qua cum illis una excubiturus facinoris perpetrandi opportunitatem nancisceretur. Hanc vero noctem quum sive forte fortuna sive a Syria muliere haud sine numine praemonitus inter laetos convivas totam consumpsisset et prima luce in puerorum coniuratorum stationes alii successissent, consilii mature exsequendi spe erepta, ut fit, totum inceptum ad irritum redactum est. Postridie enim ubi primum unus coniuratorum fraudem amico, hic vero alteri aperuit, mox tota res ad Ptolemaeum Lagidam, corporis custodem fidelissimum, per hunc denique ad ipsum regem delata est, qui corripi coniuratos et in vincula abduci iubet. In horum numero etiam Callisthenes fuit, a quo, Ptolemaeo quidem et Aristobulo testantibus, ipse Hermolaus et Sostratus stimulatos sese ad facinus male audax (τὸ τόλμημα) suscipiendum equuleo confessi erant[5]). Neque dicteria ista, quibus adolescentulorum ani-

1) Charet. Mytil. Fragm. VII.

2) Curt. VIII, 6 (23), 24.

3) Ptolem. Lagid. Fragm. XIII.

4) De hoc more cf. Arr. Exp. Alex. IV, 13, 1. Curt. V. 1 (6), 42 et VIII, 5 (21), 2. (Utrumque ex Aristobulo sua hausisse putat Mützell. ad h. l.) Diod. XVII, c. 65. Sainte-Croix Ex. Crit. p. 567 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 353 sqq.

5) Et veterum et recentiorum locos huc spectantes attulimus ad Ptolem. Lagid. Fragm. XIII. Lib. I. c. II. p. 18 et 19.

mos sponte iam ad audacissima quaeque utut maxime temeraria propensos lacessisse et dicebatur et credebatur Callisthenes, a tota viri indole supra adumbrata ita nobis videntur abhorrere, ut cum Westermanno[1]) in rumoribus ab hominibus malevolis mere fictis ac dissipatis habenda esse arbitremur. Veluti quum Hermolaus apud eum verberatum se a rege quereretur, dixisse fertur, „meminisse debere eos iam viros esse"[2]); tum interroganti illi, qua ratione illustrissimus fieri posset, respondisse: „si illustrissimum necavisset." Quid quod eundem ad ipsam caedem instigasse dicitur monens, ne aureum lectulum vellet extimescere, sed meminisset potius, hominem mortalem neque morborum neque vulnerum expertem sese aggredi[3]). Haec vero ac talia quamvis vel incerta vel prorsus etiam ficta fuerint, certissimum tamen est, id quod ipse concedit Curtius (l. c.), studiosissimus philosophi Olynthii patronus et laudator, „solitum eum sermonibus vituperantium criminantiumque regem faciles aures praebere." Quare utut eidem Curtio, vel invito Ptolemaeo et Aristobulo, constare concederemus (id quod concedere nos vetant et

---

1) Westerm. l. c. p. 13.

2) Curt. VIII, 6 (23), 24, qui his addit: „Idque ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum iuvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse." (?)

3) Curt. l. c. Plut. Vit. Alex. c. 55. Aliam de Callisthene rumorem his simillimum addit Arrianus Exp. Alex. IV, 10, 4 (3), haec narrans: *Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὅντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν· ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν εἰ τῷ τύραννον κτείναντι ὑπάρχει παρ' οὕστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ' ἄλλους, παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι· τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος.* — Quae non ad Philotam celeberrimum, Parmenionis filium, sed ad Philotam quendam Thracem pertinere annotat Droysen. Hist. Alex. p. 354. not. 87. Quid autem velit locus Diog. Laert. IV, 2, 6. ab eo adscriptus non assequutus sum. Westermannus autem Arrianeis istis allatis p. 9. haec addit: „Quae non indigna quidem Callisthene, sed adeo nota atque pervulgata sunt (de priore dicto cf. Plut. Vit. dec. orr. p. 833. B, de altero Isocr. Paneg. §. 54 sqq., Lys. Epit. §. 11 sqq., Demosth. Epit. §. 8. Plat. Menex. c. 9.), ut talia ab oblivione vindicari potuisse demirere." Ex iis vero quae subsequuntur Westermannum de Philotae Parmenionis filio cogitasse apparet; atque ab ipsis istorum sermonum auctoribus utrumque Philotam inter se confusum esse nobis quidem persuasum est.

testium auctoritas et ipsa rei natura atque indoles), „Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse", quis aut iniquitatis aut iniuriarum ne dicam crudelitatis accusaverit Alexandrum, quod hominem importunum atque temerarium et libertate et nocendi tunc privaret opportunitate, praesertim si cogitet, quantum et auctoritate et lingua valuerit ille inter regis adversarios et obtrectatores, quique recordetur, suspicionem certe non defuisse Philotae, iam pridem pravorum consiliorum auctorem et suasorem extitisse Callisthenem![1]) Ma-

---

1) Cf. quae supra annotata sunt. Westermannus l. c. p. 13. utrum revera coniurationis conscius fuerit nec ne ad liquidum negat perduci posse, quibus addit: „Plutarchum (Vit. Alex. c. 55.) si audimus, coniurati ne tormentorum quidem vi victi Callisthenem ut criminis participem indicaverunt, idque ipsum Alexander quoque scripsit in epistolis ad Craterum, Attalum, et Alcetam statim post detectam coniurationem datis. Verum postea quasi novis indiciis certior factus scripsit ad Antipatrum, *τὸν Καλλισθένην συνεπαιτιασάμενος: „Οἱ μὲν παῖδες ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν, τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας."* (Rectissime autem Stahrius neque hoc loco neque Diog. Laert. V, 1. 10 comprobari docet, Callisthenis culpa factum esse, ut ab Aristotele quoque praeceptore abalienaretur Alexandri animus). Nimis confidenter severius de Callisthene iudicium tulit Droysen l. c. p 357. annotans: „Dass aber Kallisthenes die Gesinnung der jungen Leute gekannt (hoc quidem nos quoque persuasum habemus) und mit kluger Vorsicht (?) auf den Königsmord geleitet habe (hoc vero severius iudicatum nobis videtur), ist nach seinem Charakter und durch die Angaben des Ptolemaeus und Aristobul ausgemacht" Contra haec vere Mützellius (ad Curt. l. c. p. 762) animadvertit: „Allein trotz der Angabe des Arrian (IV, 14.) ist man wol schwerlich berechtiget, über Kallisthenes so entschieden das Verdammungsurtheil zu sprechen, wie Droysen (l. c.) es gethan hat." Quod vero addit: „Wenn dieser (Droysen) sagt, dass die Schuld des Kallisthenes durch die Angaben des Ptolemäus und Aristobulus bei Arr. (l. c.) ausgemacht sei, so hat er übersehen, dass beide Männer keineswegs selbst die Schuld des K. anerkennen, sondern nur erzählen, dass die Jünglinge auf der Folter ausgesagt hätten, sie seien von K. angereizt worden", haec quidem item verissime dicta sunt a viro doctissimo, at vero illud certe non est quod dubitemus, quin et Ptolemaeus et Aristobulus Callisthenis culpam agnoverint. Etenim hoc, ut alia taceam, ex toto loci Arrianei nexu videtur apparere. Ceterum vera sunt etiam illa quae addidit Droysenius l. c.: „Vor Allem ist diese Geschichte mit grosser Partheilichkeit gegen den König entstellt worden; die Philosophen, Gelehrten und Gebildeten des Alterthums verschreieu Alexanders Gerechtigkeit als eine Barbarei gegen das sacrosancte Haupt eines wissenschaftlichen Mannes (cf. imprimis Senecae locos infra

cedones igitur sceleris istius convicti et confessi dum ex prisco Macedonum more lapidibus cooperirentur, Olynthius vel quia Graecus erat vel, id quod nobis quidem gravissimum videtur, quod gaudebat Aristotelis affinitate, custodia in posterum reservatus est, quod accidit non multo post Cliti caedem Cariatis, Bactrianae oppido, Olymp. 113, 2. 327. a. C.[1])

Neque diu Callisthenes Hermolai et Sostrati superstes erat. Ex variis enim de eius morte narrationibus si sequimur auctores longe dignissimos fide, Charetem et Aristobulum, septem ille menses post detectam istam coniurationem custoditus, ut coram Aristotele in iudicio sisteretur, eo tempore, quo apud Mallos Alexander vulnus acciperet (Ol. 113, 3. 326 a. C.), in India inflato ventre ac phthiriasi mortuus est[2]). Quot vero quamque ineptae de Callisthenis interitu postea fabulae fictae percrebruerint, ut alia taceam, luculenter apparet ex iis, quae hallucinatus est Justinus, „quippe quum Alexander M. Callisthenem philosophum propter salutationis Persicae interpellatum morem, insidiarum, quae sibi paratae fuissent, conscium fuisse iratus finxisset; eumque truncatis crudeliter omnibus membris abscissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset; insuper cum cane in cavea clausum ad metum ceterorum circumferret: tunc Lysimachum, audire Callisthenem et praecepta ab eo virtutis accipere solitum, misertum tanti viri, non culpae sed libertatis poenas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedisse"[3]).

---

adscriptos), der leider mehr Eitelkeit als Verstand hatte." Quae aliquatenus certe concedit etiam Westermannus p. 14.

1) Strab. l. XI. t. VI. p. 516. Tzsch. (517. Cas.) Arr. Exp. Alex. IV, 14, 7 (4). et 22, 3 (2.). Plut. de adulat. et amic. c. 24. Itiner. Alex. c. 93. et 103. P. Oros. hist. III, 18 — Minus recte autem Westermannus haec ponit in Ol. 113. 1. 328 a. C., id quod ex Charetis et Aristobuli ll. cc. colligitur.

2) Veterum locos huc spectantes adscripsimus ad Ptolem. Fragm. XIV. (Lib. I. c. II. p. 19—20), ubi etiam annotatum est, Charetis auctoris fide dignissimi narrationem (cf. Lib. VIII, c. II. Fragm. VIII.), praesertim quum ab Aristobuli relatione nihil fere discrepet, praeferendam esse et Ptolemaei auctoritati, qui tortum eum et suspensum esse scribit, et aliis quae de Callisthenis interitu circumferebantur.

3) Justin. Hist. XV, 3, ad quem locum haec adscripsit Westermannus: „Haec ad Callisthenem fortasse translata sunt per rerum memorabilium aucupes a Telesphoro Rhodio, quem crudelissimo hoc supplicio affectum esse a Lysimacho auctores sunt

Quae etiam Westermanno fidem videntur excedere, quanquam cautius ille addit, quatenus vera sint ista certo dici nequire, recte autem haud improbabilem esse putat suspicionem, a philosophis Callisthenem sodalem lugentibus, peripateticis imprimis, cui scholae addictus ille fuisset, quaeque permultas scriptorum vitas in publicum usum conscriptas edidisset, Alexandri in illo occidendo supra modum exaggeratam esse crudelitatem. Deploratum autem Callisthenis esse obitum a Theophrasto, „dicente eum incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret"[1]), libro singulari Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscripto, quo sodalis memoriam celebraret[2]), nullus miraberis, si memineris, quae de hac sodalitate supra (p. 195 sqq.) dicta sunt. Theophrasti deinceps exemplum sequuti sunt Seneca et Themistius, rhetorice magis quam ex vera animi sententia ita declamitantes: „Fuit enim illi (Callistheni) nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen aeternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet! Nam quotiens quis dixerit: „Occidit Persarum multa millia", opponetur: „et Callisthenem"; quotiens dictum erit: „Omnia oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus et imperium ex angulo Thraciae usque ad orientis terminos protulit", dicetur: „sed Callisthenem occidit." Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his quae fecit nihil tam magnum erit quam scelus Callisthenis"[3]). Atque alio loco[4]): „Orbis illum (Alexandrum) suus non capit; itaque nihil dicendum aiebat ni-

---

Plut. de Exil. c. 16. et Seneca de ira III, 17." Reliquorum veterum auctt. locos, quibus similia produntur, in quibus Scholiasta ad Lucian. Dial. mort. XIII, 6 (cf. XIV, 4) leoni obiectum Callisthenem e vita excessisse fabulatur, item adscripsimus ad Ptolem. Fragm. XIV. cf. Westerm. p. 14, qui addit Arsen. Viol. p. 467. et 310. Welcker de gr. Trag. p. 629. Suidae autem locum s. v. Καλλισθ. supra adscripsimus, ubi etiam de vv. Νέαρχος et Νεόφρων a Lexicographo confusis diximus.

1) Cic. Tusc. III, c. 9.

2) Diog. Laert. V, 2, 44. Cic. Tusc. V, 9 (ubi ex Theophrasti Callisthene citatur versus ille: Vitam regit fortuna, non sapientia, cf. intpp. ad h. l.). cf. Alex. Aphrodis. in Aristot. de anim. 2 extr.

3) Senec. Quaest. nat. VI, 23. cf. Themist. Or. VII p. 94. X. p. 129 sqq. XIII. p. 176. ed. Hard. Dio Chrysost. or. 64. p. 597 sqq. Cic. pro Rabir. IX, 23. Lucian. Dial. mort. XIII, 6. Plut. de coh. ir. c. 9.

4) Suasor. I. p. 6. ed. Bip.

si cum summa veneratione regis, ne accideret idem quod praeceptori[1]) eius Callistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam quum deus vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine eius philosophus mirari se dixerat, quod non esset *ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι*[2]); ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit.

Iam vero viri vita enarrata ad litterarum monumenta nos convertentes ab eo prodita primum quidem in certis atque exploratis ponere licet, id quod etiam ex iis quae in antecedentibus dicta sunt colligitur, Callisthenem Olynthium haud mediocri doctrinae copia dicendique arte praeditum in variis litteris magna cum laude versatum esse. Etenim quanquam vel plures vel unus certe Sybarita eiusdem nominis scriptores extiterunt, quorum libri, ut fit, haud raro aut non satis distincti aut inter se confusi sunt, permagna tamen monumentorum sine ulla dubitatione Callistheni Olynthio tribuendorum restat copia et varietas, quibus luculenter iudicium illud comprobatur. Ceterum ex omnibus Olynthii libris unus tantummodo (namque ne Periplum quidem in hunc censum venire arbitramur) ad nostrum propositum propius spectare videtur historicus ille de Alexandri M. rebus conscriptus, de quo, quum postumum Callisthenis opus esset, postremo loco pluribus disputabitur. De reliquis maximam quidem partem satis habuimus attulisse quae diligentissime commentatus est Westermannus, cuius plerumque etiam verbis usi sumus. Item fragmenta horum librorum quum aliena esse viderentur a primario nostro consilio commentariis destituta integra ex Westermanni collectione dedimus.

Primum igitur historica scripta sine ulla dubitatione Olynthio tribuenda ita perlustratus est Westermannus: „I. *Ἑλληνικά.* De his nullum dubitationi locum relinquit testis locuples, Diodorus Siculus, cuius haec sunt verba 14, 117: *Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ὑπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα τὴν ἱστορίαν ἦρκται γρά-*

1) Cf. supra p. 194.

2) Hom. Il. V, 340. Ad quem locum haec annotavit Westermannus p. 15: „Anaxarchum dixisse in Alexandrum refert Diog. Laert. IX, 10, 60. Eudoc. Viol. p. 54., Dioxippum athletam Aristobulus ap. Athen. VI. p. 251. a (Fragm. L. cf. ann. ad h. l.), Alexandrum in se ipsum Plut. Alex. c. 28. Arsen. Viol. p. 98. cf. Eudoc. l. c. Plut. apophth. Alex. 16."

φειν· διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ. Cf. id. 16, 14. Itaque tractavit his libris annos triginta ab olymp. 98, 2. 387 a. Chr. usque ad ol. 105, 4. 357. Id quod sic instituit, ut more veterum historiae scriptorum, ubi rei ipsi conduceret aut argumenti varietate lectorem delectandi caussa, saepenumero a proposito digrederetur. Vid. fragm. 3. 4. 7. 8. 10. 14. 15. Quod non animadvertens Sevinus p. 137 sq. locorum ab ipso quod descripsit tempore alienorum copia adductus non recte existimavit, praeter Hellenica Callisthenem etiam universalem Graeciae historiam inde a rebus Troicis scripsisse. Sed ut mittam, quod nusquam apud veteres, quos quidem habemus, tanti operis mentio facta est, ipsa illa coniectura ex loco corrupto Ciceronis, qui est de bello Troico ac de quo statim a nobis disputabitur, profecta esse videtur. Ceterum hoc opus dum Alexandrum comitaretur eum composuisse intelligitur ex libri quarti loco, qui legitur ap. Io. Lyd. d. mens. 4, 68. (fragm. 3.)"

„II. Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ex quo fragmentum habet Athen. 13. p. 560. C. (vid. fragment. 18.) Quod cum incipiat his verbis: καὶ ὁ Κρισαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, — δεκαετὴς ἦν, recte ex eis perspexit Orellius in onomast. Cic. P. 2. (vol. 7.) p. 119. corrigendum esse locum Ciceronis, de quo modo dixi. Scilicet in epp. ad div. 5. 12, 1. haec leguntur: sed quia videbam, Italici belli et civilis historiam iam a te pene esse perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea quae dixi bella separaverunt, tu quoque item civilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungere. cf. Franckii Callin. p. 109. En liber de bello Troico, quem revera a Callisthene scriptum esse eo minus olim dubitatum est, quod ad eum solum quadrare videbatur locus Plut. vit. Camill. c. 19, qui est de die Troiae eversionis. Haec fuit sententia G. I. Vossii de hist. gr. 1, 9. p. 41. atque Sevini p. 137. Verum hunc locum ex Hellenicis potius depromptum esse nunc quidem certo scimus (vid. fragm. 4.), ut mittam quod neque Ephorus neque Damastes nec Phylarchus, qui cum

Callisthene a Plutarcho componuntur, singulares de rebus Troicis libros conscripserunt. Accedit quod, uti Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, ita Callisthenes Troicum bellum a perpetuis suis historiis separavisse a Cicerone dicitur. Atqui Callisthenis historia ab olymp. 98. demum initium cepit. De Troico igitur bello cogitari prorsus nequit, siquidem separari non possunt quae iam sunt alienissima et separatissima. Quid multa, corrigendus locus Ciceronis et scribendum non Crisaicum bellum, uti voluit Orellius, quod ipse auctor claris verbis a sacro distinxit, sed Phocicum (Foicum in libris) bellum, quo nomine vulgo sacrum appellatur, quod erupit ol. 105, 4., quem ad annum usque Hellenica perduxit Callisthenes, et a Philippo demum dirutis ex decreto amphictionum Phocensium urbibus finitum est ol. 108, 3. Cf. Winiewskii comm. ad Dem. or. d. cor. p. 43 sqq. Hunc librum quo tempore conscripserit non liquet; sed fortasse iuvenis conscripsit eoque Alexandro sese ita commendavit, ut ille suas quoque res gerendas ab eo describi concupisceret; nam si nihil dum scripsisset, non fuisset cur ille hanc ei provinciam demandaret."

Tertio loco Westermannus posuit Historiam Alexandri, de qua infra videbimus; dein de reliquis scriptis historicis, quae utrum ad Olynthium an Sybaritam referenda sint dubitare possis, ita pergit: „Praeter haec alia quaedam scripta historica Callistheni tribuuntur, quae num sint Olynthii an Sybaritae sive tertii alicuius ad liquidum perduci nequit. Et Sybarita quidem, ut de hoc prius paucis exponam, *Γαλατικά* scripsit, ex quorum libro 13. quaedam etiamnunc exstant de fluvio Arari (vid. fragm. 52.). De eius aetate non liquet. Pausanias quidem 1. 3, 6. Gallos sero *Γαλάτας* vocatos esse ait, quippe Celtos olim a se ipsis et aliis appellatos (cf. Diod. 5, 24.); sed cum tempus non indicet accuratius, ex ista nominis mutatione nihil quicquam potest colligi ad Callisthenis Sybaritae, rerum Gallicarum scriptoris, aetatem definiendam. At Graeci Gallorum sedes et historiam non ante, ut videtur, perscrutati sunt quam ipsi in Graeciam irruperunt, i. e. olymp. 125. Immo et postea aliquanto exigua Graecis erat illarum regionum cognitio, qualem in Eratosthene et Timosthene notat Strabo 2. p. 93. Id quod mirum alicui videatur, cum ipsi Eratostheni opus *Γαλατικῶν* amplissimum tribuatur, cuius laudat Stephanus Byz. librum 1. s. v. *Τολιστόβιοι*, lib. 2. s. v. *Σπάρτακος*, lib. 4. s. v. *Διανεῖς*, lib. 5. s. v. *Ὑρκανία*, lib. 7. s. v. *Βοὸς Κεφαλαί*, adeoque lib. 33. s. v. *Ὕδρηλα*. Quod opus quoniam cum propter argumentum

tum propter ingentem ambitum (quanquam extremo loco numerum depravatum esse coniicere licet) ab ingenio magni Eratosthenis abhorrere videbatur, praetereaque idem non pervixit ad tempora Prusiae, cuius cum Attalo bellum libro 7. commemoratum esse ex Stephano intelligimus, alterius Eratosthenis esse suspicatus est Bernhardyus in Eratosth. p. 109, Callisthenis Sybaritae Galeus, habetque sane haec Galei coniectura quo commendetur. Namque Callisthenis nomen in libris manu scriptis nonnunquam corruptum et cum aliis eiusdem aut initii aut exitus confusum est, uti cum ipso Eratosthene in loco Favorini (fragm. 48.) atque in vers. lat. Strabon. 17. p. 790. (fragm. 3.), item cum Demosthene, ut coniicio, apud Steph. Byz. s. v. Χαλκεῖα (fragm. 23.b.), cum Clisthene apud Dionys. Halic. Dinarch. c. 10, cum Antisthene in libris mss., ut videtur, historiae Pseudo-Callistheneae (vid. part. III.), cum Callixeno ap. Plin. N. H. XXXVI, 9, 67. tum aliquoties etiam cum Callistrato apud Suidam et Harpocrationem (fragm. 49. 50. 51.). At sexies in Stephanum falsam eiusdem nominis scripturam irrepsisse vix credibile est; in quo licet saepe numero corrupta sint et confusa nomina propria, uti Apollodori et Apollonii, Herodoti et Herodiani, Callimachi et Callini atque alia, tamen non perpetuo illud factum est ac vera nomina fere semper praebet egregius codex Vratislaviensis. In Eratosthene vero ut rerum Galaticarum scriptore omnes libri consentiunt, ita ut tutius esse videatur in suspenso rem relinquere. Ceterum assentiri non possum amicissimo G. A. Schmidtio, qui in diss. d. fontt. vett. auctt. in enarr. exped. Gallor. p. 15. dictos locos Stephani non tantum permittere, sed etiam exigere asseverat, ut opus Eratosthenis non ad Europaeam Galliam, sed ad Asiaticam Galatiam referatur. Incerta est enim res de v. Διανεῖς, coll. v. Ἡμεροσκοπεῖον et Strab. 3. p. 159. Sed ut concedam, hoc quoque ad Asiam pertinere, sequitur tantum ut iis libris ac locis, quos Stephanus nominat, de Asiatica Galatia tractarit, non sequitur ut iisdem ac reliquis quotquot fuerint libris de Europaea Gallia non tractarit. Quod utut erat, apparet certe, Sybaritam Callisthenem multo vixisse post Olynthium. Ante Christum natum autem primo vel secundo saeculo vixisse ex eo intelligitur, quod, ut ait auctor de fluviis (fragm. 52.), ex Callisthenis Galaticis argumentum deprompsit Timagenes Syrus, quem ab Alexandrino, in Aegypto a Pompeio capto, post a Fausto Sullae f. redempto, deinde Romae sub Caesare et porro artis rhetoricae doctore non diversum esse non est quod dubitetur. Vid. Voss. d. hist. gr. 1, 24. p. 195 sqq. et Eberti diss. Sic. p. 134 sqq.

„IV. V. Iam duo sunt quae utrique Callistheni tribui possint, *Μακεδονικά* et *Θρᾳκικά*. Ex quibus quae restant fragmenta et paucissima sunt (vid. fragm. 27. 28. 29.) et ita comparata, ut vel dedita opera de auctore nequeas facere coniecturam. Nam eum qui Persica scripsit aeque atque eum qui Galatica composuit Macedonica item et Thracica scribere potuisse sponte intelligitur. Quanquam mea, ut fatear, sententia ad Olynthium inclinat, quia hunc si auctorem ponimus, seriem habemus diversarum ad speciem partium ex ordine sese excipientium et in unum commode atque totum quasi corpus coeuntium, Hellenica, bellum sacrum, Macedonica, Persica. Quod si verum est, in Macedonicis praecipue res Philippi tractabantur (cf. fr. 27. 28.). De Thracicis quod dicam non habeo, nisi quod quae ex eis supersunt (fr. 29.) Olynthio parum digna videntur esse."

Sexto loco in Callisthenis Olynthii libris habendum esse Westermannus censet opus maxime, ut ait, geographicum, *Περίπλους* inscriptum. Quae quidem opinio in unius scholiastae Apollonii nititur auctoritate, quippe qui duobus his locis ad Callisthenis (neque Olynthii neque Sybaritae voce addita) Periplum provocet, altero ad Apoll. Rhod. Arg. II, vs. 672 (Fragm. 34. Westerm.), ubi haec leguntur: *Περὶ τῆς Θυνιάδος νήσου προείρηται, ἧς μέμνηται Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης· φησὶ δὲ αὐτὴν ἑπτὰ σταδίους ἔχειν τὴν περίμετρον. Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ περίπλῳ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων φησὶ προσαγορεύεσθαι τήν τε χώραν καὶ τὴν νῆσον Θυνιάδα* (*Θυνίδα* cod. Paris.), *ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Θυνίαν*, altero l. c. I, vs. 1037 (Fragm. 35. Westerm.), cuius verba sunt: *Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ περίπλου κατ' ἔχθραν φησὶ τοὺς οἰκοῦντας τὴν Κύζικον ἐπιθέσθαι νυκτὸς τοῖς Ἀργοναύταις.*[1]) His igitur Westermannus putat comprobari, Periplum a Callisthene Olynthio conscriptum esse, quem „solus quidem Apollonii scholiasta laudet, ex quo tamen alios quoque scriptores hausisse consentaneum sit, imprimis Strabonem." Iam vero locum affert Strabonis (l. XIV. t. V. p. 670 Tzsch. (667 Cas.) Callisth. Fragm. VIII (41)) de Thebe et Lyrnesso urbibus inter Phaselidem et Attaleam sitis, „qui si totus ad Callisthenem referendus esset, quandoquidem Attaleam annis fere centum et quinquaginta post Callisthenem Olynthium conditam esse constaret, de Sybarita auctore

1) Cf. eund. Schol Apoll. Rhod. Arg. II. vs. 936 (Fragm. 32. Westerm.), ubi de Parthenio, Paphlagoniae flumine, idem citatur Callisthenes, Peripli tamen mentione non adiecta.

peripli, Westermanno iudice nulla superesset dubitatio. Verum aliter esse explicandum Strabonem: namque non ad situm Thebae Lyrnessique definiendum, quo potius pertineat v. φασὶ, sed ad earum urbium nomina explicanda testimonium Callisthenis afferri." At vero tametsi de hac loci Straboniani interpretatione nemo intercedet, haud sane intelligo, quomodo his perductus sit vir doctissimus, ut non dubitet quin περίπλους quoque Olynthio tribuendus sit. Magis etiam miramur, quod idem Westermannus quaecunque vel apud Strabonem vel apud alium veterem auctorem de Asiae regionibus, quas Alexander peragravit, ex Callisthene afferuntur, libro quidem unde haec deprompserint non indicato, ad periplum istum, si diis placet, Callisthenis Olynthii referenda opinatus est id genus omnia, quanquam addit: „nonnulla eorum si quis ad Persica (i. e. Historiam Alexandri) potius trahere mallet, fortasse non repugnarem." At nos quidem ne illud quidem largiri possumus viro eruditissimo, quod dicit admodum difficile esse definitu, ad periplum an ad Persica pertineant, quae pro natura sua ad utrumque librum putat posse pertinere. Quid multa? Periplum istum neque ab Olynthio neque ab Sybarita Callisthene proditum esse arbitramur, sed iis adnumerandum esse scriptionibus persuasum habemus, quae multo post Alexandrum M. Ptolemaeorum potissimum posteriorum aetate de insulis et oppidis ad oram maritimam sitis aliisque id genus rebus geographicis concinnatae celebrioris cuiusdam auctoris nomine et Periplorum vel Paraplorum titulo inscriptae pervulgari solebant, qualis erat Iubae Mauritani, de qua supra diximus,[1]) et quales aliae haud paucae, de quibus uberius commentatus est Dodwellus.[2]) Callisthenis autem nomine prae ceteris fictitio abusos esse posterioris aevi scriptores comprobatur etiam fabulis istis de Alexandro M. eundem Pseudo-Callisthenis titulum in fronte gerentibus, de quibus infra pluribus agitur. A Callisthene autem Olynthio periplum conscriptum esse negamus atque pernegamus primum quod ante expeditionem Indicam nulla ab Alexandro, qui ne classe quidem tunc temporis uteretur, navigatio est instituta, quae a quoquam eius comitum potuisset enarrari; dein quód etiamsi et ab Alexandro instituta et ab Olynthio enarrata esset eiusmodi navigatio, vix et ne vix quidem esset credibile eam ab reliquis Alexandri rerum commentariis ab eodem Callisthene

1) Cf. Lib. III. C. I. p. 82.

2) Geogr. Vett. Scriptt. Graec. Min. ed. Hudson Vol. I. De Arriani Nearcho p. 140.

conscriptis separatim esse editam; denique quod ipsis temporis angustiis prohibitus erat Olynthius, quominus praeter Hellenica, quod opus dum Alexandrum comitaretur eum composuisse recte vidit Westermannus, et praeter Persica (Historiam Alexandri) aliud litterarum monumentum, nedum geographicum, susciperet elaborandum. Quodsi cogitamus praeterquam ab uno Scholiasta qui ne appellaverit quidem Olynthium, nusquam apud veteres auctores de Callisthenis periplo mentionem esse factam, satis, credo, apparebit, eum ex genuinis certe Olynthii scriptis esse extrudendum vanamque esse suspicionem, quae apud Strabonem aliosque scriptores de Asiae regionibus ex Callisthenis Olynthii commentariis afferuntur, ea omnia ad periplum istum pertinere, praesertim quum ne unus quidem in iis reperiatur locus, quem non aptissime ad eius Persica referre possis, id quod negat quidem Westermannus,[1]) nos autem suo loco demonstrare conabimur. Ceterum quod in ipsis Alexandri M. rebus conscribendis data opera Callisthenes de regionibus, urbibus, aliis id genus rebus geographicis commentatus sit, hoc non solum omnino ex artis historicae legibus sed ex aequalium idque eiusdem Alexandri comitum, Aristobuli, Onesicriti, Clitarchi more factum esse, pluribus demonstretur non opus est.

Iam vero de reliquis Callisthenis scriptis atque de pluribus eiusdem cognominis scriptoribus ita pergit Westermannus: „VII. VIII. IX. Ex reliquis scriptis omnibus, quae sub nomine Callisthenis feruntur, unum tantum ab Olynthio scriptum esse confidenter affirmare licet, librum de natura oculi vel simili titulo inscriptum. De eo sic Chalcidius in Platon. Tim. p. 368. Meurs.: demonstranda igitur oculi natura est, de qua cum plerique alii tum Alcmaeo Crotoniensis in physicis exercitatus quique primus exsectionem aggredi est ausus, et Callisthenes, Aristotelis auditor, et Herophilus multa et praeclara in lucem protulerunt. Quae tam sunt plana atque aperta, ut nullam admittant dubitationem; certe nimis esset suspicax, qui Chalcidium, hominem quarto ineunte p. Chr. n. saeculo viventem, verba illa Aristotelis auditor de suo addidisse putaret. Nam qui reputet, quam diversa sint in quibus Aristoteles excelluit genera litterarum, concedet discipulum eius quoque praeter historiam etiam physicam inprimis tractare potuisse; id quod in Callisthene clarius etiam in-

---

1) Imprimis quidem locum Strabonis l. XIV. p. 680 (Fr. 31. Westerm.) de Halizonibus a Persicis alienum esse opinatur Westermannus, quod reprobavimus in ann. ad h. l. (cf. Frgm. X.)

fra apparebit. Itaque nec absurdum est eundem credere significari ab Epiphanio adv. haeres. 1, 3, qui inter scriptores de natura atque vi plantarum Callisthenem quoque nominat, id quod Plinius confirmat, qui quae de plantis Asiae habet hist. nat. lib. 12. c. 5 sqq. et lib. 13. in horum librorum indice ipse partim ex Callisthene hausta esse confitetur; quae omnia ex Persicis deprompta esse ad suspicandum facilius est quam ad probandum.[1]) Accedit quod vix aliunde quam ex libro de plantis petita esse possunt, quae habet Aristoteles d. mir. ausc. c. 132. (fr. 44.); quem librum etsi Aristoteles ipse non scripsit, tamen si verum est, quod opinantur, iam tertio eum a. Chr. n. saeculo in hominum manibus fuisse, de alio Callisthene quam de Aristotelis discipulo prorsus non licet cogitare. Deinde quum egregie haec conveniant etiam cum iis quae ex eiusdem nominis auctoris libro tertio *κυνηγητικῶν* excerpsit auctor de fluviis (fr. 45.), veniat alicui in mentem, hunc quoque Callisthenem pro Olynthio habendum esse. Sed non audeo pro certo quicquam affirmare. Quanquam enim venatio praeeunte Xenophonte ad scribendum philosopho atque historico haud indignum praebuit argumentum, tamen plantae alicuius in quovis libro mentio fieri poterat, nec Sybaritam ab animalium natura explicanda prorsus abhorruisse docet fragmentum ex libris rerum Gallicarum excerptum (fr. 52.).

X. Incerta plane res est de duobus qui restant libris. Et *Ἀποφθέγματα* quidem a solo Polluce nominantur (fragm. 46.) Quae ab Olynthio scripta esse posse non est quod dubitemus, cum paullo post Lynceus Samius, item peripateticus, eiusdem argumenti librum composuerit, ex quo quaedam excerpta habet Athen. 6. p. 245. A. 8. p. 337. D. Immo hunc potius quam Sybaritam sive alium auctorem credere malit aliquis propterea, quod quae hinc affert Pollux spectant ad Eubulum, Atarnei tyrannum, cui Hermias postquam, ut ait Strabo 13. p. 611, per aliquod tempus socius imperii fuerat, deinde solus imperavit atque Aristotelem Athenis accivit eique filiam fratris in matrimonium dedit; ab hoc autem dictum poetae ceterum ignoti Callisthenem accepisse admodum veri simile est, immo ipse fortasse ibi certior factus,

---

1) De his non licet consentire cum viro doctissimo. Profecto enim haec omnia ex Persicis deprompta esse, nobis quidem persuasum est, id quod certis argumentis etsi non probari, probabilius tamen ponere licet, quam, quod suspicatur Westerm., singulari quodam libro de natura atque vi plantarum egisse Callisthenem. Cf. ann. ad Callisth. Persic. Fragm. XIV.

si verum est quod suspicati sumus, Aristotelem discipulum secum Atarneum duxisse. (?)

XI. Denique Μεταμορφώσεων libri cuius Callisthenis fuerint definitu aliquanto difficilius est. In controversia rem reliquit I. G. L. Mellmannus in comm. d. causs. et auctt. narr. d. mutatis formis (Lips. 1786. 8.) p. 76, neque ego dicendum quicquam habeo amplius quam argumentum certatim a poetis et grammaticis tractatum longe ab historico et philosopho videri alienum. Sintne autem Sybaritae an alius Callisthenis diiudicari item nequit.

Nam praeter auctorem rerum Gallicarum eiusdem nominis, ut mittam olympionicam Laconem ol. 26. apud Euseb. chr. p. 40, duo tantum, quod sciam, aliqua cum laude a veteribus scriptoribus nominantur, uterque Atheniensis, Olynthii aequales: unus praetor Atheniensium, quem hic non nomino quasi metamorphoseon auctor haberi possit, sed quia sunt qui eum cum Olynthio confundant. In his Sevinus est, qui p. 135. ad Olynthium refert locum Aristotelis rhetor. 2. 3, 13. πρᾶοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλου· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες ἢ Καλλισθένει ἀφῆσαν διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον, id quod in concione Macedonum accidisse asseverat. Verum apparet, Atheniensium iudicium significari; Ergophilus enim στρατηγὸς Ἀθηναίων, ut ait Harpocration, Callisthenes autem item praetor, is quem propter res in Macedonia infeliciter gestas ad mortem condemnatum esse dicit Aeschines or. d. fals. leg. §. 30. Alter Callisthenes orator atque demagogus fuit, Philippi adversarius, cuius decretum recitari iubet Demosth. or. d. cor. p. 238. §. 37, quem comici traducunt apud Athen. 8. p. 338. F. 341. F, quem Alexander cum aliis tradi sibi iussit, Plut. vit. Dem. c. 23, adversus quem per εἰσαγγελίαν accusatum orationem scripsit Dinarchus sec. Dionys. Halic. Din. c. 10 (cf. Dem. Lept. §. 33.), ubi Κλεισθένους in Καλλισθένους corrigendum est; cf. nostr. hist. eloq. gr. p. 313. Huius etiam fortasse dictum est, quod affert Lucian. encom. Dem. c. 15. τὸν Αἰσχύλον τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, quo poterat suam aut alius vinolentiam per iocum velle excusare; quanquam non primus dixit Callisthenes: eodem enim nomine iam olim Sophocles Aeschylum reprehendisse dicitur; vid. Athen. 1. p. 22. A. 10. p. 428 F. Eustath. ad Odyss. 10, 298. p. 1598. coll. Plut. sympos. quaest. 7. 10, 2. Memoratur praeterea Callisthenes quidam Atheniensis apud Xenoph. Hellen. IV, 8, 13.; Callisthenes Ha-

liartius apud Plutarchum in am. narrat. c. I. (T. XII. p. 69. ed. Hutt.); Callisthenes, Luculli libertus, ap. eund. „an seni sit ger. resp." c. 16 (ibid. p. 123), Vit. Lucull. c. 43., Harpocr. s. v. *στεφανῶν*; alii eiusdem cognominis in inscriptionibus ap. Boeckh. Corp. Inscr. I. no. 214. 115. 168 b. (343 b. 3664. 2077 b. Add. t. 2.) cf. Droysen Ztschrft. f. Alterthumsw. 1839. n. 114. p. 920. Boehnecke Forsch. I, 618 sqq."

Restat denique, ut ad propositum revertamur, Callisthenis Olynthii liber de Alexandri Magni rebus conscriptus, quem tertio inter eius scripta loco posuit Westermannus, nos autem quum postumum esset philosophi opus postremo loco tractandum sumpsimus.

Ac primum quidem quod ad titulum huius libri attinet recte vidit Sevinus[1]) probavitque Westermannus, inscriptum fuisse *Περσικά*, id quod, ut verbis utar Westermanni, ex eo efficitur, quod quae ex secundo Persicorum libro de Assyriis (de Sardanapali monumento Anchialensi) a Callisthene scripta a multis scriptoribus afferuntur (cf. Callisth. Fragm. XII. (20. Westerm.)), eadem item legebantur in Clitarchi (Fragm. II.) et Aristobuli (Fragm. VI.) de Alexandro historiis et etiamnunc leguntur in Arriani Expeditione Alexandri (II, 5.). Quanquam vero recte addit Westermannus, non esse in ipsa hac inscriptione quod offendat, probabile tamen videtur, *Περσικῶν* titulum non ab ipso Callisthene auctore, sed ab Alexandrinis grammaticis postea huic libro additum esse, quo melius a reliquis eiusdem scriptis historicis veluti Hellenicis distingueretur, id quod eo magis fit consentaneum, quod hos Callisthenis libros una cum Clitarchi, Anaximenis, aliorum scriptis ab Aristophane et Aristarcho in historicorum canonem constat receptos esse.[2]) Neque vero totam Alexandri rerum historiam Callisthenis opere fuisse comprehensam, quoniam immatura auctorem mors praeverterat, satis cognitum est iis, quae de eius vita supra dicta sunt. Quodsi quaesieris, quousque tandem Alexandri res litteris ille persequutus sit, non fallitur quidem Westermannus, quod non multum eum ultra Darii mortem processisse (Ol. 112, 3. 330 a. C.) censet consentaneum esse; argumentis tamen ad confir-

1) Cf. l. c. p. 218, ubi melius supersedisset tot ineptis verborum ambagibus.

2) Cf. Wyttenb. Vita Ruhnk. (Lips. 1801) p. 147. et 232., et infra p. —

mandam hanc sententiam idoneis prorsus supersedit, quanquam satis certa in promptu sunt.

Etenim Plutarchus ubi de Amazonis ad Alexandrum egit adventu ab aliis auctoribus inter vera relato, ab aliis in commentis habito[1]) quum praeter unum Callisthenem, ad cuius Persica saepius provocavit in antecedentibus,[2]) omnes diligentissime recensuerit Alexandri rerum auctores, quorum quidem ipse libris usus est, haud vana profecto hinc emergit suspicio, non perducta fuisse Callisthenis Persica usque ad πολυθρύλλητον istum Amazonis adventum, quippe qui inter Sogdianam Alexandri expeditionem (Ol. 112, 4. 329 a. C.) vulgo ponatur.[3]) Atqui proelium ad Gaugamela factum (Ol. 112, 2. 331 a. C.) scriptis attigisse scimus Callisthenem.[4]) Ergo quis dubitaverit, quin eodem anno, in quem Darii caedes incidit, (Ol. 112, 3. 330 a. C.) substiterit Olynthius in Alexandri rebus conscribendis, id quod egregie quadrat ad ea, quae de viri vita supra commentati sumus, ubi eodem fere tempore Callisthenis animum magis magisque ab Alexandro abalienatum esse vidimus.

Neque ad alteram de Callisthenis Persicis quaestionem, in qua haereri posse ait Westermannus, „quomodo scripta hominis propter summa crimina in extremis orbis terrarum regionibus occisi in Graeciam pervenerint," difficile est satis certo respondere. Nempe ipse Westermannus dubitationem istam his quidem conatur removere: „Sed credere licet, Alexandrum in hominem tantum, in eius scripta non item saeviisse eaque ipsius forte iussu collecta et servata esse, nisi mavis factum esse per Aristotelem. Ipse quoque Callisthenes partem scriptorum suorum Aristoteli misit, quocum, ut infra apparebit, aliquod certe hoc tempore habuit commercium epistolarum." Atque in universum verissime haec disseruit vir doctissimus, modo ne Alexandrum vel in hominem, ne dicam in scripta eius saeviisse opinetur, quandoquidem de Alexandri in Callisthenem saevitia omnino non cogitandum esse supra expositum est. Accedit vero, quod etiamsi in hominem, ut ait Westermannus, saeviisset Alexander, non erat profecto,

---

1) Vit. Alex. c. 46., quem locum adscripsimus et explicuimus Lib. III. c. II. Onesicr. Fragm. V.

2) Cf. Callisth. Fragm. XVI et XVII.

3) Cf. Lib. III. c. II. Onesicr. Fragm. V.

4) Cf. Callisth. Fragm. XVII.

quod iram vel invidiam ne dicam saevitiam converteret in eius scripta. Haec autem quaestio quum arctissime cohaereat cum universo Callisthenis in Alexandri M. rebus conscribendis consilio, paulo altius repetendum est.

Callisthenis Persicorum quamvis paucissimae supersint reliquiae, satis tamen superque iis declaratur, minime abhorruisse auctorem ab inani isto fabularum studio, quod in aliis Alexandri rerum auctoribus, Onesicrito potissimum et Clitarcho, supra notavimus. Documento sunt omnium maxime ea quae de Alexandri expeditionibus vel ad Pamphyliae oram maritimam vel ad Ammonium factis atque de Branchidarum oraculo ille enarravit,[1]) quae rhetorico fuco miraculorumque ita scatent captatione et exaggeratione, ut iure in Alexandri adulatorum numero idem a Strabone[2]) habeatur philosophus ille Olynthius, quem „velut vindicem publicae libertatis ac patriae honestatis" qui praedicarent non defuerunt.[3]) Quare his quidem patronis ac laudatoribus Callisthenis, ne nimium sane secum ipse pugnasse videretur is, qui adorationis more pertinacissime detrectato fatalem Alexandri invidiam atque iram sibi excitasset, scriptis vero eundem Alexandrum tanquam Jovis filium[4]) eiusque res tanquam non sine numine viribusque humanam sortem excedentibus perpetratas celebrasset, praesertim quum de rerum scriptoris officio rectissime ipse sensisset,[5]) hoc unum restare visum est, ut Callisthenis commentarios de Alexandri M. rebus conscriptos post ipsam auctoris mortem ab adversariis eius et obtrectatoribus turpiter atque invidiose corruptos et interpolatos esse suspicarentur.[6])

---

1) Callisth. Fragm VII (22 Westerm.) et XVI (24 W.)

2) Strab. l. XVII. t. VI. p. 590 (814 Cas. Fragm. XV.): ἤδη τούτων κολακευτικῶς λεγομένων· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς.

3) Cf. supra p. 200 sqq.

4) Cf. Fragm. VII. XVI et XVII. (25 W.).

5) Cf. Fragm. I. (21 W.).

6) Movit hanc suspicionem primus Santo-Crucius in Exam. Crit. p. 37 sqq., cui assentitur Stahrius in Aristotel. I. p. 125 sqq., ubi frustra in rem vocavit parum idoneum Anaximenis Lampsaceni exemplum, a quo superstitis etiam Theopompi scripta constat esse interpolata. Immo haec comparatio ad ipsam Santo-Crucii et Stahrii opinionem valet refutandam, quoniam Anaximenis fraudem quamvis callidissime nexam ab ipsis aequalibus perspectam atque notatam esse scimus. Cf. Lib. VII. C. I. Eorum

At vero hoc sane est nodum non solvere sed ferro discindere, id quod sensit etiam Westermannus annotans (p. 27): „Neque eorum intelligo qua ratione probari possit suspicio, qui auctoris memoriae commaculandae caussa corruptam atque interpolatam esse (eius historicam Alexandri) existimant." Neque est profecto, quod ad talem suspicionem male arcessitam atque omni fide destitutam refugiamus, dummodo ne corrumpi atque a vero deflecti nos patiamur opinione ista praeiudicata de nimia Callisthenis morum severitate et integritate. Etenim si memineris quae ea de re supra commentati sumus, nullus mirabere, quod Olynthius, quamdiu Alexandri gratia frueretur ac benivolentia, eius res magnificas sane atque splendidas pro aetatis suae more magis etiam quam par esset rhetoricarum artium nitore celebraret et fabularum miraculorumque additamentis exaggeraret et exornaret, postea vero quum auctoritate sese non tantum valere apud regem sentiret, quantum arrogantius olim sperasset, in eorum esset numero, qui regis adorationem ex Persarum more ab Alexandro tunc cooptatatam pertinacissime aspernarentur atque repudiarent. Hinc etiam satis, credo, apparet, id quod demonstrare nobis propositum erat, non fuisse omnino causam idoneam, qua commotus Alexander etiamsi, quod nonnulli opinati sunt, in hominem saeviisset, eandem in scripta converteret sive saevitiam dixeris sive iram atque invidiam; quum interesset potius ipsius Alexandri, ut Callisthenis Persica, quippe quae in rerum suarum celebratione rhetorice versarentur, quam maxime inter aequales et posteros pervulgarentur.

Etenim Arriano auctore[1]) gloriatus esse ipse olim Callisthenes ferebatur, ὑφ' αὑτῷ τε εἶναι καὶ τῇ αὑτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα· οὔκουν αὐτὸς ἀφῖχθαι ἐξ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος, ἀλλὰ ἐκεῖνον εὐκλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσων· καὶ οὖν καὶ τοῦ θείου τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἐξ ὧν Ὀλυμπιὰς ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ψεύ-

contra fraudem, qui Callisthenis Persica interpolasse dicuntur, quis crederet, non solum aequales, quibus auctoris scribendi genus optime cognitum esset, verum etiam sequioris aetatis viros sagacissimos, Polybium, Strabonem, Plutarchum, alios usquequaque latuisse et Santo-Crucii demum acumine detectam esse? Accedit, quod inane istud fabularum studium non solum in Persicis sed etiam in aliis eiusdem auctoris scriptis historicis deprehenditur. cf. Cic. de div. I, 34. II, 25. (Fragm 13. Westerm.) Quare num haec quoque corrupta et interpolata quispiam dixerit! Denique, id quod gravissimum est, tota hac opinione facile possumus supersedere. cf. Jahnii Annal. l. c. p. 186.

1) Arr. Exp. Alex. IV, 10. init.

δεται ἀνηρτῆσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγράψας ἐξενέγκῃ ἐς ἀνθρώπους. Quae tam absurda esse atque a dignitate hominis eiusque philosophi aliena videntur Westermanno (l. c. p. 9.), ut non dubitet referre inter ea quae postea ab Alexandri adulatoribus iisdemque Callisthenis adversariis calumniandi sive odii exsatiandi caussa ficta sint atque divulgata. At vero quanquam cautius profecto addidit ipse Arrianus: εἴπερ ἀληθῆ ξυγγέγραπται, minime tamen equidem tantum illa dixerim a Callisthenis vel moribus vel scribendi genere abhorrere, ut omnino videantur esse reiicienda. Atque de moribus quidem quae huc spectant supra[1]) uberius commentati sumus, item rhetoricum attigimus atque adulatorium genus scribendi, quo data opera Alexandrum tanquam J o v i s f i l i u m ab Olynthio praedicatum esse et celebratum luculento fragmentorum comprobari vidimus documento[2]); accedit vero etiam testimonium auctoris gravissimi, siquidem recte acceperis eius verba, minus recte vulgo lectitata. Etenim apud Polybium Reliq. lib. XII, c. 23 cum Callisthene comparatur Timaeus, qui illum dixisset ab Alexandro iure ac merito occisum esse. „At vero, Polybius ait, si Callisthenes merito poenas luisse censendus est, qua tandem poena dignus fuit Timaeus, qui multo iustiorem numinis divini iram sibi conflaverat quam Callisthenes? N a m q u e h i c A l e x a n d r u m, q u e m v i r u m h u m a n a s o r t e s u p e r i o r e m (μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον) f u i s s e i n g e n i o c o n c e d u n t o m n e s, i n t e r d e o s r e f e r r e (ἀποθεοῦν) v o l u i t (i. e. c o m m e n t a r i i s d e e i u s r e b u s c o n s c r i p t i s), T i m a e u s v e r o T i m o l e o n t e m, h o m i n e m v u l g a r e m, q u e m n i h i l m a g n i q u i c q u a m f e c i s s e c o n s t a t, s u p r a s u m m o s e t i a m d e o s e x t o l l e r e c o n a t u s e s t."[3]) His igitur

1) Cf. p. 200 sqq.

2) Cf. p. 221.

3) Haec enim unice vera nobis esse videtur scriptura et interpretatio loci citati, qui vulgo sic praebetur: *Πλὴν εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ νεμεσῆσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει· ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐβουλήθη, Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθωπον γεγονέναι τῇ ψύχῃ συγχωροῦσιν, οὗτος δὲ Τιμολέοντα, τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι μεγαλεῖον* sqq. Iam vero particulam *οὐκ* ante v. *ἐβουλήθη* asterisco notavit Valesius, omnino eiiciendam censuit Reiskius, q u u m e t i a m a p u d S u i d a m s. v. *Τίμαιος* v e r b a a b s q u e p a r t i c u l a n e g a n t e l e g a n t u r. Reiskio assensus est Santo-Cru-

intelligitur Polybium excusare quidem, minime tamen ignorare, data opera Alexandrum a Callisthene scriptis rhetorice exornatis ad deos evectum esse.

Neque his refragantur reliquae veterum auctorum de Callisthenis historico scribendi genere, fide ac pretio sententiae. Ita Longinus (de Sublim. Sect. III. §. 2.) ubi exposuit nimium tumorem vitandum etiam in tragoedia, quanquam natura sua ad magnificentiam quandam propenderet, nullo autem modo in veris argumentis tractandis ferendum esse, ita pergit: *Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς καὶ Γῦπες ἔμψυχοι τάφοι· καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα οὐχ ὑψηλὰ ἀλλὰ μετέωρα* i. e. inepte sublimia, vel, Weiskio interprete, dicta ita elata, ut eorum sensum assequi et rationem aperire nemo posset [1]).

---

eius Exam. Crit. p. 37. ann. 8. Schweighäuserus autem huius particulae omittendae causam sese videre negat, „quum inter omnes conveniat auctores, eam fere ob causam ab Alexandro occisum esse Callisthenem, quod illius arrogantiae divinos honores poscenti inservire noluerit.” Nihilominus confitetur vir doctissimus, non satis sibi planam esse connexionem disputationis, qua utatur hoc loco Polybius. Quod unicuique sane est confitendum, qui particulam negantem retinendam locumque de divinis honoribus a Callisthene repudiatis opinatur esse intelligendum, quamvis etiam Westermannus nihil mutandum esse in verbis Polybii l. c. asseveret (p. 12 in annot.). Primum enim consentaneum est, in comparatione cum Timaeo, Timoleontis rerum scriptore, instituenda non respexisse Polybium singularem quandam rem ad Callisthenis vitam pertinentem, sed ad totam potius rerum scribendarum indolem atque rationem; dein si de adoratione Alexandro recusata Polybius cogitasset, non minorem profecto numinis divini iram, sed summa potius praemia Olynthio eam ob causam debita iustae illi in Timaeum irae opposuisset. Rectissime igitur Santo-Crucius l. c. annotat: „M. Schweighaeuser n'a pas fait assez d'attention au contraste que Polybe remarque entre la censure de Timée et ce qu'il dit de Timoléon. Sans la négation ce contraste n'existerait pas, et la phrase n'aurait point un sens raisonnable.” Denique contra particulam negantem vehementer etiam grammatica pugnat ratio. Istam enim si retinueris, post verba: *καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον* cogitandum esset: *ἀποθεοῦν οὐκ ἐβουλήθη*, dein autem post verba: *οὗτος δὲ Τιμολέοντα* intelligendum: *μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν*, id quod durius et nimis contortum unicuique videatur. Ceterum sponte patet, negans particula quam facile hoc loco intrudi potuerit a librariis notissimam istam de divinis honoribus Alexandro recusatis narrationem non ignorantibus.

1) „Adde quod de admirabili eius facundia refert Plutarchus Vit. Alex. c. 53. et dictum Aristotelis ibid. c. 54. (cf. supra p. 203.). Itaque Callisthenes ex schola philosophi profectus medium quasi locum tenet inter Xenophontem atque Theopompum Ephorumque,

Quibus egregie respondet Ciceronis iudicium,[1]) qui Callisthenem rhetorico paene more Alexandri res conscripsisse testatur eique oratoris tribuit impetum. Alio autem loco[2]) Callistheni Philistum opponens ita sentit: „Callisthenis

---

qui ab Isocrate instituti rhetoricam artem ad historicam attulerunt." Westerm. l. c. p. 27.

1) Cic. de orat. II, 14. Atque hunc rhetoricum paene rerum scribendarum modum maxime quidem pertinere ad Alexandri historiam, „per se iam accomodatius ad rhetoricam expositionem argumentum," lubenter concedimus Westermanno (p. 27), modo ne opinetur ille, fragmentis probari Hellenicorum, reliqua Callisthenis scripta historica omnino vacare hoc opprobrio. Satis enim uno fragmento (13. W.), quod de ostentis ante pugnam Leuctricam extat ap. Cic. de Div. I, 34 et II, 25 haec opinio reprobatur.

2) Epp. ad Quint. frat. II, 13. Ambiguam certe eam esse laudem, si omnino laus dicenda sit, quod vulgare et notum negotium Callisthenis appelletur, hoc loco sensit etiam Westermannus, qui ad loci interpretationem haec adscripsit (p. 25): „Muretus Var. lectt. II, 5 ita explicat, quasi Cicero Callisthenem infimi ordinis scriptorem ac nullius pretii esse dicat, contra Sevinus p. 142 sqq., quoniam tum sibi ipse repugnaret Cicero (?) et dicto loco opponatur Philistus, capitalis, creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides, cuius concisas sententias interdum etiam non satis apertas dicat idem Cic. Brut. c. 17, sic interpretatur, ut clara, aperta, dilucida Callisthenis oratio indicetur (?!), quae item Manutii fuit opinio ita explicantis, ut in historia ille non exquisite loquutus esse videretur, sed sicuti vulgo loqueretur. (At vero minime hanc eandem equidem dixerim atque Sevini opinionem.) Neutri assentior. Haberet quidem utraque sententia quo commendaretur, si suum hoc loco Cicero iudicium faceret; nam et vocabulo negotii in malam partem uti solet (cf. Epp. ad Attic. I, 12 Or. ad sen. post red. c. 6.), neque in infimum locum deprimere potest quem alibi cum optimis coniungit Verum enim vero non satis viri docti attenderunt adiecta a Cicerone verba: quemadmodum Graeci aliquot loquuti sunt. Non suum igitur iudicium interponit, sed quid Graeci de Callisthene dixerint refert. Iam quod ex Graecorum sententia fuit ille vulgare et notum negotium — *κοινόν τε καὶ γνώριμον χρῆμα* (cf. intpp. ad Ant. Lib. 12. Fisch. prol. ad Palaeph. 2, 3. p. 25 sqq.) s. *πρᾶγμα*, non, uti Muretus interpretatur, *εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα καὶ οὐ πολλοῦ ἄξιον*, — non aliter potest accipi (?) quam de homine docto ab Alexandro crudeliter interfecto, in scholis tam rhetorum quam philosophorum argumento sermone trito atque celebrato (cf. p. 15.) Itaque nihil aliud sibi vult Cicero quam de Callisthene omnibus notissimo non esse cur accuratius exponatur." At vero quae tandem ex hac interpretatione Westermanni apta emergit oppositio Philisti, capitalis, crebri, acuti, brevis, paene pusilli Thucydidis?

quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Graeci aliquot loquuti sunt: Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides." Ubi illud Callisthenis vulgare et notum negotium, ab aliis quidem aliter acceptum, nobis videtur haud mediocri cum contemptu dictum esse de scriptore, in quo nihil admodum singulare excelluerit (id quod secus fuerit in Philisto), sed qui vulgare istud atque notum negotium i. e. rhetoricum dicendi genus exercuerit, quod ea aetate ab omnibus fere historicis tritum esset atque usurpatum. Verum enim vero quin haud tenui apud posteros nominis fama floruerit Callisthenes, non est quod infitiemur. Itaque inter *λογιωτάτους τῶν ἀρχαίων συγγραφεῖς* una cum Ephoro, Xenophonte, Platone eum retulit Polybius (VI, 45), quanquam, ut recte annotat Westermannus, idem quantum absit a summa hominis admiratione, docet et hic locus et acerrima censura, quam de eo egit (lib. XII, 17. Cf. Fragm. XII.). Item cum nobilissimis eum viris, Herodoto, Thucydide, Philisto, Theopompo, Xenophonte, aliis non solum in historicorum canonem receperunt sequioris aetatis grammatici,[1]) sed coniunxit etiam Cicero,[2]) qui non dubitavit doctum virum appellare.[3]) Atque profecto in doctrinae potissimum copia atque ubertate vera Olynthii philosophi ponenda esse videtur laus et gloria. Quae vero huc spectant, diligentissime omnia attulit Westermannus l. c. p. 23—25, quibus subscribere nos quidem non dubitamus, modo ne suam de peripli auctore opinionem aliquatenus iis confirmari putaverit vir doctissimus, haec disserens:

„Ad Olynthium ut revertamur, iamiam ex eis quae huc usque disputavimus, quantam deperditis eius operibus litterae iacturam fecerint, abunde satis apparet. Vir erat in omni fere litterarum genere versatus, non indignus magistro discipulus, ut recte doctus appelletur a Cicerone (l. c.) Atque in philosophia quidem quid praestiterit definiri nequit accuratius, idque non tam in docendo, si Lysimachum Trogi Pompeii exceperis, quam in vivendo videtur

---

1) Westermannus de hoc canone conferri iubet Montefalconii bibl. Coisl. p. 597, ubi hoc ordine optimi historici recensentur: *Θουκυδίδης, Ἡρόδοτος, Ξενοφῶν, Φίλιστος, Θεόπομπος, Ἔφορος, Ἀναξιμένης, Καλλισθένης, Ἑλλάνικος, Πολύβιος.* Cf. supra p. 219.

2) Cic. de orat. II, 14.

3) Cic. or. pr. Rab. Post. c. 9, quam frigidam esse laudem recte dicit Westermannus p. 25.

expressisse. Deinde poesi operam dedit, non versus ipse faciens, sed summum omnis poesis fontem Homerum sedulo ac diligenter tractans et pervestigans, id quod non solum in colloquiis recitandis saepe numero versibus Homericis, verum eo etiam probavit, quod Iliadem iussu Alexandri eoque ipso praeeunte una cum Anaxarcho correxit itaque novam eius recensionem paravit, quae quoniam in capsula pretiosissima in Persico thesauro reperta ab Alexandro circumferebatur, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος vocata est; vid. Strab. 13. p. 594, quamquam ab Aristotele profectam eam dicit Plut. vit. Alex. c. 8. Cf. Wolfii prolegg. ad Hom. p. CLXXXIII. sq. Has autem correctiones vel maxime pertinuisse ad res geographicas eosque Asiae populos, quos Troianis auxilio venisse Homerus tradidisset quorumque sedes atque nomina nunc Alexander sociique aliquatenus ab Homericis discrepare intelligerent, recte demonstravit K. Lehrs d. Aristarch. stud. Homer. p. 245 sq. Neque nobis ea res nullius est momenti, quoniam quam supra de peripli auctore proposuimus sententiam confirmat(?), immo non dubito quin in ipso periplo data occasione Callisthenes de versibus Homericis a se emendatis sive recens illatis disseruerit (vid. fragm. 31 X.). Tum rerum naturam perscrutatus est, in hoc etiam exemplum sequutus magistri celeberrimi. Neque id ex solis libris, quos iam commemoravi, de oculo ac de plantis (?) a Callisthene scriptis intelligitur, sed licet etiam colligere ex eis quae in historiarum libris commentatus est de Helice Buraque urbibus mare submersis (fragm. 11. 12.), ac de caussis incrementi Nili (fragm. 3.), item ex eis quae de coeli temperie disputavit contra Anaxarchum (Plut. Alex. c. 52.) atque ex eo quod Chaldaeorum observationes astronomicas Babylone ad Aristotelem misit, uti refert Simplicius in Arist. d. coel. 2. p. 123, de qua re vid. Ideler Handb. d. Chronol. 1. p. 217. Denique historiae scribendae totum sese dedit, neque Alexandri demum comes factus, sed, ut videtur, iam a pueritia; certe a rege ad suas res scribendas vel Aristotele commendante non accitus esset, nisi tum iam aliquod ingenii documentum edidisset. (Cf. supra p. 195.). Quamquam noli credere hoc confirmari loco Porphyrii ap. Euseb. praep. evang. 10, 3. p. 264. καὶ τί γὰρ Ἐφόρου ἴδιον ἐκ τῶν Δαϊμάχου καὶ Καλλισθένους καὶ Ἀναξιμένους αὐταῖς λέξεσιν ἔστιν ὅτε τρισχιλίους ὅλους μετατιθέντος στίχους; Quod recte ut sine ratione dictum reiicit Marx. in Ephori fr. p. 71. Atque de Daimacho quidem rem iam expedivit Vossius d. hist. gr. 1, 12. p. 112, neque est quod cogat, ut cum Clintone fast. hell. 2. p. 370. ap. Euseb. Δηιόχου pro Δαϊμάχου scribamus. Deinde de Anaximene, quem iam ol. 103, 4. cum Isocrate,

Aristotele aliisque floruisse dicit Diod. Sic. 15, 76, dubitari aliquantum potest. (Cf. Lib. VII. C. I.). Non potest autem dubitari de Callisthene, qui quum Hellenica sua demum Alexandro iam Asiam tenente scriberet, non potuit ex eis quicquam Ephorus depromere, quem historias suas non multo post Alexandri in Asiam transitum foras dedisse certum est. Neque historiam belli sacri, quam iuvenem Callisthenem composuisse supra suspicati sumus, Ephorus compilare potuit, qui hanc ipsam suarum historiarum partem praetermisit, postea ab eius filio Demophilo suppletam teste Diod. Sic. 16, 14."

Quodsi summam feceris eorum, quae de Callisthenis scribendi indole ac fide historica cognita habemus, in eandem fere cum Theopompo et Ephoro et laudum et vitiorum ille venire videtur societatem. Nempe eandem rerum scribendarum viam et rationem sequutus, quam Isocratis discipuli ingressi erant,[1]) simul laudandus propter argumenti copiam ac varietatem simul propter rhetoricae dictionis fucum fabularumque studium est vituperandus. Etenim minime equidem assentior Westermanno (p. 26), quod Diodoro Siculo (IV, 1) auctore, „qui tantum Hellenica ante oculos habuisse videatur, Callisthenem aeque ac Theopompum et Ephorum a vetustis fabulis abstinuisse" opinatur, quum nihil aliud loco isto dixerit Diodorus, id quod recte etiam vidit Wesselingius, quam historicos istos fabulosas antiquissimorum Graecorum res nusquam dedita opera exsequutos esse.[2]) Neque vero hinc consectarium est, a fabulis data opportunitate hic illic argumento

---

1) Quare identidem Callisthenes iuxta Theopompum et Ephorum appellatur. Cf. supra p. 226. et Euseb. Praep. Ev. IX, 13. Neque multum in his valuisse videntur mutuae inter Aristotelem atque Isocratem eorumque discipulos inimicitiae, de quibus cf. Stahr. Aristotel. 1, p. 63 sqq. et quae nos in prolegomenis commentati sumus.

2) Diodori (IV, 1.) verba haec sunt: *Διόπερ τῶν μεταγενεστέρων ἱστοριογράφων οἱ πρωτεύοντες τῇ δόξῃ τῆς μὲν ἀρχαίας μυθολογίας ἀπέστησαν διὰ τὴν δυσχέρειαν, τὰς δὲ νεωτέρας πράξεις ἀναγράφειν ἐπεχείρησαν. Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος, Ἰσοκράτους ὢν μαθητής, ὑποστησάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις, τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη, τὰ δ᾽ ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας. ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν μύθων· ἡμεῖς δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις κρίσιν ἔχοντες καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀναγραφῆς πόνον ὑποστάντες τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἐποιησάμεθα τῆς ἀρχαιολογίας.* Iam ex hac oppositione quid voluerit Diodorus satis apparet.

primario intextis prorsus eos abstinuisse, neque Diodoro repugnare Cicero putandus est, quod apud Theopompum esse innumerabiles fabulas perhibet.[1]) Ceterum illud quidem lubenter largimur Westermanno, quod Callisthenem similiter atque Theopompum, qui id ipse in operis sui introitu declaret, ex fabularum tenebris historicam veritatem eruere conatum esse coniicit, quanquam haud melius certe quam Theopompo hoc illi studium cessisse certissimum est, quandoquidem ipse Westermannus Olynthium „ipsa hac omnia explicandi cupiditate in audaciam et argutiam, quin etiam in superstitionem et credulitatem delapsum esse" concedit. Item extra omnem dubitationem positum est, id quod Westermannus quoque recte animadvertit, in multis eum vera vidisse et quaedam egregie et aliis scriptoribus multo melius tractasse, nec non optimis usum esse fontibus, in quibus praeter antiqua monumenta atque Homerum solos Herodotum atque Arisotelem nominatos reperiamus.[2]) Quod vero in iis potissimum Callisthenis librorum fragmentis, quae ad Alexandri res ab eo conscriptas referenda sunt, fabularum studium deprehenditur, minus recte eo excusare conatus est Westermannus, „quoniam rerum novitate attoniti reliqui etiam scriptores, qui Alexandrum comitabantur, admirabilia Alexandri facta non posse nisi miraculorum commentis explicari arbitrati essent." Hanc enim excusationem, quanquam haud minimi ea momenti est in aliis Alexandri M. rerum scriptoribus iudicandis,[3]) vix tamen et ne vix quidem redundare ad Callisthenem, satis intelligitur ex iis quae de eius vita et scriptis supra commentati sumus. Neque enim errore quodam vel superstitione seductum sed data opera et consilio ad rhetoricas artes melius ostentandas fabulis eum miraculorumque commentis studuisse vidimus. Quare minus hoc equidem illi condonaverim, quam „quod belli gerendi artis tam sese rudem praebuit, ut narraret quae facta esse non possunt, id quod in pugna ad Issum describenda ei accidisse multis verbis demonstrat Polybius."[4]) Denique, ne prorsus praetermisisse hoc loco videamur Pseudo-Cal-

---

1) Cic. de legg. I, 1, 5.

2) Conferri iubet Westermannus Fragm 14. 43. (potius 30. VIII) et 3 (ex sua collectione).

3) Et maxime quidem in iis, qui alieni ab rhetoricarum artium fuco de Indicis rebus egerunt.

4) Polyb. XII, 17 (Fragm. XIV. 23. West.). Verba supra allata sunt Westermanni p. 27.

listhenis qui dicitur historiam fabulosam Alexandri M., recte iam vidit Westermannus, quaecunque apud Tzetzam sub Callisthenis nomine proferantur, non ex Olynthii Persicis sed ex fonte isto impurissimo hausta esse.[1]) Verum enim vero

1) Westerm. l. c. p. 18. Luculenter hoc apparet ex comparatione eorum, quae apud Tzetzam (Chil. I, 323. Cf. VII, 405) vel de Thebarum expugnatione vel (Chil. III, 885 sqq.) de Candace regina leguntur, cum iisdem narrationibus, quae extant apud Iulium Valerium (I, c. 66. III, c. 48 sqq. et 65. Cf. etiam Tzetz. Chil. VII, 418 sqq. cum Iul. Valer. I, 69), qui Pseudo-Callisthenem vel Aesopum istum Graecanicum latine reddidit. Cf. Fabric. Bibl. gr. Vol. III, p. 36. (Harl.). Santo-Cruc. p. 166. Ang. Maius in Praefat Iul. Valer. c. VIII. Nihilominus in errorem apertum incidit pro singulari sua levitate Sevinus l. c. p. 219. Ceterum accuratius de Pseudo-Callisthene expositurum se esse in commentationis suae parte tertia (nondum edita) promisit Westerm. l. c. Nos autem hoc quidem loco ea certe silentio praeterire noluimus, quae quum per Ferdinandum Rankium litteris certiores facti essemus, Venetiis nuper editam esse Vitam Alexandri Magni Armenice scriptam, quam ipse vidisset apud G. Petermannum, virum doctissimum harumque litterarum peritissimum, ad litteras nostras, quibus rogabamus Petermannum, ut si quid esset, quod in libro isto Armenico ad propositum nostrum spectare videretur, id nobiscum vellet communicare, respondit vir humanissimus. Scribit enim: „Die Armenische Biographie ist, wie Sie ganz richtig vermuthet hatten, der Pseudo-Callisthenes, derselbe aber in der ältesten Gestalt, oder wenigstens in derjenigen, welche der ältesten zunächst steht, ohne die vielen spätern meist widersinnigen Zusätze, ob er gleich auch wie alle andern Recensionen desselben des Wunderbaren Vieles enthält. Uebrigens ist diese Biographie, wie die armenischen Herausgeber ausdrücklich in der Vorrede bemerken — und wir müssen sie, die gelehrten Mechitharisten (sie erschién Venedig 1842. 8), als die competentesten Richter in dieser Beziehung anerkennen — schon im 5ten Jahrhundert unserer Zeitrechnung übersetzt worden; auch hegen sie die Vermuthung, dass Moses Chorenensis, der berühmteste Armenische Geschichtsschreiber, der Uebersetzer derselben sei, so wie sie meinen, dass ebenderselbe auch die Chronik des Eusebius in das Armenische übertragen haben möge. — Auf der 73ten Seite (das Ganze hat 198 Seiten) steht als Unterschrift: „Hier ist vollendet die Geburt und die Thaten Alexanders des Macedoniers von dem weisen Aristoteles; wir beginnen nun (zu sprechen) auch von seinem Zuge nach Plataeae, einer Stadt der Athener." Pag. 186 schliesst die eigentliche Biographie, es folgen dann aber noch Lobreden (sic!) auf den Tod Alexanders von Chatschatur aus Ketscharru (?) enthaltend Klagen des Alexander selbst, dann der Olympias, der Roxane, seiner Feldherrn und Soldaten, und endlich ermahnende Worte Alexanders an seine Freunde. Man könnte aber auch dies wol besser deuten als „Reden in Beziehung auf den Tod Alexanders."

quod auctor iste quisquis fuit historiarum fabulosarum Callisthenis potissimum nomine abusus est ad hallucinationes suas atque commenta venditanda, hoc ipsum nobis documento esse potest haud spernendo, Callisthenis fabularum studium quantopere apud veteres ubique fuerit pervulgatum. Alioquin enim quomodo fabulator iste in hunc Callisthenis titulum incidisset?

Ceterum celebratae inter veteres Callisthenis Olynthii famae ac dignitatis extat monumentum satis profecto honorificum. Repperit enim adhuc Plinius[1]) in hortis Servilianis Callisthenis historiarum scriptoris simulacrum, opus Amphistrati sculptoris, quem ad ipsa Alexandri tempora refert Silligius.[2])

---

1) N. H. XXXVI, 5, 36: „In hortis Servilianis reperio laudatos Calamidis Apollinem illius caelatoris, Dercylidis pyctas, Amphistrati Callisthenem historiarum scriptorem."

2) Catal. artiff. p. 42. Ad quem locum haec annotavit Westermannus p. 28: „Videtur enim (Amphistratus) maxime statuis iconicis conficiendis operam navasse. Itaque quum legerem apud Silligium primum sola haec verba Tatiani or. adv. Gr. c. 52, Ἀμφίστρατος ἐχαλκούργησεν Κλειτώ, vix mihi dubitari posse videbatur quin Κλεῖτον pro Κλειτώ esset reponendum, ut Clitum etiam fecerit Amphistratus, virum et auctoritate penes Alexandrum et mortis genere Callistheni quam maxime affinem. Quae coniectura quanquam per se quidem minime inepta, tamen ut prorsus supervacanea repudianda est. Tatianum enim postea evolvens haec repperi: Πράξιλλαν μὲν γὰρ Λύσιππος ἐχαλκούργησεν μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον, Λεαρχίδα δὲ Μενέστρατος, Σιλανίων δὲ Σαπφώ τὴν ἑταίραν, Ἤρινναν τὴν Λεσβίαν Ναυκύδης, Βοΐσκος Μυρτίδα, Μυρὼ τὴν Βυζαντίαν Κηφισόδοτος, Γόμφος Πραξιγορίδα καὶ Ἀμφίστρατος Κλειτώ. Ex quibus apparet sana esse omnia nec emendatione locum indigere.

C. II.

LIBRORUM FRAGMENTA.

A. Περσικά.

FRAGM. I. (21. Westerm.)

Athen. Mechan. p. 2. ed. mathem. Paris.

De rerum scriptoris officio.

Ὁ μὲν ἱστοριογράφος Καλλισθένης φησί, δεῖν τὸν γράφειν τι πειρώμενον μὴ ἀστοχεῖν τοῦ προσώπου, ἀλλὰ οἰκείως αὐτῷ τε καὶ τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους θεῖναι.

„Haec in operis principio locum habuisse veri est simillimum, ut auctor in prooemio, quemadmodum alii multi, cum de historiae scriptoris officio, tum de eo quod sibi propositum esset quantumvis accurate exposuisse videatur." Westerm.

FRAGM. II. (36. W.)

Strab. l. XIII. t. V. p. 280. (588. Cas.)

De Adrasteae terrae nomine.

Ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα αὕτη Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πεδίον, κατὰ ἔθος τι οὕτω λεγόντων τὸ αὐτὸ χωρίον διττῶς, ὡς καὶ Θήβην καὶ Θήβης πεδίον καὶ Μυγδονίαν καὶ Μυγδονίας πεδίον. Φησὶ δὲ καὶ Καλλισθένης ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς πρῶτος Νεμέσεως ἱερὸν ἱδρύσατο, καλεῖσθαι Ἀδράστειαν.

„Exscripsit hunc locum Steph. s. v. *Ἀδράστεια.* Cf. Eustath. ad Hom. Iliad. 2, 828. Schol. Apoll. 1, 1116." Westerm. — Egisse de hac regione Callisthenem eo loco probabile est, ubi de pugna ad Granicum, qui Adrasteam regionem alluit, sermo erat.

FRAGM. III. (37. W.)

Strab. l. XIII. t. V. p. 475. (627. Cas.)

De variis Sardium urbis expugnationibus.

Φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ᾽ ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν, ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν.

„Huius loci difficultates nec Bodius solvit in hist. poes. graec. 2, 1. p. 146 sqq. omnia miscens, nec I. V. Franckius, qui in Callin. p. 111, quoniam credidit Callinum fuisse Archilocho multo antiquiorem, nostri Strabonis loci verba transponenda esse censuit hoc modo: *φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν, εἶθ᾽ ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὕστατα — ἅλωσιν.* Nam hoc si licet facere, quamvis libri omnes consentiant corruptique textus ne levissimum quidem sit vestigium, tum quicquid voles atque commodum tibi erit demonstrare poteris. Recte vero disposuit res I. C. Caesar in diss. d. carm. Gr. eleg. orig. et not. (Marb. 1837. c. add. 1841.) p. 59 sqq. Scilicet Strabo 14. p. 647 (cf. Clem. Alex. str. 1. p. 144 S.) ut doceat, Callinum Archilocho antiquiorem fuisse, utrumque poetam testem adhibet, Callinum de Magnetibus salvis adhuc et contra Ephesios feliciter rem gerentibus loquentem, Archilochum vero eorundem iam calamitatem commemorantem: quam calamitatem spectare ad Magnesiae per Treres eversionem: Callinum tamen alius cuiusdam Cimmeriorum priore tempore factae impressionis, qua Sardes captae essent, fecisse mentionem. At novit etiam Callisthene teste alteram per Treres Sardium eversionem. Haec sine dubio eadem est quam solam novit Herod. 1, 6 et 15 per Cimmerios (Treres autem *Κιμμερικὸν ἔθνος*, ut ait Strab. 14. p. 647. coll. 1. p. 61.) factam sub Lydiae rege Ardye. Cimmerii enim a Scythis ex sedibus suis eiecti duce Lygdami tunc in Asiam irruperunt, Scythae ipsi in Mediam profecti Cyaxarem qui hoc tempore Ninum obsidebat, aggressi sunt (Herod. 1, 103). Iam vero Ardys regnasse dicitur Ol. 25, 3. 678—37, 4. 629, Cyaxares Ol. 36, 3. 634—46, 3. 594, atque hunc statim ab initio imperii patris ulciscendi caussa contra Ninum bellum gessisse verisimile est. Sequitur ut Cimmeriorum impressio et Sardium expugnatio inciderit in Ol. 36 extr. vel 37. Cf. Clinton. Fast. Hell. 1. p. 202. Hanc igitur cum nosset Callinus, non dubitandum est quin sub Ol. 36 vixerit. Sed nescio quo iure Caesar p. 65. utramque Sardium expugnationem

Callisthene teste a Callino laudatam in eiusdem aetatem contendat incidisse nec multum temporis inter utramque interfuisse. Certe νῦν illud in versu Callini a Strabone laudato (νῦν δ' ἐπὶ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀβριμοέργων) non tale est ex quo colligere certo liceat, sermonem fecisse poetam de re quae in ipsius tempus incidisset, nec omittendum est hanc irruptionem a Strabone πρεσβυτέραν vocari, quod licet ipsum quoque incertum sit admodum, apparet tamen dictum esse posse de impressione multis annis ante facta. Accedit quod ipse Strabo novit et aliquoties commemorat antiquissimam Cimmeriorum in illas regiones invasionem Homeri tempore vel paullo ante Homerum factam; vid. 1. p. 6. 20. 3. p. 149. (cf. Caesar. p. 62.). Itaque non video quid impediat quin hanc a Callino intellectam esse credamus. Nam paucorum annorum intervallo bis Sardes ab iisdem captas esse vix credibile. Lygdamis autem cum ad Ephesum usque tunc processisset (Callim. h. in Dian. 251 sqq.), facile est ad credendum, Magnesia quoque, quae ab Epheso 15 mill. passuum tantum aberat (Plin. hist. nat. 5, 29) eundem sese non abstinuisse, ut huius urbis eversio ad eadem fere tempora recte referri posse videatur. Hanc autem quod Callinum ignorasse dicit Strabo, non aliter potest accipi quam sic, ut eo tempore, quo illam Callinus elegiam composuit, nondum expugnata fuerit Magnesia. Sed iure item, nisi fallor, negavit Caesar, ad hanc Magnesiae calamitatem Strabonem eo loco, a quo profecti sumus, Archilochi versum (κλαίειν τὰ Θασίων, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά) recte rettulisse. Repugnant maxime tempora Archilochi, qui Gygis regis (Ol. 16, 2. 716—25, 3. 678) aequalis dicitur ab Herod. 1, 12, Romuli (Ol. 6, 4. 753—16, 1. 716) a Cic. Tusc. 1. 1, 3, ac floruisse Ol. 23 traditur ab aliis, deinde coloniam e patria Paro in Thasum insulam deduxit (Euseb. pr. ev. 6. p. 256), denique non morbo obiit decrepitus senex, sed integris adhuc viribus in proelio necatus (Plut. d. ser. num. vind. 17). Quae omnia eo nos ducunt, ut cum Caesare Archilochum Callino aliquanto maiorem fuisse, Magnesiae autem istam calamitatem ad alium quendam casum, non ad urbis excidium referendam esse credamus. Denique tertiam quam h. l. Callisthenes commemorat Sardium per Cyrum expugnationem incidere in Ol. 57, 1. 552 demonstrare studui in epimetro ad ed. Plut. vit. Sol. p. 80 sqq. Voemelii maxime vestigiis insistens (vid. eiusd. exerc. chronol. d. aet. Sol. et Croesi, Frcf. 1832.)" Westerm. De Sardium expugnatione vel potius deditione per Alexandrum (Ol. III, 3. 334) facta, quae ansam dedisse Callistheni censenda est ad priora ista commemoranda, cf. Arr. Exp.

Alex. I, 17, 3. Plut. Vit. Alex. c. 17. Diod. XVII, 21—64. Freinsh. Supplem. ad Curt. II, 6. Droysen. Hist. Alex. p. 118. Callisthenem vero sapere videntur maxime ista (ap. Arr. l. c.): *Αὐτὸς δὲ (Ἀλέξανδρος) ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ ναόν τε οἰκοδομῆσαι Διὸς Ὀλυμπίου ἐπενόει καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι· σκοποῦντι δὲ αὐτῷ τῆς ἄκρας ὅπερ ἐπιτηδειότατον χωρίον ὥρᾳ ἔτους ἐξαίφνης χειμὼν ἐπιγίγνεται καὶ βρονταὶ σκληραί, καὶ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ πίπτει οὗ τὰ τῶν Λυδῶν βασίλεια. Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἔδοξεν ἐκ θεοῦ σημανθῆναι ἵνα χρὴ οἰκοδομεῖσθαι τῷ Διὶ τὸν νεών, καὶ οὕτως ἐκέλευσεν.* Ita enim scripsimus hunc locum ex auctoritate codicis optimi et alius Florentini cum Ellendtio; Krügerus autem cum vett. edd. et tribus codd. Mss. praebuit: *καὶ ἐντεῦθεν Ἀλεξάνδρῳ ἔδοξεν.* De geographicis quae huc spectant cf. Van der Chys Comment. Geogr. in Arr. l. c. (p. 23): „Hodie parvus pagus, Sart dictus, quem pastores incolunt, in eius urbis loco conspicitur."

FRAGM. IV. (38. W.)

Strab. l. XIV. t. V. p. 513. (635. Cas.)

De Mileti expugnatione.

Ἠτύχησε δ' ἡ πόλις (Μίλητος) ἀποκλείσασα Ἀλέξανδρον καὶ βίᾳ ληφθεῖσα, καθάπερ καὶ Ἁλικαρνασσός, ἔτι δὲ πρότερον ὑπὸ Περσῶν. Καὶ φησί γε Καλλισθένης ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις ζημιωθῆναι Φρύνιχον, τὸν τραγικόν, διότι δρᾶμα ἐποίησε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου.

„Miletum atque Halicarnassum expugnavit Alexander Ol. 111, 3. 334. Vid. Arrian. Exp. Alex. 1, 18 sqq. Miletus a Persis capta est Ol. 71, 3. 494. Vid. Herod. 6, 6 sqq. Idem c. 21: *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον καὶ ἐζημίωσάν μιν ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήια κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι.* Cf. Plut. praec. pol. c. 17. Ael. var. hist. 13, 17. Schol. Arist. Vesp. v. 1481." Westerm. De Mileto ab Alexandro capta praeter Arriani locum a Westermanno citatum cf. Diod. XVII, 22 sqq. Plut. Vit. Alex. c. 17. Freinshem. Supplem. ad Curt. II, 7. Santo-Cruc. p. 241 (cf. 145 et 216. not. 4.). Droysen. Hist. Alex. p. 122 sqq. De geographicis, quae ad hanc urbem pertinent cf. Van der Chys l. c. p. 26: „Hodie aliquot rudera aedificiorum atque templorum supersunt in vicinia loci Palat vel Palatscha dicti, ad ostium Maeandri, ubi nunc degunt pauci pastores."

FRAGM. V. (39. W.)

Strab. l. XIII. t. V. p. 395 sqq. (611. Cas.)

De Halicarnassi origine.

Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασσέων τὰ Πήδασα ὑπ' αὐτῶν ὀνομασθέντα ἦν πόλις, καὶ ἡ νῦν χώρα Πηδασὶς λέγεται. Φασὶ δ' ἐν αὐτῇ καὶ ὀκτὼ πόλεις ᾠκῆσθαι ὑπὸ τῶν Λελέγων πρότερον εὐανδρησάντων· — τῶν δ' ὀκτὼ πόλεων τὰς ἓξ Μαύσωλος εἰς μίαν τὴν Ἁλικαρνασσὸν συνήγαγεν, ὡς Καλλισθένης ἱστορεῖ, Σουάγελα δὲ καὶ Μύνδον διεφύλαξε.

„*Σουάγελα* ex Steph. Byz. restituerunt Casaubonus atque Holstenius pro *Συναγέλα* vel *σὺν ἀγέλᾳ*, quod est in libris. Sic enim ille: *Σουάγελα, πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρός, ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα· καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα.*" Westerm. Haec eo Callisthenis commentariorum (*Περσικῶν*) loco fuisse lectitata consentaneum est, quo de Halicarnasso ab Alexandro capta egerat, qua de re cf. Strab. l. XIV. t. V. p. 614 sqq. (656. Cas.), ubi huc potissimum spectant: *Εἶθ' Ἁλικαρνασσός, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφύρα καλουμένη πρότερον. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Μαυσώλου τάφος, τῶν ἑπτὰ θεαμάτων ἔργον, ὅπερ Ἀρτεμισία τῷ ἀνδρὶ κατεσκεύασε* sqq. — Dein: *Ἔπταισε δὲ καὶ αὕτη ἡ πόλις βίᾳ ληφθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου* sqq. Cf. Arr. Exp. Alex. I, 20—23. Diod. XVII, 24—25. Plut. Vit. Alex. c. 17. Curt. V, 2 (7) 5. Freinshem. Supplem. ad Curt. II, c. 8—9. Santo-Cruc. Ex. crit. p. 242. Tzchuck. ad Pomp. Mel. I, 16, 3. Droysen. Hist. Alex. p. 127 sqq. De rebus geographicis huc spectantibus uberius egit Van der Chys l. c. p. 27 sqq., ubi etiam haec leguntur: „Hodiernum nomen est Boedroem: quod certo dici potest, nam insula Arconnesus opposita erat Halicarnasso et parva insula quae nunc iacet e regione castelli Boedroem dicti, vocatur Arconneso (Clarkius in Itiner. Vol. III. p. 256. Leakius autem illi nomen dat Orak)."

FRAGM. VI. (40. W.)

Ael. Hist. Anim. XVI, c. 30.

De capris in Lycia tonsis.

Ἐν Λυκίᾳ λέγει Καλλισθένης ὁ Ὀλύνθιος κείρεσθαι καὶ τὰς αἶγας, ὥσπερ οὖν πανταχῇ τὰ πρόβατα· γίνεσθαι

γὰρ δασυτάτας καὶ εὔτριχας δεινῶς τὰς αἶγας, ὡς εἰπεῖν βοστρύχους ἢ τινας ἕλικας κόμης ἐξηρτῆσθαι αὐτῶν· καὶ μέντοι καὶ τοὺς τεχνίτας τῆς τῶν νεῶν ἐργασίας καταχρῆσθαι αὐταῖς τὰς σειρὰς συμπλέκοντας, ὡς καὶ τοὺς κάλους ἄλλοι.

„Idem de Lyciae capris tradit Arist. hist. an. 8. 27, 3. Schn. comparat Plin. 8. 50, 76. Varro d. r. r. 2, 11. de capris Ciliciae, quas descripsit Busbeck. in Epist. fol. 31. Linnaeo capra dicitur Angorica. cf. etiam Pallas in Zool. Ross. 1. p. 128 sq. Iacobs ad Ael. 2. p. 553. — Cf. Eberti diss. Sicul. p. 197. Ceterum hoc fragmentum quomodo a nonnullis, in quibus etiam Hemsterhusius est, ad Cynegetica Callisthenis referri possit, fateor non assequor." Westerm.

FRAGM. VII. (22. W.)

Eustath. comm. in Hom. Il. XIII, 29. (Cf. Schol. ad l. c. p. 355. B. 26. ed. Bekk.)

De Alexandri itinere per Pamphyliam non sine numine facto.

Γηθόσυνη δὲ θάλασσα διίστατο] Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι οὐδὲν καινὸν, ἐὰν ὁ ποιητὴς, ᾧ καὶ τερατολογεῖν δέδοται, τοιαῦτα λέγῃ, ὅπου γε Καλλισθένης τὸ Παμφύλιον πέλαγος Ἀλεξάνδρου παριόντος εἰ καὶ μὴ γηθόσυνον διαστῆναι, ὡς ἐν ὁδοποιίᾳ, ἀλλ' ἐξυπαναστῆναι λέγει αἰσθόμενον οἷον τῆς ἐκείνου πορείας καὶ οὐδ' αὐτὸ ἀγνοῆσαν τὸν ἄνακτα, ἵνα ἐν τῷ ὑποκυρτοῦσθαί πως δοκῇ προσκυνεῖν.

„Ex quibus supplendum est scholium Victorianum ap. Bekker. Schol. in Hom. Iliad. ad h. l. p. 355: *καὶ τί θαῦμα; καὶ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ φησὶ τὸ κατὰ Παμφυλίαν πέλαγος Καλλισθένης.* Illustrat rem Plutarch. Alex. c. 17. *Ἡ δὲ τῆς Παμφυλίας παραδρομὴ πολλοῖς γέγονε τῶν ἱστορικῶν ὑπόθεσις γραφικὴ πρὸς ἔκπληξιν καὶ ὄγκον, ὡς θείᾳ τινὶ τύχῃ παραχωρήσασαν Ἀλεξάνδρῳ τὴν θάλασσαν ἄλλως ἀεὶ τραχεῖαν ἐκ πελάγους προσφερομένην, σπανίως δέ ποτε λεπτοὺς καὶ προσεχεῖς ὑπὸ τὰ κρημνώδη καὶ παρεῤῥωγότα τῆς ὀρεινῆς πάγους διακαλύπτουσαν. Δηλοῖ δὲ καὶ Μένανδρος ἐν κωμῳδίᾳ παίζων πρὸς τὸ παράδοξον·*

ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἤδη τοῦτο· κἂν ζητῶ τινα,
αὐτόματος οὗτος παρέσται· κἂν διελθεῖν δηλαδὴ
διὰ θαλάττης δέῃ τόπον τιν', οὗτος ἔσται μοι βατός.

αὐτὸς δ' Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς οὐδὲν τοιοῦτον τερατευσάμενος ὁδοποιῆσαί φησι τὴν λεγομένην Κλίμακα καὶ διελθεῖν ὁρμήσας ἐκ Φασηλίδος.[1]) Adde Arrian. exp. Alex. 1. 26, 1. Ἀλέξανδρος δὲ ἄρας ἐκ Φασηλίδος μέρος μέν τι τῆς στρατιᾶς διὰ τῶν ὀρῶν πέμπει ἐπὶ Πέργης, — αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ἦγε τοὺς ἀμφ' αὐτόν. ἔστι δὲ ταύτῃ ἡ ὁδὸς οὐκ ἄλλως ὅτι μὴ τῶν ἀπ' ἄρκτου ἀνέμων πνεόντων· εἰ δὲ νότοι κατέχοιεν, ἀπόρως ἔχει διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ὁδοιπορεῖν. τότε δ' ἐκ νότων σκληρῶν βορέαι ἐπιπνεύσαντες οὐκ ἄνευ τοῦ θείου, ὡς αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξηγοῦντο, εὐμαρῆ καὶ ταχεῖαν τὴν πάροδον παρέσχον. Alios auctores (Eratosthenem?) sequutus est Strab. l. XIV. t. V. p. 666. (666. Cas.): Περὶ Φασηλίδα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ θάλατταν στενά, δι' ὧν Ἀλέξανδρος παρήγαγε τὴν στρατιάν. Ἔστι δ' ὄρος Κλίμαξ καλούμενον, ἐπίκειται δὲ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει στενὴν ἀπολείπων πάροδον ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ, ταῖς μὲν νηνεμίαις γυμνουμένην, ὥστε εἶναι βάσιμον τοῖς ὁδεύουσι, πλημμύροντος δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτομένην ἐπὶ πολύ. ἡ μὲν οὖν διὰ τοῦ ὄρους ὑπέρβασις περίοδον ἔχει καὶ προσάντης ἐστί, τῷ δ' αἰγιαλῷ χρῶνται κατὰ τὰς εὐδίας. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἰς χειμέριον ἐμπεσὼν καιρὸν καὶ τὸ πλέον ἐπιτρέπων τῇ τύχῃ πρὶν ἀνεῖναι τὸ κῦμα ὥρμησε, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν ὕδασι γενέσθαι τὴν πορείαν συνέβη μέχρι ὀμφαλοῦ βαπτιζομένων. Eiusdem rei mentionem facit Ioseph. antiq. 2, 7, qui addit, καὶ τοῦτο πάντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις συγγραψάμενοι. Nec rhetores intactam reliquisse testis est Senec. Suas. 1. p. 8. Cf. Ste Croix exam. crit. p. 243 sq. et Droysen Gesch. Alex. d. Gr. p. 140. Factum est hoc hieme Ol. 111, 3. 334/333." Westerm. Adde Appian. B. C. II, 149 (p. 383 ed. Schweigh.), ubi in Alexandri et Caesaris inter se comparationem haec afferuntur: ὧν ὁ μὲν ἄνυδρόν τε πολλὴν ἐς Ἄμμωνος ὥδευεν ὥρᾳ καύματος· καὶ τὸν Παμφύλιον κόλπον τῆς θαλάσσης ἀνακοπείσης διέτρεχε δαιμονίως, τὸ πέλαγος αὐτῷ τοῦ δαίμονος κατέχοντος ἔστε παρέλθοι, καὶ καθ' ὁδὸν ὁδεύοντι ὕοντος. Quare Josephus l. c. hoc Alexandri iter cum Israelitarum per mare Rubrum transitu contulit. Cf. etiam Freinshem. Supplem. ad Curt. II, 11.

1) Textum huius loci qualem exhibuit Westerm. ex Sintenisii recensione correximus.

FRAGM. VIII. (41. W.)

Strab. l. XIV. t. V. p. 670. (667. Cas.)

De Troicis Cilicibus.

Φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασηλίδος καὶ Ἀτταλείας δείκνυσθαι Θήβην τε καὶ Λυρνησσὸν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωικῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους, ὡς εἴρηκε Καλλισθένης.

„De Troicis Cilicibus vid. Hom. Iliad. 6, 397. cf. 1, 366. 22, 479. Strab. 14. p. 676 et huius comment. P. I. p. 20." Westerm. Cf. C. I. p. 214 sqq.

FRAGM. IX. (32 et 33. W.)

a) Schol. Apollon. Rhod. Arg. II, 936. — b) Strab. l. XII. t. V. p. 52 (542. Cas.)

De Parthenio flumine.

a) *Καὶ δὴ Παρθενίοιο ῥοάς*] *Ποταμὸς Παφλαγονίας· ἐκβάλλει δὲ τὰ ῥεύματα περὶ πόλιν Σήσαμον. τὸ δὲ ὕδωρ αὐτοῦ ἐν πᾶσι παρέρχεται. Παρθένιον δέ φησιν αὐτὸν ὠνομάσθαι Καλλισθένης διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἐν αὐτῷ λούεσθαι. ἔνιοι δὲ διὰ τὸ στάσιμον τοῦ ῥεύματος καὶ ἠρεμόν φασιν οὕτω προσαγορεύεσθαι.*

„Cod. Paris. *κληθῆναι δέ φησι Καλλισθένης οὕτω διὰ τὸ στάδιον καὶ ἥσυχον τοῦ ῥεύματος.* Ibidem p. 196. Schaeferus *ἐν πᾶσι παρέρχεται* monet fortasse vertendum esse omni re excellit. Sed si haec est ibi notio v. *παρέρχεσθαι*, certe *ὕδασι* subaudiendum est. Verum sic quoque nescio quomodo totum illud languet, ut malim scribi *ἐν λειμῶσι* vel simile quid, quo ducit Strabo 12. p. 543. *εἶθ' ὁ Παρθένιος ποταμὸς διὰ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὀνόματος τούτου τετυχηκώς.* Adde Steph. Byz. s. v. *Παρθένιος· ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος. — τινὲς ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ Παρθένος, Παλαιτῖνος βασιλέως θυγάτηρ· καὶ τὴν μὲν τελευτῆσαι ἐκεῖ, τῷ δὲ ποταμῷ Παρθένιον ὄνομα τοὺς προσχώρους θέσθαι ἐπὶ τῷ πάθει τῆς Παρθένου.* Cum Callisthene faciunt Scholl. Hom. Iliad. 2, 855." Westerm.

b) *Τοὺς δὲ Καύκωνας, οὓς ἱστοροῦσι τὴν ἐφεξῆς οἰκῆσαι παραλίαν ταῖς Μαριανδυνοῖς μέχρι τοῦ Παρθενίου ποταμοῦ, πόλιν ἔχοντας τὸ Τίειον, οἱ μὲν Σκύθας φασὶν, οἱ δὲ τῶν Μακεδόνων τινὰς, οἱ δὲ τῶν Πελασγῶν. — Καλλισθένης δὲ καὶ ἔγραφε τὰ ἔπη ταῦτα εἰς τὸν διάκοσμον, μετὰ τὸ*

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους,

τιθεὶς

Καύκωνας αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων,
οἳ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον.

παρήκειν γὰρ ἀφ' Ἡρακλείας καὶ Μαριανδυνῶν μέχρι Λευκοσύρων, οὓς καὶ ἡμεῖς Καππάδοκας προσαγορεύομεν· τὸ δὲ τῶν Καυκώνων γένος τὸ περὶ τὸ Τίειον μέχρι Παρθενίου καὶ τὸ τῶν Ἐνετῶν τὸ συνεχὲς μετὰ τὸν Παρθένιον τῶν ἐχόντων τὸ Κύτωρον· καὶ νῦν δ' ἔτι Καυκωνίτας εἶναί τινας περὶ τὸν Παρθένιον.

„Homeri versus est Iliad. 2, 855. Repetit versus a Callisthene insertos Eustath. ad Il. 20, 329. p. 1288, qui et in var. lect. ponit *Ἄμειβας* pro *ἀμύμων* et *κατὰ* pro *κλυτά*. Sed male invenit Callisthenes, si suo loco reliquit versum plane geminum 854. *ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον.* Ut credam hunc eum eiecisse. Caucones autem Troianorum sociis adiecit maxime, ut videtur, propter Iliad. 20, 329, horumque caussa Heracleam Mariandynosque nominavit, hinc enim Caucones habitabant usque ad Parthenium. Reliqua tractavi in adn. ad fr. 31." (X ex nostr. coll.) Westerm.

FRAGM. X. (31. W.)

Strab. l. XIV. t. V. p. 730 (680. Cas.).

De Halizonibus divitiarumque fontibus, quibus veteres nonnulli Asiae reges usi sint.

Φήσας δὲ (Ἀπολλόδωρος) ἀγνώτων τινῶν μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, Καύκωνας μὲν ὀρθῶς λέγει καὶ Σολύμους καὶ Κητείους καὶ Λέλεγας καὶ Κίλικας τοὺς ἐκ Θήβης πεδίου· τοὺς δ' Ἁλιζῶνας αὐτὸς πλάττει, μᾶλλον δ' οἱ πρῶτοι τοὺς Ἁλιζῶνας ἀγνοήσαντες τίνες εἰσὶ, καὶ μεταγράφοντες πλεοναχῶς καὶ πλάττοντες τὴν τοῦ ἀργύρου γενέθλην καὶ ἄλλα πολλὰ μεγάλα, ἐκλελυμένα ἅπαντα. πρὸς ταύτην δὲ τὴν φιλοτιμίαν κἀκείνας συνήγαγον τὰς ἱστορίας, ἃς ὁ Σκήψιος τίθησι παρὰ Καλλισθένους λαβὼν καὶ ἄλ-

λων τινῶν οὐ καθαιρευόντων τῆς περὶ τῶν Ἀλιζώνων ψευδοδοξίας, ὡς ὁ μὲν Ταντάλου πλοῦτος καὶ τῶν Πελοπιδῶν ἀπὸ τῶν περὶ Φρυγίαν καὶ Σίπυλον μετάλλων ἐγένετο, ὁ δὲ Κάδμου [ἐκ τῶν] περὶ Θρᾴκην καὶ τὸ Παγγαῖον ὄρος, ὁ δὲ Πριάμου ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται (πολλὴ δ' ἡ ἐκβολὴ καὶ τὰ ὀρύγματα σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας), ὁ δὲ Μίδου ἐκ τῶν περὶ τὸ Βέρμιον ὄρος, ὁ δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου καὶ Κροίσου ἀπὸ τῶν ἐν Λυδίᾳ τῆς μεταξὺ Ἀταρνέως τε καὶ Περγάμου πολίχνης ἐρήμης, ἐκμεταλλευόμενα ἐχούσης τὰ χωρία.

„Gravissima est ac lectu dignissima Strabonis de Homeri Halizonibus disputatio 12. p. 549 sqq. et 14. p. 677 sqq. Scilicet Homerus Iliad. 2, 856 sq. de eis haec habet:

αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Ac Strabo quidem Halizones istos eosdem esse putat qui suo tempore Chaldaei, antiquo Chalybes vocabantur, in Ponto circa Pharnaciam habitantes, quorum in regione etiam tum erant non argenti, sed ferri fodinae. Iam vero ante eum qui de hoc loco explicarunt, in alia omnia abierunt. Omnium longissime modum excessit Ephorus, qui correxit sic (Marx. Eph. fr. 87. p. 199 sp.):

αὐτὰρ Ἀμαζόνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί,

Amazones ponens in locis inter Mysiam, Cariam et Lydiam. Alii Ἀλαζώνων dederunt pro Ἁλιζώνων (Alazones Scythiae populus, Herod. 4, 17), Ἀλόβης pro Ἀλύβης. Demetrius Scepsius autem usus maxime est testibus Hecataeo, Menecrate atque Palaephato, quorum primus Alazones posuit in Bithynia circa Alaziam urbem (cf. Klausen Hecat. fr. 202), alter ibidem iuxta Myrleam, tertius in Troade circa Zeleam, ipse denique Demetrius item in Troade circa Scepsin vicinosque pagos Argyriam atque Alaziam. Quos omnes bene refutat Strabo, eo maxime quod τηλόθεν illi venisse dicuntur ab Homero, ac nihili esse demonstrat argumentum quo plurimi usi sint, prae ceteris Apollodorus, in eo positum, ut Troianis auxilia ex regionibus trans Halyn fluvium venisse non esset consentaneum. Ipse autem Strabo Halizones persuasum habens ponendos esse in eo quo diximus loco, facere non potuit quin hoc qui ignorarent errare diceret omnes, eosdemque male aut Homerum corrigere aut fingere nescio quem Halizonum populum, argenti proventum, alia, et ad hoc com-

monstrandum ex variis scriptoribus historiolas congerere, quippe ex celeberrimis thesauris, ut videtur, de Halizonum regione coniecturam facientes. Horum hominum non immunium falsarum de Halizonibus opinionum unum Strabo nostro loco nominat quasi omnium ducem auctoremque Callisthenem. Cuius quae sententia de Halizonibus fuerit quod incertum hoc loco reliquit Strabo valde dolendum est. Sed opportune cecidit, quod alium eiusdem locum servavit, ex quo coniiciat aliquis, propius quam reliquorum Callisthenis sententiam a sententia Strabonis abfuisse. Quem locum infra singulatim tractandum (fr. 33. Fragm. IX[b] ex nostr. collect.) praeoccupari hic oportet. Etenim Strabo 12. p. 542 Callisthenem ait in Iliadis libro 2. post v. 855 duos versus addidisse, quibus in copiis a Troianorum parte stantibus Caucones etiam numerarentur: *παρήκειν γὰρ ἀφ' Ἡρακλείας καὶ Μαριανδυνῶν μέχρι Λευκοσύρων, οὓς καὶ ἡμεῖς Καππάδοκας προσαγορεύομεν· τὸ δὲ τῶν Καυκώνων γένος τὸ περὶ τὸ Τίειον μέχρι Παρθενίου καὶ τὸ τῶν Ἑνετῶν τὸ συνεχὲς μετὰ τὸν Παρθένιον τῶν ἐχόντων τὸ Κύτωρον.* Offendit in his maxime Politus ad Eustasth. t. 2. p. 787: quippe Strabonem neutiquam dicere posse, Caucones ad Cappadoces usque permitti, quum interpositi sint Paphlagones: quam ob caussam verbum *παρήκειν* in *προήκειν* mutandum et ad ipsum Homerum referendum esse. Sensum probe perspexit Politus; verum mutandum nihil, quum idem significet *παρήκειν*, h. e. i r e o r a m l e g e n t e m. Itaque procedit Homerus in sociis Troianorum recensendis secundum litus Ponti Euxini ab Heraclea atque Mariandynis usque ad Leucosyros. At nec Heracleam nominat Homerus nec Mariandynos usquam nec Leucosyros, qui et ipsi ad oram usque minime pertinebant. De Heraclea Mariandynisque vid. ann. ad fr. 33. Leucosyros autem ponit Callisthenes ad sententiam suam accuratius explicandam. Hoc enim vult, procedere Homerum ad eum usque locum, qui fines Leucosyrorum contingat. Sed unde hoc habet Callisthenes? Ex ipsis Homeri verbis sine dubio quae sequuntur v. 856. *αὐτὰρ Ἁλιζώνων* etc. Ex quo efficitur, ut Halizones sedes suas habere voluerit inter Paphlagones (nam et hos appellat) et Leucosyros, i. e. in regione fere inter Halyn atque Thermodontem sita. Nam si aliis in locis eos collocasset, prorsus non fuisset cur Leucosyrorum mentionem faceret. Quae quum ita sint, apparet quam prope absit Callisthenes ab ipsa sententia Strabonis. — Sed parum abest quin verear ne frustra hucusque omnia disputata sint. Namque hae Halizonum sedes mirum quam conveniunt cum ipsis sedibus Amazonum. Quid ergo? Nonne videtur Callisthenes quoque in eis fuisse, qui Amazones pro Halizonibus

Homero existimarent esse restituendos? Quam quaestionem licet dirimere non audeam, tamen sic demum intelligo, quo iure Strabo damnarit cum reliquis Callisthenem. Id unum obstat, quod dixit ille de variis thesauris eorumque fontibus; nam cum Halizonibus necesse erat caderet etiam *ἀργύρου γενέθλη*. Certe non is sum qui credam, metalla circa Cabira prope Thermodontem a Strabone (12. p. 566.) memorata iam Homero nota fuisse et ab Amazonibus exercita. Nisi vis hunc ipsum metallorum indicem eo factum esse consilio, ut appareret, in illis regionibus argentum non reperiri et hinc Halizones, si qui fuissent, alibi quaerendos esse." Westerm. Ceterum si quaeris haec quomodo cum Alexandri rebus a Callisthene conscriptis cohaereant, eo fortasse loco fuisse commemorata, ubi de Gordii urbis rebus commentatus esset, Midae certe mentione videtur indicari. Cf. Arr. Exp. Alex. II, 3. Aristob. Fragm. IV.

FRAGM. XI. (42 et 43. W.)

a) Strab. l. XIII. t. V. p. 474. (627. Cas.). — b) Schol. Apoll. Rhod. Arg. I, 212.

De Arimorum sedibus et Sarpedonio saxo in Cilicia repertis.

a) *Καλλισθένης δ' ἐγγὺς τοῦ Καλυκάδνου καὶ τῆς Σαρπηδόνος ἄκρας παρ' αὐτὸ τὸ Κωρύκιον ἄντρον εἶναι τοὺς Ἀρίμους, ἀφ' ὧν τὰ ἐγγὺς ὄρη λέγεσθαι Ἄριμα.*

„Quod in Arimis Typhon sedem habuisse dicebatur (vid. Hom. Iliad. 2, 783), diversissimas olim excitavit opiniones, quas vide expositas apud Strab. p. 626 sq. Alia addit Creuzerus hist. graec. antiq. fragm. p. 168 sq. Callisthenes autem non primus ad Ciliciam Arimos rettulit; eadem enim iam fuerat sententia Pindari Pyth. 1, 32 et Aeschyli Prometh. v. 351. Reliquorum locorum situm accurate indicant Strab. 14. p. 670 et auctor stadiasm. magn. mar. p. 215 sq. Antrum Corycium, non confundendum cum eiusdem nominis antro Nymphis sacro in Parnasso monte (Strab. 9. p. 417), describunt Strabo p. 670 sq. et Solin. Polyh. c. 38, 7 sq. cf. ib. Salmas. p. 545." Westerm.

b) *Τὴν δὲ Ὠρείθυιαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλησσοῦ φησιν ἁρπαγεῖσαν ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι. ἔστι γὰρ καὶ τῆς Κιλικίας ὁμώνυμος, ὥς Καλλισθένης.*

„Fabulam de rapta Orithyiae accurate tractat Naekius Choeril. p. 152 sq. Cf. Schneidewin Simonid. fr. p. 7." Westerm.

FRAGM. XII. (20. W.)

Suid. et Phot. s. v. Σαρδανάπαλους, Apostol. Prov. XVII, 25. Arsen. Viol. p. 426. Cf. Appendix proverb. IV, 68 (in noviss. corp. paroemiogr. T. I. p. 450 et Aristob. Fragm. VI.[1])

De Sardanapali monumento Anchialensi.

Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Περσικῶν δύο φησὶ γεγονέναι Σαρδαναπάλους, ἕνα μὲν δραστήριον καὶ γενναῖον, ἄλλον δὲ μαλακόν. Ἐν Νίνῳ δ' ἐπὶ τοῦ μνήματος αὐτοῦ τοῦτο ἐπιγέγραπται· „Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεως παῖς Ταρσόν τε καὶ Ἀγχιάλην ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. ἔσθιε, πῖνε, ὄχευε, ὡς τά γε ἄλλα οὐδὲ τούτου ἐστὶν ἄξια." τουτέστι τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος· τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται ὡς ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις. Ταὐτὸ καὶ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσῷ ἐπιγέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.

„Totum locum ex Callisthene expressum esse nego ac pernego; falsa sunt enim quae his verbis de Sardanapali monumento traduntur ac talia quae ab ipso Alexandri comite proficisci nullo modo potuerunt. Qua in re non multum profecerunt Ste Croix exam. crit. p. 247 et 854. quosque ibi laudat et qui de sepulcrali Sardanapali inscriptione disputavit I. G. Hubmannus in Iahnii Archiv. 3, 1. p. 126 sqq. Cf. etiam Schneidewin. Frgm. griech. Dichter aus einem Papyrus p. 13 sq. Nobis vero paucis rem transigendi potestatem fecit Naekius egregia disputatione in Choerili fragm. p. 196—256. Scilicet falsum est et quod ad Ninum urbem refertur inscriptio quae erat Anchialae, et quod eadem utroque loco fuisse dicitur. Nam quae Nini erat, alteri aliquatenus sane gemina, Sardanapali sepulcro imposita erat, scripta litteris Chaldaicis: sensum eius prosa oratione graece expressit Amyntas in stationum libro tertio ap. Athen. 12. p. 529 F, in versus transtulit Graecus aliquis (Diod. Sic. 2, 23.), Amynta teste

---

1) In annotatione nostra p. 35. operarum error est corrigendus quo legitur: Denique vid. Callisth. Fragm. I. pro: Callisth. Fragm. XII.

Choerilus (Iasensis, unus ex comitibus Alexandri), et quidem, uti Naekius docet p. 210, ita ut duos ignoti auctoris iam ante ex eodem fonte vulgatos versus (seorsim adhibitos a Polybio 8, 12, Plutarch. d. Alex. fort. 1, 9. de sui laude c. 17, Strab. 14. p. 672, — cf. Krameri diss. crit. d. Strab. codd. p. 47, — Steph. Byz. s. v. Ἀγχιάλη, Suida, aliis, et latine expressos a Cicer. Tusc. 5, 35.) paullulum immutatos in suum epigramma reciperet. Hoc integrum praebent ex Chrysippo Athenaeus 8. p. 336 A, Schol. Arist. Av. v. 1022, Eudocia p. 372, omisso versu septimo Strabo l. l. et Anthol. Pal. 1. p. 399, sexto quoque Diodorus l. l. et Tzetzes Chil. 3, 453 sqq. Ab hac inscriptione diversa erat altera eaque brevior, Assyricis litteris scripta atque imposita monumento ad Anchialen erecto cum simulacro Sardanapali. De hac Aristobulus egit testis gravissimus, ap. Athen. 12. p. 530 B. (Aristob. Fragm. VI.). Quocum in inscriptionis forma ad verbum conspirant Strabo et Stephanus ll. ll., praeterquam quod prior rectius Σ. ὁ Ἀνακυνδαράξεω, alter male Σ. ὁ Κυνδαράξεω et deinde ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιῇ. Atque universim quidem reliqui quoque, qui inscriptionem illam protulerunt, consentiunt; in singulis autem item discrepant, adeo ut eiusdem diversas quasi recensiones fuisse appareat. Scilicet, ut leviora mittam, σὺ δ' ante ἔσθιε inserunt Apostolius et Arsenius, ὄχευε habent pro παῖζε iidem, Suid. s. v. Σαρδ. et ὀχεύω, Schol. Aristophanis, Photius, Append. proverbiorum, extrema verba sic repraesentant, ὡς τά γε ἄλλα οὐδὲ (οὐ Suid. s. v. ὀχεύω) τούτου ἐστὶν ἄξια (Apost. Phot. Arsen. Append.), aut ὡς τἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια (Schol. Arist.), aut ὡς τά γε ἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια (Suid. s. v. ὀχ.). Omnium maxime vero interpolatoris manum experta est inscriptio apud Arrianum (ex quo correctus Suidae cod. E. et edd. s. v. Σαρδ ante Gaisford.) Exp. Alex. II, 5, 4. (Aristob. Fragm. VI.[c]). In his aperte falsa sunt, ut Naekius docet p. 249 sqq., quae scripsit Arrianus de manibus complosis. Ambas Sardanapali manus erectas fuisse asseverant Suidas, Photius, Apostolius, Arsenius, Auctor appendicis proverbiorum; verum eosdem non de plausu manuum, sed de digitorum crepitu cogitavisse intelligitur ex vocabulo ἀποληκοῦν, quod explicandi caussa usurpant Suidas, Photius atque Paroemiographus, quodque interpretatur rursus Suidas s. v. ἀναποληκοῦν, τὸ εἴδωλον κροτοῦν τοῖς δακτύλοις. Rem conficit Aristobulus, qui dicit repraesentatum esse hominem συμβεβληκότα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους ὡς ἂν ἐπικροτοῦντα. Sed quid laeva faciamus? Recte Naekius (p. 251), Sardanapali statua, inquit, utramque manum erectam habuit, dextram eo modo composi-

tam, ut digitis concrepare videretur, sinistram extensam, quo monstraret quasi, quod inscriptio dicebat, τἆλλα. His adde Suid. s. v. ὀχεύω· — τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα — ἀνεζωσμένον Λυδιστί, μαρμάρεον τὴν ὕλην.

Vides iam, quo iure antea negaverim, ex ipsis Callisthenis libris deprompta esse, quae de ista inscriptione memoriae tradidissent Suidas atque reliqui. Callisthenem secundo Persicorum libro de illo monumento verba fecisse, quo ducit iniecta Sardanapali mentio, persuasum quidem est; sed qui ipse viderat monumentum Anchialeum, nullo modo potuit tam turpiter errare, ut id non Anchialae, sed Nini esse diceret. Quamobrem confusio ista sine dubio ipsis grammaticis debetur; in quem errorem homines incautos incidisse non mirabere, si memineris, ab eodem non cavisse auctorem longe graviorem, Strabonem, et qui ab eo, ut videtur pendet, Stephanum Byzantium. Ceterum quod scripsit Callisthenes, duos fuisse Sardanapalos, ante iam alii tradiderant, velut Hellanicus in Persicis (ap. Schol. Arist. l. l., fr. 62. ap. Sturz p. 95., cf. Preller d. Hellan. p. 32.; repetit etiam Hesychius s. v. Σαρδανάπαλος). Quae res admodum obscura est et ampliorem quam pro huius scriptionis consilio atque ambitu indaginem exposcit. Interea satis est laudare qui ingeniose de ea disputavit O. Mueller. in Mus. Rhen. 3, 1. p. 29 sqq. cf. Gu. Hupfeld exerc. Herodot. 1. p. 28—39. Cuoop Koopmans disp. hist. crit. d. Sardanap. Amst. 1819 et Hullemann Durid. Fr. p. 85. — Ad urbem Anchialen quod attinet, fluctuant scriptores inter formas Ἀγχιάλη et Ἀγχίαλος, Stephanus solum Ἀγχιάλη novit et Ἀγχιάλεια ex Dionys. Perieg. v. 875. Idem Ἀγχιάλη πόλις Κιλικίας παραθαλασσία [πρὸς] τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ, et infra s. v. Ζεφύριον, — οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ πόλις Κιλικίας. Utramque distinguit item Strab. 14. p. 671. In istas autem regiones pervenit Alexander secundo expeditionis anno ol. 111, 4. 333." Westerm. His igitur egregie supplentur quae Lib. II. C. II. p. 34—35 adscripta sunt.

FRAGM. XIII. (23. W.)

Polyb. reliqu. lib. XII, c. 17—22.

Varii errores a Callisthene in Issicae pugnae descriptione commissi acriter a Polybio perstringuntur.

(Cap. 17.) Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι,[1]) μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως, ἣν

1) Polybio reddidit Schweighaeuserus ex Suid. s. v. καταξιοπιστεύεσθαι. —

ἅμα μὲν μίαν ἐπιφανεστάτην εἶναι συμβέβηκεν, ἅμα δὲ τοῖς καιροῖς οὐ μακρὰν ἀπηρτῆσθαι, τὸ δὲ μέγιστον παρατετευχέναι τὸν Καλλισθένη. λέγω δὲ περὶ τῆς ἐν Κιλικίᾳ γενομένης Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Δαρεῖον· ἐν ᾗ φησι μὲν Ἀλέξανδρον ἤδη διαπεπορεῦσθαι τὰ στενὰ καὶ τὰς λεγομένας ἐν τῇ Κιλικίᾳ Πύλας, Δαρεῖον δὲ χρησάμενον τῇ διὰ τῶν Ἀμανίδων λεγομένων Πυλῶν πορείᾳ κατᾶραι μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κιλικίαν.[1]) πυθόμενον δὲ παρὰ τῶν ἐγχωρίων, προάγειν τὸν Ἀλέξανδρον ὡς ἐπὶ Συρίαν, ἀκολουθεῖν καὶ συνεγγίσαντα τοῖς στενοῖς στρατοπεδεῦσαι παρὰ τὸν Πίναρον ποταμόν.[2]) εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω[3]) τῶν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἕως πρὸς τὴν παρώρειαν. διὰ δὲ τούτου φέρεσθαι τὸν προειρημένον ποταμὸν ἐπικάρσιον, ἀπὸ μὲν τῶν ὀρῶν εὐθέως ἐκρήγματα τῶν πλευρῶν,[4]) διὰ δὲ τῶν ἐπιπέδων ἕως εἰς θάλασσαν ἀποτόμους ἔχοντα καὶ δυσβάτους λό-

---

1) Ciliciae Portae in confinio erant Ciliciae atque Syriae, eaedemque sunt quas *πύλας τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας* vocat Xen. Anab. 1, 4, *Ἀσσυρίας* Arrian. 2. 5, 1. et 6, 1. (Cf. Van der Chys comment. geogr. p. 38—40). Has Alexander Persas, quos Sochis esse audivit, aggressurus vixdum transierat et ad Myriandrum castra posuerat, cum venit nuntius, Darium per Amanicas Portas in Ciliciam irrupisse, atque a tergo Macedones persequi (Arrian. 2. 6, 2. 7.). Statim igitur Alexander recuperatis per quas modo penetraverat faucibus in Ciliciam reversus descendit in planitiem angustam, ab altero latere montibus, ab altero mari inclusam, et ab amni Pinaro mediam interfluente in duas partes divisam, Darium, qui in eandem imprudens sese immiserat, prostraturus. Amanicae Portae autem sive Amanides, dictae ab Amano monte, qui a Tauro inde inter Syriam et Ciliciam usque ad mare extenditur, si fides est habenda Straboni (14. p. 676. et 16. p. 751. cf. stadiasm. magni maris p. 206 sqq. ed. noviss.) duae erant, alterae prope mare in montis radicibus, alterae in eiusdem dorso versus orientem. Atque has quidem fauces superiores Darium quippe ab Assyria proficiscentem transmisisse sponte intelligitur. Westerm.

2) Sic mendosum librorum *Πύρον*, pro quo *Πύραμον* voluerunt Reiskius atque alii, in versione demum emendavit Casaubonus. Apud Strabonem quoque 14. p. 676. libri omnes mendose *Πίνδος*. Sed verum praebent Arrian. 2. 7, 1. 8, 5. Plut. Alex. c. 20. Apollon. hist. mir. c. 43. 9. Curt. 3, 8. W.

3) Negantem particulam, quam omnes habent editiones, Schweighaeuserus quoque addidit, sed negat habere suos codices. W.

4) *Εὐθέως ἐκρήγματα τῶν πλ.*] Codd. *εὐθέως εἰ φῆγμα τ. πλ.*, ex quo Casaubonus *εὐθέως εἰς ἐκρήγματα* (cf. c. 20, 2.) *τ. πλ.* effecit, Schweighaeuserus *εὐθέως ἐκρήγματα [πολλὰ ποιοῦντα] τ. πλ.* W.

φους.[1]) ταῦτα δ' ὑποθέμενος, ἐπεὶ συνεγγίζοιεν οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐξ ὑποστροφῆς ἐπ' αὐτοὺς ἀναχωροῦντες, κρῖναί φησι Δαρεῖον καὶ τοὺς ἡγεμόνας τὴν μὲν φάλαγγα τάξαι πᾶσαν ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἶχε, χρήσασθαι δὲ τῷ ποταμῷ προβλήματι διὰ τὸ παρ' αὐτὴν ῥεῖν τὴν στρατοπεδείαν. μετὰ δὲ ταῦτά φησι τοὺς μὲν ἱππεῖς τάξαι παρὰ θάλατταν, τοὺς δὲ μισθοφόρους ἑξῆς τούτοις παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐχομένους τούτοις,[2]) τοὺς δὲ πελταστὰς συνάπτοντας τοῖς ὄρεσι.

(Cap. 18.) *Πῶς δὲ προέταξε τούτους πρὸ τῆς φάλαγγος τοῦ ποταμοῦ ῥέοντας παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν, δυσχερὲς κατανοῆσαι,*[3]) *καὶ ταῦτα τῷ πλήθει τοσούτων ὑπαρχόντων. τρισμύριοι μὲν γὰρ ἱππεῖς ὑπῆρχον, ὡς αὐτὸς ὁ Καλλισθένης φησὶ, τρισμύριοι δὲ μισθοφόροι. πόσου δ' εἶχον οὗτοι τόπου χρείαν εὐχερὲς καταμαθεῖν. Πλεῖστον*[4]) *μὲν γὰρ ἱππέων τάττεται βάθος ἐπ' ὀκτὼ πρὸς ἀληθινὴν χρείαν, καὶ μεταξὺ τῶν ἰλῶν ἑκάστης συνυπάρχειν*[5]) *δεῖ διάστημα τοῖς μετώποις πρὸς τὸ ταῖς ἐπιστροφαῖς δύνασθαι καὶ τοῖς περισπασμοῖς εὐχρηστεῖν. ἐξ ὧν τὸ στάδιον ὀκτακοσίους λαμβάνει, τὰ δὲ δέκα τοὺς ὀκτακισχιλίους, τὰ δὲ τέτταρα τρισχιλίους διακοσίους· ὥστ' ἀπὸ τῶν μυρίων χιλίων διακοσίων πεπληρῶσθαι τὸν τῶν τεσσαρεσκαίδεκα*

---

1) *Λόφους*] Sic Casaubonus correxit librorum scripturam *λόβους*. Qua in correctione haerens nescio quo iure Schweighaeuserus *ὄχθας* scribendum suspicatus sit. Sic sane Arrian. 2. 10, 1. *ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ταῖς ὄχθαις πολλαχῇ μὲν ἀποκρήμνοις οὔσαις.* W.

2) *Ἐχομένους τούτοις*] Haec habent libri omnes, suspecta cum propter antecedens *ἑξῆς τούτοις*, tum propter dativum *τούτοις* cum *ἔχεσθαι* iunctum delenda censuit Reiskius. Sed recte dici posse *ἐχομένους τούτοις* exemplis docuit Graserus advers. Plat. p. 89. (cf. H. Sauppii epist. crit. ad G. Hermann. p. 16.): itaque non erat cur *ἐχομένους τούτων* corrigeret Schweighaeuserus. At sane molesta sunt haec verba glossamque olent; nisi *δὲ* part ex eo quem tenet loco post *τοὺς* ante *τούτοις* transponenda, ut *ἐχ. τούτοις* ad sequentia referenda sint. W.

3) Explicat Arrian. 2. 7, 5 *Δαρεῖος δὲ, ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ὡς ἐς μάχην, τῶν μὲν ἱππέων διαβιβάζει πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Πινάρου ἐς τρισμυρίους μάλιστα τὸν ἀριθμὸν καὶ μετὰ τούτων τῶν πεζῶν ἐς δισμυρίους, ὅπως τὴν λοιπὴν δύναμιν καθ' ἡσυχίαν συντάξειε.* Cf. §. 10. et Q. Curt. 3, 8. W.

4) *Πλεῖστον*] *πλείστων* codd. et edd., correxit Schweighaeuserus, et ante iam emendaverat Scaliger. W.

5) *Συνυπάρχειν*] Bene Schweighaeuserus coniecit scribendum esse *ἴσον ὑπάρχειν*. W.

σταδίων τόπον. ἐὰν δὲ πάντας ἐκτάττῃ τοὺς τρισμυρίους, βραχὺ λείπει τοῦ τριφαλαγγίαν ἐπάλληλον εἶναι τῶν ἱππέων αὐτῶν. Εἰς ποῖον οὖν τόπον ἐτάττετο τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος, εἰ μὴ νὴ Δία κατόπιν τῶν ἱππέων; ἀλλ' οὔ φησιν, ἀλλὰ συμπεπτωκέναι τούτοις τοῖς Μακεδόσι κατὰ τὴν ἐπαγωγήν. ἐξ ὧν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὴν ἐκδοχήν, διότι τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ τόπου, τὸ παρὰ θάλατταν, ἡ τῶν ἱππέων ἐπεῖχε τάξις, τὸ δ' ἥμισυ, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν, ἡ τῶν μισθοφόρων. ἐκ δὲ τούτων εὐσυλλόγιστον, πόσον ὑπῆρχε τὸ βάθος τῶν ἱππέων καὶ ποῖον ἔδει τόπον ἀπέχειν τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς στρατοπεδείας. Μετὰ δὲ ταῦτα συνεγγιζόντων τῶν πολεμίων φησὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν κατὰ μέσην ὑπάρχοντα τὴν τάξιν καλεῖν τοὺς μισθοφόρους ἀπὸ τοῦ κέρατος πρὸς αὑτόν. πῶς δὲ λέγεται τοῦτο διαπορεῖν ἐστι. τῶν γὰρ μισθοφόρων ἀνάγκη καὶ τῶν ἱππέων τὴν συναφὴν κατὰ μέσον ὑπάρχειν τὸν τόπον, ὥστ' ἐν αὐτοῖς ὢν τοῖς μισθοφόροις ὁ Δαρεῖος ποῦ καὶ πρὸς τί καὶ πῶς ἐκάλει τοὺς μισθοφόρους; Τὸ δὲ τελευταῖόν φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἱππεῖς ἐπαγαγόντας ἐμβαλεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον, τοὺς δὲ γενναίως δεξαμένους ἀντεπάγειν καὶ ποιεῖν μάχην ἰσχυράν. ὅτι δὲ ποταμὸς ἦν ἐν μέσῳ, καὶ ποταμὸς οἷον ἀρτίως εἶπεν, ἐπελάθετο.[1])

(Cap. 19.) Τούτοις δ' ἐστὶ παραπλήσια τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον. φησὶ γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν πεζῶν μὲν ἔχοντα τέτταρας μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. μέλλοντι δ' εἰς Κιλικίαν ἐμβάλλειν ἄλλους ἐλθεῖν ἐκ Μακεδονίας, πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους.[2]) ἀφ' ὧν εἴ τις ἀφέλοι τρισχιλίους μὲν πεζούς, τριακοσίους δ' ἱππεῖς, ἐπὶ τὸ πλεῖον ποιῶν τὴν ἀπουσίαν πρὸς τὰς γεγενημένας χρείας, ὅμως πεζοὶ μὲν ἀπολειφθήσονται τετρακισμύριοι δισχίλιοι [ἱπ-

---

1) Male sane fecit Callisthenes, si in huius proelii descriptione Pinari fluvii non amplius mentionem fecit. Sed ipsum fluvium minime obstitisse quin in manus venirent docet Arrian. 2, 10: scilicet impetum Persae demum fecerunt postquam fluvium Macedones transgressi erant. W.

2) Cf. Ptolem. Fragm. IV et annot. ad h. l., ubi per memoriae errorem lapsi adscripsimus nescire nos, unde Droysenius habeat, quod Callisthenem narret Alexandro quadraginta millia peditum tribuisse. Huius igitur errati veniam a lectorum aequitate petitam volumus. Ceterum de Plutarchi loco (Vit. Alex. c. 15), quem minus recte Westermannus in hac operis sui parte usum esse negat historia Callisthenis (cf. Fragm. XV et XVI), quae huc spectant attulimus in annot. ad Ptolem. Fragm. IV. G.

πεῖς δὲ πεντακισχίλιοι].[1]) Τούτων οὖν ὑποκειμένων φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον πυθέσθαι τὴν Δαρείου παρουσίαν εἰς Κιλικίαν ἑκατὸν ἀπέχοντα σταδίους ἀπ' αὐτοῦ, διαπεπορευμένον ἤδη τὰ στενά. διόπερ ἐξ ὑποστροφῆς πάλιν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν διὰ τῶν στενῶν, ἄγοντα πρῶτον μὲν τὴν φάλαγγα, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, ἐπὶ πᾶσι τὸ σκευοφόρον. ἅμα δὲ τῷ πρῶτον εἰς τὰς εὐρυχωρίας ἐκπεσεῖν διασκευάζεσθαι παραγγείλαντα πᾶσιν ἐπιπαρεμβαλεῖν τὴν φάλαγγα καὶ ποιήσασθαι τὸ βάθος αὐτῆς ἐπὶ τριάκοντα καὶ δύο, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς ἑκκαίδεκα, τὸ δὲ τελευταῖον εἰσεγγίζοντα τοῖς πολεμίοις, εἰς ὀκτώ.[2]) Ταῦτα δ' ἐστὶ μείζω τῶν προειρημένων ἀλογήματα. τοῦ γὰρ σταδίου λαμβάνοντος ἄνδρας ἐν τοῖς πορευτικοῖς διαστήμασιν, ὅταν εἰς ἑκκαίδεκα[3]) τὸ βάθος ὦσι, χιλίους ἑξακοσίους, ἑκάστου τῶν ἀνδρῶν ἓξ πόδας ἐπέχοντος,[4]) φανερὸν ὅτι τὰ δέκα στάδια λήψεται μυρίους ἑξακισχιλίους, τὰ δὲ εἴκοσι τοὺς διπλασίους. ἐκ δὲ τούτων εὐθεώρητον ὅτι, καθ' ὃν καιρὸν ἐποίησε τὴν δύναμιν Ἀλέξανδρος ἑκκαίδεκα τὸ βάθος, ἀναγκαῖον ἦν εἴκοσι σταδίων ὑπάρχειν τὸ τοῦ τόπου διάστημα, καὶ περιττεύειν ἔτι τοὺς μὲν ἱππεῖς πάντας, τῶν δὲ πεζῶν μυρίους.

(Cap. 20.) Μετὰ δὲ ταῦτά φησι μετωπηδὸν ἄγειν τὴν δύναμιν ἀπέχοντα τῶν πολεμίων περὶ τετταράκοντα σταδίους. Τούτου δὲ μεῖζον ἀλόγημα δυσχερὲς ἐπινοῆσαι. ποῦ γὰρ ἂν εὕροι τις τοιούτους τόπους, ἄλλως τε καὶ κατὰ Κιλικίαν, ὥστε ἐπὶ σταδίους εἴκοσι μὲν τὸ πλάτος, τετταράκοντα δὲ τὸ μῆκος μετωπηδὸν ἄγειν φάλαγγα σαρισσοφό-

---

1) Haec excidisse vidit Reiskius, in textum recepit Schweighaeuserus. W.

2) Arrian. 2. 8, 2. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω κατῄει ἀπὸ τῶν πυλῶν κατὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἕως μὲν πάντῃ στενόπορα ἦν τὰ χωρία, ἐπὶ κέρως ἦγεν, ὡς δὲ διεχώρει ἐς πλάτος, ἀνέπτυσσεν ἀεὶ τὸ κέρας ἐς φάλαγγα, ἄλλην καὶ ἄλλην τῶν ὁπλιτῶν τάξιν παράγων, τῇ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ ὄρος, ἐν ἀριστερᾷ δὲ ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. adde §. 9. W.

3) Ἑκκαίδεκα] Sic cum Alexandro et Scaligero Schweighaeuserus pro eo quod in libris est, ὀκτωκαίδεκα. Stadium enim erat pedum 600: itaque si stadium capit viros 1600, quorum unus quisque occupat 6 pedes, sequitur ut altitudo sit virorum 16. W.

4) Ἐπέχοντος] Hoc modo librorum ἀπέχοντος (certe debebat esse τῶν ἀνδρῶν ἓξ πόδας ἀπεχόντων ἀλλήλων) sine dubio recte cum Casaubono et Scaligero correxit Schweighaeuserus, qui et de usu voc. ἐπέχειν conferri iubet Polyb. 3. 37, 6; 15. 12, 7. W.

ρον;[1]) τοσαῦτα γάρ ἐστιν ἐμπόδια πρὸς τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ χρείαν, ἅ τις οὐδ' ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως· ἐκ δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καλλισθένους λεγομένων ἱκανὸν ὑπάρχει[2]) πρὸς πίστιν· τοὺς γὰρ ἀπὸ τῶν ὀρῶν χειμάῤῥους καταφερομένους τοσαῦτά φησι ποιεῖν ἐκρήγματα κατὰ τὸ πεδίον, ὥστε καὶ τῶν Περσῶν κατὰ τὴν φυγὴν διαφθαρῆναι λέγουσι τοὺς πλείστους ἐν τοῖς τοιούτοις κοιλώμασι. Νὴ Δί', ἀλλ' ἕτοιμος ἐβούλετ' εἶναι πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. Τί δ' ἀνετοιμότερον φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεστραμμένης; πόσῳ γὰρ ἐκ πορευτικῆς ἀγωγῆς ἁρμοζούσης παρατάξαι ῥᾴδιον ἢ διαλελυμένην ἐν μετώπῳ καὶ διεσπασμένην δύναμιν ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν ἀναγαγεῖν καὶ συστῆσαι πρὸς μάχην ἐν τόποις ὑλώδεσι καὶ περικεκλασμένοις; Διόπερ οὐδὲ παρὰ μικρὸν ἦν κρεῖττον ἄγειν διφαλαγγίαν ἢ τετραφαλαγγίαν ἁρμόζουσαν, εἰ καὶ τόπον πρὸς πορείαν[3]) εὑρεῖν οὐκ ἀδύνατον, καὶ τὸ παρατάξαι ταχέως ῥᾴδιόν γε δυνάμενον διὰ τῶν προδρόμων ἐκ πολλοῦ γινώσκειν τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν. Ὁ δὲ χωρὶς τῶν ἄλλων οὐδὲ τοὺς ἱππεῖς προέθετο μετωπηδὸν ἄγων τὴν δύναμιν ἐν τόποις ἐπιπέδοις, ἀλλ' ἐξ ἴσου ποιεῖ τοῖς πεζοῖς.

(Cap. 21.) Τὸ δὲ δὴ πάντων μέγιστον· ἤδη γὰρ σύνεγγυς ὄντα τοῖς πολεμίοις αὐτὸν εἰς ὀκτὼ ποιῆσαί φησι τὸ βάθος. ἐξ οὗ δῆλον ὅτι κατ' ἀνάγκην ἐπὶ τετταράκοντα σταδίους ἔδει γενέσθαι τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος. εἰ δ' ὅλως συνήσπισαν κατὰ τὸν ποιητὴν[4]) οὕτως ὥστε συνερεῖσαι πρὸς ἀλλήλους, ὅμως εἴκοσι σταδίων ἔδει τὸν τόπον ὑπάρχειν. αὐτὸς δέ φησι λείπειν[5]) τῶν δεκατεσσάρων σταδίων. καὶ

---

1) Polyb. 18. 14, 7. διότι δ' εὑρεῖν τόπους ποτὲ μὲν ἐπὶ σταδίους εἴκοσι, ποτὲ δὲ καὶ πλείους, ἐν οἷς μηδέν τι τοιοῦτον ὑπάρχει (sc. οἷον τάφροι, ἐκρήγματα, συναγκεῖαι, ὀφρῦς, ῥεῖθρα ποταμῶν, §. 5.), σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀδύνατόν ἐστιν, εἰ δὲ μή γε τελέως σπάνιον. De Cilicia vid. Strab. 14. p. 668. cf. Ste Croix exam. crit. p. 256, 2. W.

2) Ἱκανὸν ὑπάρχει] Supervacanea est quae Schweighaeusero placuit Reiskii coniectura ἱκανὸν ἓν ὑπάρχει. W.

3) Τόπον πρὸς πορείαν] Sic cum Schweighaeusero scripsi ex emendatione Casauboni: libri τοποπορίας et τοποπορείας. W.

4) Hom. Iliad. 13, 131 sq.

ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ,
ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι etc.

Quibus versibus utitur ipse quoque Polybius 18. 12, 6. W.

5) Sed cap. 17, 4. εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω τῶν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων. W.

τούτου μέρος μέν τι πρὸς θαλάττῃ * * [1]) τοὺς ἡμίσεας ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ· ἔτι δὲ τὴν ὅλην τάξιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἱκανὸν τόπον ἀφεστάναι πρὸς τὸ μὴ τοῖς πολεμίοις ὑποπεπτωκέναι τοῖς κατέχουσι τὰς παρωρείας. ἴσμεν γὰρ ὃ ποιεῖ πρὸς τούτους ἐπικάμπιον.[2]) ὑπολειπόμεθα καὶ νῦν ἡμεῖς τοὺς μυρίους πεζοὺς πλείους ὄντας τῆς ἐκείνου προθέσεως.[3]) ὥστ' ἐκ τούτων ἕνδεκα σταδίους ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀπολείπεσθαι τὸ τῆς φάλαγγος μῆκος κατ' αὐτὸν τὸν Καλλισθένην, ἐν οἷς ἀνάγκη τοὺς τρισμυρίους καὶ δισχιλίους ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος ὑπάρχειν συνησπικότας.[4]) ὁ δέ

---

1) Lacunam post Xylandrum notavit Casaubonus; nihil tamen subsidii praestare scriptos libros testis est Schweighaeuserus. Eiusdem haud inepta coniectura est, post σταδίων nonnulla excidisse et in reliquis nihil deesse nisi part. δὲ inter τοὺς et ἡμίσεας: ut eorum quae h. l. scripsit Polybius haec fere fuerit sententia: ex eisdem 14 stadiis, quae erat tota loci latitudo, fere tria etiam stadia occupasse equitatum (τὸ ἱππικόν), cuius pars altera (καὶ τούτου μέρος μέν τι) a mari, i. e. ad latus sinistrum positum, altera pars a dextro latere erant locati. Ceterum de equitatu Macedonum vid. Arrian. 2. 8, 9 et 9, 1. W.

2) Τὸ ἐπικάμπιον quod Callisthenes ait factum esse ab Alexandro, si contuleris quae Arrianus docet 2, 8 sq., intelliges hoc dici, quod in cornu dextro Alexandri pars aciei fuerit retrorsum inflexa, ita ut altera pars, nempe ea quae aequata fronte cum sinistro cornu stabat, aciem Darii respiceret, altera pars, ea quae retrorsum inflexa erat, respiceret montem illum, in quo partem suarum copiarum ita locaverat Darius, ut post tergum rectae aciei Alexandri produceretur Schweighaeuserus. Cf. inpr. Arrian. 2, 9, 2. τοὺς δὲ Ἀγριᾶνας, ὧν ἦρχεν Ἄτταλος, καὶ τῶν ἱππέων τινὰς καὶ τῶν τοξοτῶν ἐς ἐπικαμπὴν πρὸς τὸ ὄρος τὸ κατὰ νώτου ἔταξεν, ὥστε κατὰ τὸ δεξιὸν αὐτῷ τὴν φάλαγγα ἐς δύο κέρατα διέχουσαν τετάχθαι, τὸ μὲν ὡς πρὸς Δαρεῖόν τε καὶ τοὺς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοὺς πάντας Πέρσας, τὸ δὲ ὡς πρὸς τοὺς ἐπὶ τῷ ὄρει κατὰ νώτου σφῶν τεταγμένους. W.

3) Quanquam hic maior est numerus quam ratio eius postulat, i. e. maior quam requiritur pro eis quae in montibus collocatae erant Darii copiis; quae quam parum valuerint docet Arrian. 2. 9, 4. Quos autem reliquit auctor 10000, iidem sunt quos c. 19, 9 dixerat excedere ipsas Callisthenis rationes. W.

4) Hic aperte Polybium, ut intellexit Schweighaeuserus, studio reprehendendi Callisthenis abreptum ratio fefellit. Scilicet supra c. 19. sermo erat de πορευτικοῖς διαστήμασιν, i. e. intervallis ad iter faciendum accommodatis, nunc vero auctor loquitur de συνασπισμῷ, i. e. acie ad pugnandum instructa exercituque consertis clypeis constipato. Rem conficit quod ait Polyb. 18. 12, 2.

φησιν εἰς ὀκτὼ τεταγμένων γενέσθαι τὴν μάχην. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἁμαρτημάτων οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται· τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν πράγμασιν[1] * * αὐτόθεν ἔχει τὴν πίστιν. διόπερ ὅταν καὶ τὰ κατ' ἄνδρα διαστήματα καὶ τὸ πᾶν τοῦ τόπου μέγεθος ὡρισμένοι ὑποθῶσι καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν, ἀναπολόγητον γίγνεται τὸ ψεῦδος.

(Cap. 22.) Τὰ μὲν γὰρ ἅμα τούτοις ἀλογήματα μακρὸν ἂν εἴη λέγειν πάντα πλὴν τελέως ὀλίγων. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον σπουδάζειν κατὰ τὴν τάξιν, ἵνα κατὰ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν ποιήσηται τὴν μάχην. ὁμοίως δὲ κατὰ μὲν ἀρχὰς καὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν βούλεσθαι κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον, ὕστερον δὲ μετανοῆσαι. πῶς δ' ἐπέγνωσαν ἀλλήλους οὗτοι, ποῦ τῆς ἰδίας δυνάμεως ἔχουσι τὴν τάξιν,[2] ἢ ποῦ μετέβη πάλιν ὁ Δαρεῖος, ἁπλῶς οὐδὲν λέγεται. πῶς δὲ προσανέβη πρὸς τὴν ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ φαλαγγιτῶν τάξις ἀπότομον οὖσαν καὶ βατώδη; καὶ γὰρ τοῦτο παρὰ λόγον.[3] Ἀλεξάνδρῳ μὲν οὖν οὐκ ἐποιστέον τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν ὁμολογουμένην, παραλαμβάνοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν καὶ τριβὴν ἐκ παιδός, τῷ δὲ συγ-

---

ὁ μὲν ἀνὴρ ἵσταται σὺν τοῖς ὅπλοις ἐν τρισὶ ποσὶ κατὰ τὰς ἐναγωνίους πυκνώσεις. Trium igitur tantum pedum spatium uno quoque viro occupante frons undecim stadiorum non triginta, sed fere quindecim tantum ordinum altitudinem efficit. W.

1) Casaubonus pro ἀδύνατον interpretatus est δυνατόν. Ego vero cum Schweighaeusero, qui et ἔχει in ἀθετεῖ mutandum suspicatus est, lacunae signum posui. Sed idem fortasse ponendum statim post ἀδύνατον, ut omissio nata sit, id quod saepe numero factum est, ex homoeoteleuto, sic: τὸ γὰρ ἀδύνατον * * [τὸ δὲ δυνατὸν] ἐν πράγμασιν αὐτόθεν ἔχει τὴν πίστιν. Aut nihil aliud excidit quam καὶ τὸ δυνατόν. W.

2) Arrian. 2. 8, 11. αὐτὸς δὲ Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τετάχθαι. καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου ἀναγέγραφεν (Cyrop. 8. 5, 8). Cf. supr. c. 18, 9. et Q. Curt. 3, 11. Immo ipsos in manus venisse Alexandrum et Darium Chares tradidit. Vid. Plut. Alex c. 20. (Cf. Lib VIII. c. II. Fr. I.) Nec abs re est conferre musivum Pompeianum in Kunstblatt a. 1832. nr. 100 sqq. W.

3) Quod quamvis incredibile Polybio videatur, factum est tamen, neque probandum iudicium auctoris ob facti insolentiam eiusdem testi fidem derogantis. Vid. Arrian. 2, 10. παρὰ λόγον Reiskius restituit pro vulg. παρ' ὀλίγον, idem in seqq. παραλαμβάνοντας pro eo quod est in codd. παραλαμβάνεται et παραλαμβάνεσθαι (Casaub. ὁμολογούμενον ὄν, παραλαμβάνεσθαι παρ' αὐτοῦ), qui accusativus aptus est ex οὐκ ἐποιστέον (h. e. οὐ δεῖ ἐπιφέρειν). W.

γραφεῖ μᾶλλον, ὃς διὰ τὴν ἀπειρίαν οὐδὲ τὸ δυνατὸν ἐν τοῖς τοιούτοις δύναται διευκρινεῖν. περὶ μὲν οὖν Ἐφόρου καὶ Καλλισθένους ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω.

„Locus criminationum plenus gravissimarum non sine acerbitate neque eodem omnium iure in Callisthenem coniectarum, sed ita tamen comparatarum, ut appareat, rei susceptae illum parem ex omni parte non fuisse, nec negligentiae certe, si non inscitiae, suspicio ab eo removeri possit. Cf. Ste Croix exam. crit. p. 253 sqq. De ipsa pugna ad Issum omnium optime secundum Ptolemaeum et Aristobulum exposuit Arrianus 2, 7—11, reliquorum praestat paullum Q. Curtius 3, 8—11, rhetorem agit Diodorus Sic. 17, 33—35, paucissimis transigit Plutarchus Alex. c. 20. Tu cf. Droysen Gesch. Alex. p. 160 sqq. Pugnatum est ad Issum teste Arriano 2. 11, 10. mense Maemacterione Ol. 111, 4, Novemb. a. 333. Quare fragmenta ista sine dubio ad alterum Persicorum librum pertinent. De singulis dictum est in annotatione." Westerm. Ceterum de hac pugna cf. Lib. I. c. II. Fr. V. Lib. V. c. II. Fr. III. Lib. VIII. c. II. Fr. I.

FRAGM. XIV. (44. W.)

(Aristot.) mirab. auscult. C. 132. (144.)

De palmarum (φοινίκων) nominis origine.

Ἐν μιᾷ τῶν Αἰόλου προσαγορευομένων νήσων πλῆθός τί φασι γενέσθαι φοινίκων, ὅθεν καὶ Φοινικώδη καλεῖσθαι. οὐκ ἂν οὖν εἴη τὸ λεγόμενον ὑπὸ Καλλισθένους ἀληθές, ὅτι ἀπὸ Φοινίκων τῆς Συρίας τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων τὸ φυτὸν ἔλαβε τὴν προσηγορίαν.

Etiam invito Westermanno (l. c. P. I. p. 22) hoc fragmentum ad Callisthenis Persica referre non dubitavimus, praesertim quum reliquos suppares Alexandri M. rerum auctores tantum non omnes quae de Asiae arboribus, herbis, plantis memoratu digna viderentur, data opera commentariis suis passim intexuisse vidimus. Quare quod singularem quendam de plantis (περὶ φυτῶν) librum a Callisthene scriptum esse opinatur Westermannus, eodem id iure de Aristobulo, Onesicrito, Nearcho, Clitarcho statui possit. Itaque recte quidem Westermannus l. c. annotat: „nec absurdum est eundem (Olynthium) credere significari ab Epiphanio adv. haeres. I, 3, qui inter scriptores de natura atque vi plantarum Callisthenem quoque nominat, id quod Plinius confirmat, qui quae de plantis Asiae habet (N. H. XII, c. 5 sqq. et lib. XIII.) in horum librorum indice ipse partim ex Callisthene hausta

esse confitetur": haec omnia tamen sive ad Persica sive ad alios Callisthenis libros historicos pertinere ex iisque deprompta esse existimamus, singulari certe scriptione tractata negamus, quandoquidem id potissimum in rebus scribendis operam dabant huius aetatis scriptores, ut argumenta historica variis huius generis additamentis augerent atque ornarent. Cf. Prolegomena.

FRAGM. XV. (23 b. W.)

Steph. Byz. s. v. *Χαλκεῖα.*

De Chalceis, Libyae metallis.

Χαλκεῖα· πόλις Λιβύης. ὁ Πολυίστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ καὶ Καλλισθένης, ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ ὧδε γράφει· ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων· οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα —.

„Scripsi *καὶ Καλλισθένης* pro *ὡς Δημοσθένης*, quod legitur in libris omnibus. Demosthenem quidem Schweighaeuserus in annot. ad Polyb. t. 7. p. 73. censet intelligendum eum, cuius *κτίσεις* laudat Steph. s. v. *Ὀλιζών*, qui num idem sit atque scriptor *Βιθυνιακῶν* incertum esse. Verum de Bithyni quoque Demosthenis aetate non liquet, certe incerta admodum Meinekii coniectura est (Euphor. fragm. p. 31), hunc Euphorionis fere aequalem fuisse. Deinde vero obstat maxime Polybii aetas, quin veram scripturam putemus esse *ὡς Δημοσθένης.* Scilicet Alexander Polyhistor — hic enim est *ὁ Πολυίστωρ*, cuius Libyca saepe numero laudat Stephanus — sexaginta fere annis minor erat Polybio. Ergo quid ille dixisset compertum habere nullo modo potuit Polybius, nedum ut ex alio rursus scriptore demum didicerit. Quare hoc certe quivis dabit, part. *ὡς* in *καὶ* mutandam esse, quarum particularum perpetuam in libris confusionem esse docet peritus harum rerum iudex Schaeferus in appar. crit. ad Demosth. 1. p. 215. 2. p. 253. Demostheni autem nescio cui Callisthenem substituendem esse cum suadent, quas modo tractavimus, eiusdem libri Polybiani duodecimi reliquiae, tum quod dicit Polybius *ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων*, quae sic dicta sunt aperte, ut intelligas, non uno nomine vel in transcursu quasi data occasione hominem imperitum perstringi, sed plures eiusdem errores ex ordine recenseri; id quod in scriptorem pene ignotum, qualis erat Demosthenes ille, minime, in nobilissimum, qualis Callisthenes, cadit optime. Cf. quae P. I. p. 19. (p. 213.) de nomine Callisthenis cum aliis cognatis

nominibus in libris manu scriptis saepe confuso dixi, quibus adde nunc Callixenum ap. Plin. hist. nat. 36. 9, 67." W. At vero nos veremur, ne frustra hoc fragmentum Callistheni vindicare conatus sit Westermannus, quum referendum potius nobis videatur ad Timosthenem Rhodium, cuius *σταδιασμός* i. e. dimensio terrae per stadia saepius citatur apud Stephanum (s. vv. *Ἀλεξάνδρεια*, *Ἀρτάκη*, *Ἀκία*, *Ἀγάθη*), praesertim quum identidem *Τιμοσθένης* et *Δημοσθένης* male a librariis sint inter se permutati, id quod cadere in Schol. Apoll. II, 297. 532. IV, 1712 ipse recte vidit Westermannus. Cf. Voss. de Hist. Gr. I. c. 17. p. 148.

FRAGM. XVI. (24 W.)

a) Plut. Vit. Alex. c. 27. b) Strab. l. XVII. t. VI. p. 589 sqq. (813 Cas.)

De Alexandri ad Ammonium itinere non sine numine facto atque de Ammonis Branchidarumque oraculo.

a) *Ἐν γοῦν τῇ τότε (εἰς Ἄμμωνος) πορείᾳ τὰ συντυχόντα ταῖς ἀπορίαις παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθήματα τῶν ὑστέρων χρησμῶν ἐπιστεύθη μᾶλλον· τρόπον δέ τινα καὶ τοῖς χρησμοῖς ἡ πίστις ἐκ τούτων ὑπῆρξε. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ Διὸς ὕδωρ πολὺ καὶ διαρκεῖς ὑετοὶ γενόμενοι τόν τε τῆς δίψης φόβον ἔλυσαν καὶ τὴν ξηρότητα κατασβέσαντες τῆς ἄμμου, νοτερᾶς γενομένης καὶ πρὸς αὑτὴν ξυμπεσούσης, εὔπνουν τὸν ἀέρα καὶ καθαρώτερον παρέσχον. Ἔπειτα τῶν ὅρων, οἵπερ ἦσαν τοῖς ὁδηγοῖς, συγχυθέντων καὶ πλάνης οὔσης καὶ διασπασμοῦ τῶν βαδιζόντων διὰ τὴν ἄγνοιαν, κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας, ἑπομένων μὲν ἔμπροσθεν πετόμενοι καὶ σπεύδοντες, ὑστεροῦντας δὲ καὶ βραδύνοντας ἀναμένοντες· ὃ δὲ ἦν θαυμασιώτατον, ὥς Καλλισθένης φησὶ, ταῖς φωναῖς ἀνακαλοῦμενοι τοὺς πλανωμένους νύκτωρ καὶ κλάζοντες εἰς ἴχνος καθίστασαν τῆς πορείας. Ἐπεὶ δὲ διεξελθὼν τὴν ἔρημον ἧκεν εἰς τὸν τόπον, ὁ μὲν προφήτης αὐτὸν ὁ Ἄμμωνος ἀπὸ τοῦ θεοῦ χαίρειν, ὡς ἀπὸ πατρὸς, προσεῖπεν· ὁ δὲ ἐπήρετο, μή τις αὐτὸν εἴη διαπεφευγὼς τῶν τοῦ πατρὸς φονέων. Εὐφημεῖν δὲ τοῦ προφήτου κελεύσαντος, οὐ γὰρ εἶναι πατέρα θνητὸν αὐτῷ, μεταβαλὼν ἐπυνθάνετο, τοὺς Φιλίππου φονεῖς εἰ πάντας εἴη τετιμωρημένος· εἶτα περὶ τῆς ἀρχῆς, εἰ πάντων αὐτῷ δίδωσιν ἀνθρώπων κυρίῳ γενέσθαι. Χρήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦτο διδόναι καὶ Φίλιππον*

ἀπέχειν ἔκπλεω τὴν δίκην, ἐδωρεῖτο τὸν θεὸν ἀναθήμασι λαμπροῖς καὶ χρήμασι τοὺς ἀνθρώπους. Ταῦτα περὶ τῶν χρησμῶν οἱ πλεῖστοι γράφουσιν.

b) Τὸ ἐν Ἄμμωνι σχεδόν τι ἐκλέλειπται χρηστήριον, πρότερον δὲ ἐτετίμητο. δηλοῦσι δὲ μάλιστα τοῦτο οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγράψαντες, προστιθέντες μὲν πολὺ καὶ τὸ τῆς κολακείας εἶδος, ἐμφαίνοντες δ' ὅ τι καὶ πίστεως ἄξιον. ὁ γοῦν Καλλισθένης φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα, ἀνελθεῖν δὲ ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσέα ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλέα· ὁρμήσαντα δ' ἐκ Παραιτονίου καίπερ νότων ἐπιπεσόντων βιάσασθαι, πλανώμενον δ' ὑπὸ τοῦ κονιορτοῦ σωθῆναι γενομένων ὄμβρων καὶ δυοῖν κοράκων ἡγησαμένων τὴν ὁδὸν, ἤδη τούτων κολακευτικῶς λεγομένων. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· μόνῳ γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεὼν μετὰ τῆς συνήθους στολῆς, τοὺς δ' ἄλλους μετενδύναι τὴν ἐσθῆτα, ἔξωθέν τε τῆς θεμιστείας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν εἶναι, οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλέον, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ,

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,

τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκρινομένου· τοῦτο μέντοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός. προστραγῳδεῖ δὲ τούτοις ὁ Καλλισθένης, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον ἐκλελοιπότος, ἐξ ὅτου τὸ ἱερὸν ὑπὸ τῶν Βραγχίδων σεσύλητο ἐπὶ Ξέρξου περσισάντων, ἐκλελοιπυίας δὲ καὶ τῆς κρήνης, τότε ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι καὶ μαντεῖα πολλὰ οἱ Μιλησίων πρέσβεις κομισθέντες εἰς Μέμφιν περὶ τῆς ἐκ Διὸς γενέσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς ἐσομένης περὶ Ἄρβηλα νίκης καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι νεωτερισμῶν. περὶ δὲ τῆς εὐγενείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν· καὶ γὰρ ταύτην ὁμοίαν γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ. τὰ μὲν δὴ τῶν συγγραφέων τοιαῦτα.

„Alexandri ad Ammonis templum per Libyae deserta iter (quod incidit ol. 112, 1. 331) tam fuit periculosum, ut non sine divini numinis auxilio factum esse posse videretur. Itaque res immanis ac prodigiosa prodigia demum et miracula peperit. Quis ea invenerit, nemo facile dicat; sed in vulgo quum sit maior ad credendum quam ad inveniendum propensio, fabulam istam de corvis viam monstrantibus crediderim commentum esse aut ipsum Alexandrum (id quod vix crediderim. G.) aut adulatores eius et amicos; quippe tantis in periculis plurimum

intererat Alexandri ut praesens esse divinum numen milites crederent, ac sic demum et res suae maiorem splendorem et oracula mox edenda maiorem apud homines credulos fidem videbantur esse habitura. Quod utut erat, rumor adflavit, serpsit, volitavit per ora militum; nemo viderat, sed crediderunt omnes, brevique miraculi commentum penitus in animos sese insinuavit, adeo ut ne prudentiores quidem de rei veritate dubitarent; quanquam quosdam suspicor fidem simulasse, ne quid de splendore factorum Alexandri temere detrahere velle viderentur. Itaque narratio ista de corvis per omnes sparsa est historias. Repetierunt Diodorus Sic. 17, 49, Plutarchus l. c., Arrianus 3. 3, 3 sq., Q. Curtius 4, 7, Eudocia p. 48. Prae ceteris autem Callisthenem prodigium illud exornavisse atque exaggeravisse docent quae ex eius historia excerpsit l. l. Plutarchus. Cum his paullum discrepant quae Ptolemaeus Lagi memoriae tradidit. Cf. Lib. I. C. II. Fragm. VII. et ann. ad h. l.

Ad alteram loci Strabonis partem quod attinet, qua de ipso oraculo sermo est, conferenda sunt quae habet Plutarchus l. c. Homeri locus est Iliad. 1, 528. Animum vero Callistheneum spirant quae sequuntur de Branchidarum oraculo: quam diligens enim Callisthenes huius divinarum rerum generis perscrutator fuerit, ex frequenti eius commemoratione in tanta maxime reliquiarum paucitate intelligitur (vid. Hellenic. fr. 2. 13. 19): ut vix ullum fuisse videatur oraculum, cuius ille mentionem in libris suis non fecisset. De quo oraculo prope Miletum sito et Apollini Didymaeo sacro tam copiose atque erudite exposuit nuper rerum Milesiarum enarrator diligentissimus W. G. Soldan (das Orakel der Branchiden, in Zeitschr. f. d. Alt. Wiss. 1841. nr. 66—70.), ut mihi certe quod addam nihil reliquum factum sit. Unum est tamen quod, quoniam spectat ad Callisthenem, silentio praeterire nequeo. Scilicet quod de Branchidarum colonia a Xerxe in Sogdianam deducta, deinde ab Alexandro eversa breviter narrant Strabo 11. p. 518. 14. p. 634 et Plutarch. d. ser. num. vind. c. 12. p. 557 B, copiosius Aelianus, ut videtur, in libro de providentia apud Suid. s. v. *Βραγχίδαι* et Q. Curtius 7, 5, Callistheni et Onesicrito, quibus in Sogdiana describenda Strabo usus sit, atque Clitarcho (cf. supra p. 156) deberi visum est Soldano (cf. Ste-Croix exam. crit. p. 331 sq. et G. F. C. Menn melet. histor. p. 59 sq., qui quem Diodori locum huc spectare credat extricare non potui). Rem illi narrant sic: Xerxem ex Graecia redeuntem (a. 479.) Didymaeum compilasse atque evertisse adiuvantibus Branchidis, hos ipsos metu Milesiorum et rege invitante patrias sedes reliquisse et novas in Sogdiana acce-

pisse, denique ab Alexandro, ubi in istas regiones pervenisset, Branchidarum gentem veteri Milesiorum odio esse proditam, urbem dirutam, ipsos ad unum trucidatos. At hoc vehementer cum eo pugnat quod tradit testis fide dignissimus Herodotus 6, 19, Didymaeum iam a. 494. a Dario rege combustum atque compilatum esse; nec facile cuiquam persuaserit O. Muellerus (Kunstblatt 1821. nr. 16.); tam exiguo temporis spatio bis factum esse, quod ubi semel factum erat, ad minimum saeculo opus erat ac diuturna pace ad pristinum templi splendorem instaurandum recuperandasque divitias amissas. Quare erratum esse ab Alexandri historiae scriptoribus persuasum est: ipsa vero coloniae e Branchidis per Xerxem in Sogdianam deductio, quam probabiliter explicat Soldanus p. 573, eiusque per Alexandrum eversio, de qua ipsi qui interfuerant et viderant sermonem instituerunt, licet de ea re apud Arrianum altum sit silentium, in dubium vocari plane nequit. Iam Onesicritum et id genus scriptores in hunc errorem incidisse non mirandum est. Ventum est ad coloniam Branchidarum, recrudescit subito vetus odium Milesiorum, redit memoria sacrilegii a rege Persarum olim perpetrati foedaeque proditionis atque secessionis Branchidarum, diruitur urbs, caeduntur incolae: — quid mirum, quaeso, si homines rerum antiquarum plerumque incuriosi, praesertim tam turbulentis temporibus tamque in remotis regionibus, ubi nec otium erat nec occasio in rem vetustam eamque ne suspectam quidem accuratius inquirendi, sed incertis potius rumoribus, fallaci memoria, propria coniectura ducti, quum regis Persarum mentio iniecta esset, Xerxem, notissimum Graecorum templorum eversorem, qui et ipse coloniam illam in Sogdianam deduxisset, pro Dario tanquam facinoris istius auctorem venditarunt. Turpior aliquanto sane idem error est in Callisthene, Aristotelis discipulo, viro historiae scribendae haud mediocriter perito, praesertim quum ille de hac re crebris sine dubio tum sermonibus agitata per ipsos Milesios, quos illo tempore ad Alexandrum venisse narrat, certior fieri potuisset. Idem num de eversione quoque coloniae Branchidarum verba fecerit, quamvis ea aliquanto ante ipsius mortem incidisset, in controversia relinquendum est, quoniam quousque historiam Alexandri perduxerit non liquet. Cf. C. I. p. 220. Sin fecerit, quo modo fecerit docet Plut. l. l. *καὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὐδὲ οἱ πάνυ φιλοῦντες ἐπαινοῦσι τὸ Βραγχιδῶν ἄστυ συγχέαντα καὶ διαφθείραντα πᾶσαν ἡλικίαν διὰ τὴν γενομένην τοῦ περὶ Μίλητον ἱεροῦ προδοσίαν ὑπὸ τῶν προπάππων αὐτῶν.* Sed totum illum locum, de quo agimus, aperte post pugnam ad Arbela demum scripsit; absurdum enim est credere, oraculi Didymaei

17 *

sacerdotem afflatu tam divino inspirari potuisse, ut talia praevideret ac praediceret, qualia sunt pugna ad Arbela, mors Darii, defectio Lacedaemoniorum. — Ad singula quod attinet, refertum est templum Didymaeum c. Olymp. 100 (cf. Soldan. p. 574): fontem sacrum, cuius halitu sacerdos inspirata credebatur, commemorant etiam Paus. 5. 7, 3 et Iamblich. d. myst. p. 64 sq. (cf. Soldan. p. 578): Lacedaemoniorum defectio in idem tempus incidit, quo ad Arbela pugnatum est, vid. Plut. Ages. 15. Denique de Milesiorum legatis apud reliquos scriptores silentium est; breviter Arrian. 3. 5, 1. εἰς Μέμφιν δὲ αὐτῷ πρεσβεῖαι πολλαὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἧκον. cf. Q. Curt. 4, 8. Sed in ipsis Strabonis verbis latet vitium; deest enim verbum quo referatur κομισθέντες, velut ἥκοιεν, nisi cum Casaubono κομίσαιεν scribendum. Sub finem pro vulg. φησὶν ex codd. Mosq. Medic. 4. et Ven. 1. dedi φασίν: extrema enim verba non item Callistheni deberi videntur." Westerm. Nos autem quum haec quoque Callistheni tribuenda putemus, vulgatam retinuimus.

FRAGM. XVII. (25 et 26. W.)

a) Plut. Vit. Alex. c. 33. b) Ibid.

De pugna ad Arbelam commissa.

a) Τότε δὲ τοῖς Θετταλοῖς πλεῖστα διαλεχθεὶς καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἐπέῤῥωσαν αὐτὸν βοῶντες ἄγειν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, τὸ ξυστὸν εἰς τὴν ἀριστερὰν μεταβαλὼν τῇ δεξιᾷ παρεκάλει τοὺς θεούς, ὡς Καλλισθένης φησίν, ἐπευχόμενος, εἴπερ ὄντως Διόθεν ἐστὶ γεγονώς, ἀμῦναι καὶ συνεπιῤῥῶσαι τοὺς Ἕλληνας.

b) Ὅλως γὰρ αἰτιῶνται Παρμενίωνα κατ' ἐκείνην τὴν μάχην νωθρὸν γενέσθαι καὶ δύσεργον, εἴτε τοῦ γήρως ἤδη τι παραλύοντος τῆς τόλμης, εἴτε τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸν ὄγκον, ὡς Καλλισθένης φησί, τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως βαρυνόμενον καὶ προσφθονοῦντα.

„Utrumque fragmentum pertinet ad pugnam ad Arbela commissam Ol. 112, 2 mense Pyanepsione, Octobris die 1. a. 331 (undecim diebus post lunae defectionem, quae accidit d. 20. Sept., Plut. Alex. c. 31, Arrian. 3. 15, 7). (Cf. Aristob. Fragm. XI et XII. et ann. ad h. l.) De Parmenione vid. Arrian. 3. 15, 1. Diod. Sic. 17, 60. Q. Curt. 4, 15." Westerm. Ex priori loco satis apparet, data opera Callisthenem ad divinam Alexandri originem ubique respexisse. Etenim revera talia ab Alexandro dicta esse quis crediderit!

FRAGM. XVIII. (30. W.)

Strab. l. XI. t. IV. p. 594. (531 Cas.)

De Araxe flumine.

Οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος περὶ τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ ἔχει τι πιθανὸν, ὁ δὲ Ἡροδότειος οὐ πάνυ. φησὶ γὰρ ἐκ Ματιηνῶν αὐτὸν ῥέοντα εἰς τετταράκοντα ποταμοὺς σχίζεσθαι, μερίζειν δὲ Σκύθας καὶ Βακτριανούς. Καὶ Καλλισθένης δὲ ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Diu multumque se dubitasse ait Westermannus ad h. l. quo haec referret. Spectare enim primum visa esse ad Persica; sed ad Araxem usque, qui in Armenia maiore ortus in Cyrum fluvium et hinc in mare Caspium infundatur, non pervenisse Alexandrum. Dein allato loco Schol. Apoll. Rhod. II, 972 frustra conatur comprobare, non ad Persica sed ad Periplum istum hoc fragmentum pertinere. De qua viri doctissimi opinione quum in universum supra C. I. p. 214 sqq. satis dictum sit, hoc quidem loco annotasse sufficit, egregiam profecto, id quod ipse sensit Westermannus, Callistheni pro more suo digrediendi ad hoc flumen describendum occasionem oblatam esse eiusdem nominis flumine, quod ad Persepolin viderat, commemorando. Attigit vero Araxem etiam Medius Thessalus (Fragm. I.) et Curtius IV, 5 (21), 4: „transeundum esse Alexandro Euphraten Tigrimque et Araxen et Hydaspen, magna munimenta regni sui." (Cf. V, 4 (13), 7. 7 (23), 9. et VII, 3 (14), 19). Qui locus sive cum Mützellio de Persico sive cum Cellario de Armenico sive, id quod nobis quidem maxime probabile videtur,[1]) de ipso hoc Bactriano Araxe vel potius Iaxarte in-

---

1) Egregie enim huius quidem Araxis vel potius Iaxartis mentio ad Hydaspen quadrat iuxta Araxen hoc loco a Curtio appellatum, praesertim quum paulo post subsequantur: „Mediam, Hyrcaniam, Bactra et Indos, aceani occolas, quando aditurum?" De Hydaspe autem rectissime Mützellius ad h. l. annotat: „Da alle anderen Namen (praeter Choaspen et Idaspen, quas emendationes iure suo reiecit Mütz.), die hier in Betracht kommen können, sich noch mehr von den Schriftzügen entfernen, so muss man entweder annehmen, dass C den Namen (des Hydaspes) ohne weitere Ueberlegung oder genauere Kenntniss der Sache geschrieben habe, weil er ihm als der eines sehr fern liegenden asiatischen Flusses vorgeschwebt (cuius erroris plurima exempla afferuntur) oder dass C. mit Bewusstsein die falsche Angabe gebraucht und dem Darius die Absicht untergeschoben habe, den Alexander echt orientalisch durch Prahlereien zu schrecken." Alterutrum vero ponis, egregie item quadrabit in Iaxartem.

telligitur, satis docet, quam facile Callisthenes in Alexandri rebus conscribendis etiamsi prius substiterit quam ad illud Bactrianum flumen perventum est, ad eius mentionem faciendam delabi potuerit. Ceterum et Herodotum I, c. 202 et Callisthenem, qui eum sequutus est, Araxen hoc loco cum Iaxarte male confudisse, recte animadvertit Baehrius in ann. ad Hdt. l. c. De Persico Araxe (hodie Bend-Emir) Mützellius ad Curt. V, 13, 7 (p. 432) conferri iubet Strab. l. XV, p. 729 Cas. Ritter Erdk. VIII p. 866. 869. 767. Chardin Voy. T. II. p. 139. Adde Van der Chys comment. geogr. in Arr. Exp. Alex. III, c. 18 (p. 68). De Armenio haec annotat Van der Chys l. c. (VII, 16) p. 122: „Hodie dicitur Aras; illius descriptionem habet Ker-Porterus in Itiner. Anglice scripto Vol. I. p. 215 et Vol. II. p. 641. Denique de Iaxarte (hodie Syr dicto) cum Tanai saepius confuso cf. ann. ad Aristob. Fragm. XIX. (Lib. II, c. II. p. 42 et 43). Adde Van der Chys l. c. p. 45. 81. 83. 84.

RELIQUORUM CALLISTHENIS SCRIPTORUM FRAGMENTA.

(Ex Westermanni collatione.)

B. (I.) *ΕΛΛΗΝΙΚΑ* (cf. p. 210 sqq.).

Libri secundi.

1. Harpocration s. v. *Σφοδρίας· στρατηγὸς Λακεδαιμονίων ὁ Σφοδρίας. φησὶ δ' αὐτὸν ὁ Καλλισθένης ἐν β' Ἑλληνικῶν εὐήθη τε εἶναι λίαν καὶ κοῦφον πρὸς τὰς ἐλπίδας.*

Libri tertii.

2. Stephanus Byzant. s. v. *Τεγύρα· πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι. Σῆμος δ' ὁ Δήλιος· τὴν Ἀπόλλωνος γένεσιν οἱ μὲν ἐν Λυκίᾳ, οἱ δ' ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς, οἱ δ' ἐν Τεγύρᾳ τῆς Βοιωτίας φασίν. ὅθεν καὶ Τεγυρήιος Ἀπόλλων. Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις, τὸ δὲ Τροφώνιον ἐν Λεβαδείᾳ, τὸ δὲ ἐν Ἀβαῖς λεγόμενον ἐν Φωκεῦσι· τὸ δὲ κυριώτερον ἐν Δελφοῖς. ὃ καὶ μάλιστά φασι μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ.*

Libri quarti.

3. Ioannes Lydus d. mens. 4, 68. p. 114 ed. Par., p. 98 ed. Bonn. *ἀλλὰ καὶ Θρασυάλκης ὁ Θάσιος τοὺς ἐτησίους φησὶν ἐξωθεῖν τὸν Νεῖλον· τῆς γὰρ Αἰθιοπίας ὑψηλοῖς παρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς ὄρεσι διεζωσμένης, ὑποδεχομένης τε τὰς νεφέλας πρὸς τῶν ἐτησίων ὠθουμένας, ἐκδιδόναι τὸν Νεῖλον, ὡς καὶ Καλλισθένης ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν Ἑλληνικῶν φησιν ἑαυτὸν συστρατεύεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι καὶ γενόμενον ἐπὶ τῆς Αἰθιοπίας εὑρεῖν τὸν Νεῖλον ἐξ ἀπείρων ὄμβρων κατ' ἐκείνην γενομένων καταφερόμενον.*

Supplenda haec sunt ex dissertatione *περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως*, quam nescio quo iure Schweighaeuserus ex codice quodam Parisino Athenaei libro secundo (c. 87) inseruit, sed ante iam ediderat H. Stephanus in coll. script. quorund. Aristot. et Theophr., Par. 1557, p. 145. Ibi leguntur haec: *Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος πρὸς τὰ μικρῷ πρότερον εἰρημένα ὑπ' Ἀναξαγόρου τε καὶ Εὐριπίδου ἀντεῖπεν· αὐτὸς δὲ τὴν αὑτοῦ γνώμην φησίν, — ὑδάτων πολλῶν καὶ λαμπρῶν* (Fortasse *λάβρων*. G.) *γινομένων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν κατὰ τὰς τοῦ κυνὸς ἀνατολὰς ἕως τῆς ἐπιτολῆς ἀρκτούρου, καθ' οὓς χρόνους καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἄνεμοι· τούτους γάρ φησι τοὺς ἀνέμους μάλιστα τὰ νέφη φέρειν πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν· ὧν καὶ προσπιπτόντων πρὸς τὰ ὄρη καταῤῥήγνυσθαι πολὺ πλῆθος ὕδατος, ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον ἀναβαίνειν.* (cf. Posidon. ap. Strab. l. XVII. p. 790. (Cas.)) W.

Libri noni.

4. Scholiast. Euripidis Hec. v. 892. *Καλλισθένης ἐν θ' τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· ἑάλω μὲν ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς ὡς μέν τινες τῶν ἱστορικῶν ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (πεποιηκὼς) ὀγδόῃ φθίνοντος· διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα „νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη." μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατείλειεν.*

Adde Plutarch. Camill. c. 19. *ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας· καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος* (fr. 66. ed. Lucht.) *ἱστορήκασιν.*

Quae sequuntur fragmenta sunt librorum incertorum.

5. Plutarchus Cimon. c. 12. *Ἔφορος* (p. 223. Marx.) *μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην, Καλλισθένης δὲ Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν οὐκ ὄντα μάχεσθαι τοῖς Ἕλλησι πρόθυμον, ἀλλὰ προσδεχόμενον ὀγδοήκοντα ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρου προσπλεούσας.*

6. Plutarchus Cimon. c. 13. *τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλ-*

λῃνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηὶ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν. καίτοι Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν βάρβαρον, ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης, καὶ μακρὰν οὕτως ἀποστῆναι τῆς Ἑλλάδος ὥστε πεντήκοντα ναυσὶ Περικλέα καὶ τριάκοντα μόναις Ἐφιάλτην ἐπέκεινα πλεῦσαι Χελιδονίων καὶ μηδὲν αὐτοῖς ναυτικὸν ἀπαντῆσαι παρὰ τῶν βαρβάρων.

7. Athenaeus 13. p. 555 extr. ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου (οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν), ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου, εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, Σάτυρος ὁ περιπατητικός, Ἀριστόξενος, οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ περὶ εὐγενείας. — ἀντεῖπε δὲ τοῖς λέγουσι περὶ τῶν Σωκράτους γυναικῶν Παναίτιος ὁ Ῥόδιος.

Adde Plutarch. Aristid. c. 27. ἔτι δὲ Λυσιμάχου θυγατέρα Πολυκρίτην ἀπολιπόντος, ὡς Καλλισθένης φησί, καὶ ταύτῃ σίτησιν, ὅσην καὶ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις, ὁ δῆμος ἐψηφίσατο. Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριστοτέλης (εἰ δὴ τὸ περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον) ἱστοροῦσι, Μυρτὼ θυγατριδῆν Ἀριστείδου Σωκράτει τῷ σοφῷ συνοικῆσαι, γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντι, ταύτην δ' ἀναλαβόντι χηρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεομένην. πρὸς μὲν οὖν τούτους ἱκανῶς ὁ Παναίτιος ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκεν.

8. Polybius reliqu. lib. 6, 45 sq. ἐπὶ δὲ τὴν τῶν Κρητῶν μεταβάντες (πολιτείαν) ἄξιον ἐπιστῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων, δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρχουσαν ἀποφαίνουσιν. ὧν οὐδέτερον ἀληθὲς εἶναί μοι δοκεῖ, σκοπεῖν δ' ἐκ τούτων πάρεστι: (exposito utriusque civitatis discrimine pergit sic) ὥστε πολλάκις διαπορεῖν, πῶς ἡμῖν περὶ τῶν τὴν ἐναντίαν φύσιν ἐχόντων ὡς οἰκείων καὶ συγγενῶν ὄντων ἀλλήλοις ἐξηγγέλκασι. καὶ χωρὶς τοῦ παραβλέπειν τὰς τηλικαύτας διαφορὰς καὶ πολὺν δή τινα λόγον ἐν ἐπιμέτρῳ διατίθενται, φάσκοντες τὸν Λυκοῦργον μόνον τῶν γεγονότων τὰ συνέχοντα τεθεωρηκέναι· δυοῖν γὰρ ὄντων, δι' ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν, τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀνδρείας καὶ τῆς

πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας, ἀνῃρηκότα τὴν πλεονεξίαν ἅμα ταύτῃ συνανῃρηκέναι πᾶσαν ἐμφύλιον διαφορὰν καὶ στάσιν· ἢ καὶ Λακεδαιμονίους ἐκτὸς ὄντας τῶν κακῶν τούτων κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτεύεσθαι καὶ συμφρονεῖν ταὐτά. ταῦτα δ' ἀποφηνάμενοι καὶ θεωροῦντες ἐκ παραθέσεως Κρηταιεῖς διὰ τὴν ἔμφυτον σφίσι πλεονεξίαν ἐν πλείσταις ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν στάσεσι καὶ φόνοις καὶ πολέμοις ἐμφυλίοις ἀναστρεφομένους, οὐδὲν οἴονται πρὸς σφᾶς εἶναι, θαῤῥοῦσι δὲ λέγειν, ὡς ὁμοίων ὄντων τῶν πολιτευμάτων. ὁ δ' Ἔφορος χωρὶς τῶν ὀνομάτων καὶ ταῖς λέξεσι κέχρηται ταῖς αὐταῖς ὑπὲρ ἑκατέρας ποιούμενος τῆς πολιτείας ἐξήγησιν, ὥστε, εἴ τις μὴ τοῖς κυρίοις ὀνόμασι προσέχοι, κατὰ μηδένα τρόπον ἂν δύνασθαι διαγνῶναι, περὶ ὁποτέρας ποιεῖται τὴν διήγησιν.

9. Plutarchus Pelop. c. 17. ἦσαν δὲ δύο μόραι Λακεδαιμονίων. τὴν δὲ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησὶ, Καλλισθένης δ' ἑπτακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐννακοσίους, ὧν Πολύβιός ἐστι.

10. Proclus comm. in Plat. Tim. p. 30. ed. Basil. τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι. Θεόπομπος δὲ ἀνάπαλιν ἀποίκους αὐτῶν εἶναί φησιν. Ἀττικὸς δὲ ὁ Πλατωνικὸς διὰ βασκανίαν φησὶ μεταποιῆσαι τὴν ἱστορίαν τὸν Θεόπομπον· ἐπ' αὐτοῦ γὰρ ἀφικέσθαι τινὰς ἐκ τῆς Σάεως ἀνανεουμένους τὴν πρὸς Ἀθηναίους συγγένειαν. ὁ δὲ Πλάτων τοσοῦτον μόνον εἶπε περὶ αὐτῶν, ὅτι φιλαθήναιοί τε οἱ Σαΐται καί τινα τρόπον Ἀθηναίων οἰκεῖοι.

11. Seneca quaestt. nat. 6, 23. Rara terrae natura est multumque habens vacui. per has raritates spiritus fertur, qui ubi maior influxit nec emittitur, concutit terram. haec placet et aliis, ut paullo ante rettuli, caussa; si quid apud te profectura testium turba est. hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. — hic Callisthenes in libris, quibus describit quemadmodum Helice Burisque mersae sunt, quis illas casus in mare vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est. spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari. deinde quum est obstructus ille tramés, per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc fertur et sibi ipse occurrens terram labefactat. ideo frequentissime mari opposita vexantur et inde Neptuno haec assignata est movendi potentia.

12. Idem ibid. c. 26. Hanc (Delum) philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri auctore Pindaro; Thucydides ait, antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse. inter multa, inquit, prodigia, quibus denuntiata est duarum urbium, Helices et Buris, eversio, fuere maxime notabilia columna ignis immensi et Delos agitata. quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposita habeat concavas rupes et saxa pervia quae dent deprehenso aeri reditum. ob hoc etiam insulas esse certioris soli urbesque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt.

Adde einsd. quaestt. nat. 7, 5. Charimander quoque in eo libro, quem de cometis composuit, ait, Anaxagorae visum grande insolitumque coelo lumen magnitudine amplae trabis, et id per multos dies fulsisse. talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit antequam Burin et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed cometam fuisse; ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum iam minus flagraret, redditam suam cometae faciem. in quo igne multa quidem fuerunt digna quae notarentur, nihil tamen magis quam quod, ut ille fulsit in coelo, statim supra Burin et Helicen mare fuit. numquid ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes cometas esse credebat? hanc habet is differentiam, quod iis continuus ignis est, ceteris sparsus. trabes enim flammam aequalem habent nec ullo loco intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse illam, quam modo rettuli, Callisthenes tradit.

13. Cicero d. divin. 1, 34. (Cf. 2, 25 et 26). Quid? Lacedaemoniis paullo ante Leuctricam calamitatem quae significatio facta est, quum in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit? At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt, armaque, quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. quumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere coepisse, ut nihil intermitterent. tum augures dixisse Boeotios, Thebanorum esse victoriam propterea quod avis illa

victa silere soleret, canere si vicisset. eademque tempestate multis signis Lacedaemoniis Leutricae pugnae calamitas denuntiabatur. namque et Lysandri, qui Lacedaemoniorum clarissimus fuerat, statuae quae Delphis stabat in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus, stellaeque aureae, quae Delphis erant a Lacedaemoniis positae post navalem illam victoriam Lysandri, quo Athenienses conciderunt (qua in pugna quia Castor et Pollux cum Lacedaemoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, stellae aureae quas dixi, Delphis positae) paullo ante Leuctricam pugnam deciderunt neque repertae sunt. maximum vero illud portentum iisdem Spartiatis fuit, quod, quum oraculum a Iove Dodonaeo petivissent de victoria sciscitantes, legatique illud in quo inerant sortes collocavissent, simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, et sortes ipsas et cetera quae erant ad sortem parata disturbavit et aliud alio dissipavit. tum ea quae proposita erat oraculo sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedaemoniorum esse, non de victoria cogitandum.

14. Strabo 8. p. 362. (Cf. Kramer. comm. crit. de codd. Strab. p. 40.) Πλεονάκις δ' ἐπολέμησαν διὰ τὰς ἀποστάσεις τῶν Μεσσηνίων. τὴν μὲν οὖν πρώτην κατάκτησιν αὐτῶν φησι Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι, τὴν δὲ δευτέραν, καθ' ἣν ἑλόμενοι συμμάχους Ἠλείους καὶ Ἀργείους καὶ Πισάτας ἀπέστησαν, Ἀρκάδων μὲν Ἀριστοκράτην τὸν Ὀρχομενοῦ βασιλέα παρεχομένων στρατηγὸν, Πισατῶν δὲ Πανταλέοντα τὸν Ὀμφαλίωνος· ἡνίκα φησὶν αὐτὸς στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις [ἐλθὼν ἐξ Ἐρινεοῦ]. καὶ γάρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἐλεγείᾳ, ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίαν·

αὐτὸς γὰρ Κρονίων καλλιστεφάνου πόσις Ἥρης
  Ζεὺς Ἡρακλείδαις τήνδε δέδωκε πόλιν,
οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινεὸν ἠνεμόεντα
  εὐρεῖαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.

ὥστε ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον τῷ φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον καὶ Καλλισθένει καὶ ἄλλοις πλείοσι τοῖς εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν ἀφικέσθαι δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμὸν, ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν ἡγεμόνα.

15. Polybius 4, 33. οἱ γὰρ Μεσσήνιοι πρὸς ἄλλοις πολλοῖς καὶ παρὰ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Λυκίου βωμὸν

ἀνέθεσαν στήλην ἐν τοῖς κατ' Ἀριστομένην καιροῖς, καθάπερ καὶ Καλλισθένης φησὶ, γράψαντες τὸ γράμμα τοῦτο,

πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆι,
εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διὶ τὸν προδότην
ῥηιδίως· χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
χαῖρε, Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάω Ἀρκαδίαν.

19. Athenaeus 10. p. 452 A. (Cf. Polyaen. strat. 2, 15.) Τοιοῦτόν τι καὶ Καλλισθένης ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φησιν, ὡς Ἀρκάδων πολιορκούντων Κρώμνην (πολίχνιον δ' ἐστὶν ἱδρυμένον πλησίον Μεγάλης πόλεως) Ἱππόδαμος ὁ Λάκων, εἷς ὢν τῶν πολιορκουμένων, διεκελεύετο τῷ παρὰ Λακεδαιμονίων πρὸς αὐτοὺς ἥκοντι κήρυκι, δηλῶν ἐν αἰνιγμῷ τὴν περὶ αὐτοὺς κατάστασιν, ἀπαγγέλλειν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δέχ' ἡμερῶν τὸ ἐν Ἀπολλωνίῳ δεδεμένον, ὡς οὐκ ἔτι λύσιμον ἐσόμενον, ἐὰν αὗται παρέλθωσι. καὶ διὰ ταύτης τῆς γνώμης ἐμήνυε σαφῶς τὸ μήνυμα. αὕτη γάρ ἐστιν ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ παρὰ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος θρόνον διὰ γραφῆς ἀπομεμιμημένος Λιμὸς, ἔχων γυναικὸς μορφήν. φανερὸν οὖν ἐγένετο πᾶσιν, ὅτι δέκα ἡμέρας ἔτι καρτερῆσαι δύνανται οἱ πολιορκούμενοι διὰ τὸν λιμόν. συνέντες οὖν οἱ Λάκωνες τὸ λεχθὲν ἐβοήθησαν κατὰ τάχος τοῖς ἐν τῇ Κρώμνῃ.

17. Plutarchus Agesil. c. 34. ἐπεὶ γὰρ οἱ Μαντινεῖς αὖθις ἀπέστησαν τῶν Θηβαίων καὶ μετεπέμποντο τοὺς Λακεδαιμονίους, αἰσθόμενος ὁ Ἐπαμινώνδας τὸν Ἀγησίλαον ἐξεστρατευμένον μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ προσιόντα, λαθὼν τοὺς Μαντινεῖς ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ Τεγέας ἄγων ἐπ' αὐτὴν Λακεδαίμονα τὸ στράτευμα καὶ μικρὸν ἐδέησε παραλλάξας τὸν Ἀγησίλαον ἔρημον ἐξαίφνης καταλαβεῖν τὴν πόλιν. Εὐθύνου δὲ Θεσπιέως, ὡς Καλλισθένης φησίν, ὡς δὲ Ξενοφῶν, Κρητός τινος ἐξαγγείλαντος τῷ Ἀγησιλάῳ, ταχὺ προπέμψας ἱππέα τοῖς ἐν τῇ πόλει φράσοντα μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς παρῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην.

C. (II). *ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ* (cf. p. 211.)

18. Athenaeus 13. p. 560 C. καὶ ὁ Κρισαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιῤῥαῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαετὴς ἦν, ἁρπασάντων Κιῤῥαίων τὴν Πελάγοντος τοῦ Φωκέως θυγατέρα Μεγιστὼ καὶ τὰς Ἀργείων θυγατέρας ἐπανιούσας ἐκ τοῦ Πυθικοῦ ἱεροῦ. δεκάτῳ δ' ἔτει ἑάλω καὶ ἡ Κίῤῥα.

19. Plutarchus quaestt. graec. c. 9. (τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς ὁσιωτὴρ, καὶ διὰ τί βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν) — ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθόϊς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις, πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευσεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι.

D. (IV.) *ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΑ*. (Cf. p. 211.)

Libri tertii.

27. Stobaeus florileg. 7, 65. Cf. Plut. Parall. min. c. 8. *Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν. Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς δύο καὶ τριάκοντα Χαλκιδικὰς πόλεις τοῖς ἰδίοις ὑποτάξας σκήπτροις Μεθωναίους καὶ Ὀλυνθίους λεηλατεῖν ἤρξατο. γενόμενος δὲ κατὰ γεφύραν ποταμοῦ Σάρδωνος καὶ εἰς τὸ πέραν διαβῆναι βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Ὀλυνθίων ἐπεσχέθη. τοξότης δέ τις Ἀστὴρ τοὔνομα τόξον ἐντείνας ἐτύφλωσε τὸν Φίλιππον, εἰπών· Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος. ἀποβαλὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν ὀφθαλμὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἑαυτὸν ἔρριψε καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους διανηξάμενος τὸν κίνδυνον ἐξέφυγεν.*

28. Tertullianus d. anim. c. 46. et Bardylidem (Baralirem s. Balaridem vulg.) Illyricum a Molossis usque Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco.

E. (V.) *ΘΡΑΚΙΚΑ*. (Cf. p. 214.)

Libri tertii.

29. Plutachus parall. minor. c. 31. *Ἀθηναίων πόλεμον ἐχόντων πρὸς Εὔμολπον καὶ τῆς εὐθηνίας μὴ ἐπαρκούσης, Πύρανδρος ταμίας τῶν δημοσίων ὑπεσπάσατο τὸ μέτρον φειδωλῶς χρώμενος, οἱ δ᾽ ἐγχώριοι ὡς προδότην ὑποπτεύσαντες λιθόλευστον ἐποίησαν, ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Θρᾳκικῶν.*

F. (VIII.) *ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΑ*. (Cf. p. 216. sqq.)

45. [Plutarch.] d. fluviis c. 4, 2. (*Γάγγης*) *γεννᾶται δὲ παρ᾽ αὐτῷ βοτάνη παραπλησία βουγλώσσῳ, ἣν*

λειοτριβοῦντες τὸν χυλὸν αὐτῆν τηροῦσιν καὶ νυκτὸς βαθείας τοὺς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιῤῥαίνουσιν, αἱ δὲ διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἐκχυθείσης ὑγρασίας προχωρῆσαι μὴ δυνάμεναι θνήσκουσιν, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν γ' τῶν κυνηγετικῶν.

G. (IX.) *ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ*. (Cf. p. 216. sqq.)

46. Pollux Onomast. 9. 6, 93. *ἦν δέ τι καὶ νομίσματος εἶδος οὕτως (Φωκαΐδες) ὀνομαζόμενον. φησὶ γοῦν ἐν τοῖς ἀπφθέγμασι Καλλισθένης, ὑπ' Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνίτου τὸν ποιητὴν Περσίνον ἀμελούμενον εἰς Μυτιλήνην ἀπελθόντα θαυμάζοντι γράψαι, διότι τὰς Φωκαΐδας, ἃς ἔχων ἦλθεν, ἥδιον ἐν Μυτιλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττει.*

H. (X.) *ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ*. (Cf. p. 218.)

47. Stobaeus florileg. 7, 69. (Cf. Plut. Parall. min. c. 5. Apost. prov. I, 79 et Arsen. Viol. p. 25.) *Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ μεταμορφώσεων. κατὰ Κελαινὰς, πόλιν τῆς Φρυγίας, διὰ μῆνιν Ἰδαίου Διὸς χάσμα μεθ' ὕδατος γενομένου πολλὰς οἰκίας αὐτάνδρους εἰς τὸν βυθὸν καθείλκυσε. τοῦ δὲ δήμου κινδυνεύοντος Μίδας ὁ βασιλεὺς χρησμὸν ἔλαβε, συνελεύσεσθαι τὴν γῆν, ἐὰν εἰς τὸ βάραθρον βάλῃ τὸ τιμιώτατον ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ. τῶν δὲ Κελαινιτῶν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ τὸν κόσμον τῶν γυναικῶν εἰς τὸ χάσμα ῥιψάντων καὶ μηδ' οὕτω τοῦ κακοῦ λήξαντος Ἀγχοῦρος, ὁ υἱὸς Μίδα, λογισάμενος μηδὲν εἶναι τιμιώτερον ἐν βίῳ ψυχῆς ἀνθρωπίνης, ἀναπηδήσας καὶ δοὺς περιπλοκὰς τῷ γεννήσαντι καὶ ἀποταξάμενος τῇ γυναικὶ Τιμοθέᾳ, μεθ' ὁρμῆς ἔφιππος εἰς τὸν τόπον τοῦ χάσματος ἠνέχθη. τῆς δὲ γῆς εἰς τὴν φυσικὴν ἁρμονίαν συνελθούσης Μίδας βωμὸν ἱδρύσατο Διὸς Ἰδαίου, ὃν χρύσεον ἐποίησε χερσὶν ἁψάμενος. οὗτος ὁ βωμὸς περὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τὸ χάσμα συνέβη γενέσθαι, λίθινος γίνεται, τῆς δ' ὡρισμένης προθεσμίας παρελθούσης χρύσεος ὁρᾶται.*

I. (XI.) *INCERTA*.

48. Tzetzes ad Lycophr. v. 519. (Cf. Phavor. lex. s. v. *τριγένητος* p. 1772 ed. Basil.) *Τριγένητος*] *ἡ Ἀθηνᾶ μυθικῶς, ὅτι ἐν Τρίτωνι ποταμῷ Λιβύης ἐγεννή-*

θη, ὡς καὶ Ὅμηρός φησι, — ἢ ὅτι κατὰ Καλλισθένην τρίτῃ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς.

49. Harpocration s. v. ἀναγκαῖον· (cf. Suid. s. v. ἀναγκαῖον et ἀνώγεων.) ἀντὶ τοῦ δεσμωτήριον Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα καὶ Ξενοφῶν Ἑλληνικαῖς. Καλλισθένης δὲ ἀνώγεων εἶπε, ὃ δεῖ μᾶλλον λέγεσθαι.

50. Suidas s. v. ἀναρᾶσθαι· (cf. Phavorin. p. 175 et Reines. Var. lectt. III. p. 366.) ἀντὶ τοῦ διαλύειν τὴν γενομένην ἀράν. οὕτω Καλλισθένης.

51. Harpocration s. v. βόθυνος· (cf. Suid., Zonar., Phavorin. s. h. v.) τόπος τις ἰδίως οὕτω καλούμενος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα περὶ ἐγγύης μνημονεύει τοῦ τόπου.

CALLISTHENIS SYBARITAE

libri de rebus Galaticis fragmentum (cf. p. 212.)

Stobaeus floril eg. 100, 14. (Cf. Auct. de fluv. c. 6. Boissonad. Anecdd. gr. I. p. 417.). Καλλισθένους Συβαρίτου ἐν ιγ' Γαλατικῶν. Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, παρὰ τὸ τῷ Ῥοδανῷ ἡρμόσθαι τὴν προσηγορίαν εἰληφώς· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθῦς, κλουπαῖα καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. οὗτος αὐξομένης μὲν τῆς σελήνης λευκός ἐστι, μειουμένης δὲ μέλας γίγνεται παντελῶς, ὑπεραυξήσας δὲ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν ἀναιρεῖται· εὑρίσκεται δ' ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλός, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεσμευόμενος τῆς σελήνης μειουμένης.

(VI. W.) Peripli Fragmentum.

34. Schol. Apoll. Rhod. Arg. 2. v. 672. περὶ τῆς Θυνιάδος νήσου προείρηται, ἧς μέμνηται Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης. φησὶ δὲ αὐτὴν ἑπτὰ σταδίους ἔχειν τὴν περίμετρον. Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ περίπλῳ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων φησὶ προσαγορεύεσθαι τήν τε χώραν καὶ τὴν νῆσον Θυνιάδα (Θυνίδα cod. Paris.), ὑπὸ δὲ βαρβάρων Βιθυνίαν.*)

---

*) Ita dedimus ex emendatione amicissimi nostri Ungeri (Zeitschr. f. Alterthumsw. 1844. Nr. 30. p. 236.) pro vulg. ὑπὸ δὲ τῶν βαρβ. Θυνίαν, quod praebuit Westerm. Quare corrigendum etiam quod supra (p. 214) scripsimus. G.

LIB. VII.

ANAXIMENES LAMPSACENUS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Anaximenes Lampsacenus,[1]) Suida auctore,[2]) Diogenis Cynici et Zoili Amphipolitae grammatici cognomento Homeromastigis disciplina usus est. Nihilominus pingui quum esset aqualiculo identidem illusisse eum ex more suo fertur Diogenes. Hic enim, ut legitur apud Diogenem Laertium (VI, 2, 57), *Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι παχεῖ ὄντι προσελθών, „Ἐπίδος καὶ ἡμῖν," ἔφη, „τοῖς πτωχοῖς τῆς γαστρός· καὶ γὰρ αὐτὸς κουφισθήσει καὶ ἡμᾶς ὠφελήσεις."* Item *διαλεγομένου ποτὲ αὐτοῦ (Ἀναξιμέμους) τάριχον προτείνας περιέσπασε τοὺς ἀκροατάς· ἀγανακτοῦντος δέ, „Τὴν Ἀλαξιμένους," ἔφη, „διάλεξιν ὀβολοῦ τάριχος διαλέλυκεν."* Ceterum

---

1) Eius Vitam et Scripta praeter Vossium de hist. gr. I, 10 (p. 92—93 ed. Westerm.), Ionsium de scriptt. hist. phil. I, 10, 3., Fabricium bibl. gr. Vol. III. p. 33., Santo-Crucium Ex. crit. p. 33. ex recentioribus viris doctis attigerunt Fridericus Ebertus in dissert. Sicul. T. I. p. 102—107. Spengelius de Artt. Scriptt. p. 182—192. Westermannus in hist eloq. graec. §. 69. (p. 143—146). Cf. Ruhnk. in Hist. Crit. Or. gr. p. 86. Menag. ad Diog. Laert. II, 71. (p. 309. ed. Hübner.)

2) S. v. *Ἀναξιμ.*, ubi haec leguntur: *Ἀναξιμένης. Ἀριστοκλέους, Λαμψακηνός, ῥήτωρ, μαθητὴς Διογένους τοῦ Κυνὸς καὶ Ζωΐλου τοῦ Ἀμφιπολίτου γραμματικοῦ, τοῦ κακίζοντος Ὅμηρον, διδάσκαλος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. εἵπετο δὲ αὐτῷ ἐν τοῖς πολέμοις. Οὗτος βασιλέα Ἀλέξανδρον, θυμῷ χρώμενον ἐς Λαμψακηνούς, τέχνῃ περιῆλθε τοιᾷδε· Φρονούντων Λαμψακηνῶν τὰ Περσῶν, ὑπερζέων τῷ θυμῷ Ἀλέξανδρος ἠπείλει τὰ μέγιστα κακὰ ἐργάσασθαι. οἱ δὲ ἅτε περὶ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ τῆς πατρίδος θέοντες ἀποστέλλουσιν Ἀναξιμένην ἱκετεύσοντα. Ἀλέξανδρος δὲ γνοὺς καθ' ἥντινα αἰτίαν ἥκοι, κατωμόσατο θεούς, ἦ μὴν*

eiusdem Diogenis discipulum fuisse vidimus Onesicritum, quo condiscipulatu usum quendam familiarem inter utrumque Alexandri M. comitem rerumque scriptorem intercessisse non improbabile nobis videri alio loco diximus.[1]) At vero idem Anaximenes quod Alexandri Magni praeceptor a Suida (l. c.) et Valerio Maximo[2]) appellatur, cave ne proprio id sensu de ipsa Alexandri pueri educatione vel institutione accipias, in qua non magis occupatum fuisse Anaximenem, quam Callisthenem, cui item Alexandri praeceptoris vel rectoris a nonnullis titulum tributum esse vidimus,[3]) non est operae pretium pluribus demonstrare. Neque, id quod facile cuiquam in mentem venire possit, Rhetoricam ad Alexandrum ab eo scriptam, de qua infra (p. 277 sqq.) agitur, huc valuisse existimamus. Debuisse potius videtur Anaximenes similiter atque Callisthenes huius tituli honorem familiari consuetudini, quae erat aliquamdiu inter senem philosophum et regem iuvenem. Huc pertinent etiam, quae de Lampsaco patria[4]) narrantur ab Anaximene conservata. „Huius enim urbis salus, ut verbis utar Valerii Maximi (l. c.), unius vaframenti beneficio constitit. Nam quum ad excidium eius summo stu-

---

αὐτοῦ ταῖς δεήσεσι τἀναντία ἐργάσεσθαι. Ἀναξιμένης δέ, Χάρισαί μοι, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὴν χάριν, γυναῖκας καὶ τέκνα Λαμψακηνῶν ἐξανδραποδίσασθαι καὶ τὰ ἱερὰ ἐμπρῆσαι καὶ τὴν πόλιν ἐς ἔδαφος καταβαλεῖν. Ἀλέξανδρος δὲ οὐκ ἔχων τι πρὸς τοῦτο σοφίσασθαι ἢ ἀντιμηχανήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενος τῇ ἀνάγκῃ τοῦ ὅρκου, συγγνώμην ἔνεμεν οὐκ ἐθέλων Λαμψακηνοῖς. Ἠμύνατο δὲ καὶ Θεόπομπον τὸν Δαμοστράτου, ἐχθρὸν ὄντα, Ἀναξιμένης οὐκ ἀμαθέστατα, ἀλλ' ἐπιφθονώτατα. σοφιστὴς γὰρ ὢν καὶ σοφιστῶν λόγους μιμούμενος, γράφει βιβλίον, ἐς Ἀθηναίους καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίους συγγραφὴν λοίδορον, ἐς τὸ ἀκριβέστατον μιμησάμενος, καὶ ἐπιγράψας Θεοπόμπου τὸ ὄνομα ἔπεμπεν ἐς τὰς πόλεις, καὶ ἐκ τούτου τὸ ἔχθος τὸ ἐς Θεόπομπον ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ηὔξετο. Οὐ μὴν οὐδὲ εἰπεῖν τις αὐτοσχεδίως Ἀναξιμένους πρότερός ἐστιν εὑρηκώς. Cf. Eudoc. p. 51. Haec vero Lexicographus, ut recte annotat Bernhardyus, inde a verbis: *Οὗτος βασιλέα* ad finem usque debet non levi cum licentia mutata Pausaniae VI, 18. Cf. infra p. 275.

1) Cf. lib. III, c. I. p. 75.

2) Val. Max. VII, 3, 4. quem locum infra adscripsimus.

3) Lib. VI. C. I. p. 194 sq.

4) „*Ἐκ Λαμψάκου δὲ Χάρων τε ὁ συγγραφεὺς καὶ Ἀδείμαντος καὶ Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ καὶ Μητρόδωρος, ὁ τοῦ Ἐπικούρου ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς δ' Ἐπίκουρος τρόπον τινὰ Λαμψακηνὸς ὑπῆρξε*" sqq. Strab. l. XIII. t. V. p. 291. (589 Cas.)

dio Alexander ferretur,[1]) progressumque extra moenia Anaximenem, praeceptorem suum, vidisset; quia manifestum erat, futurum ut preces suas irae eius opponeret; „non facturum se quod petisset" iuravit. Tunc Anaximenes, „Peto," inquit, „ut Lampsacum diruas." Haec velocitas sagacitatis oppidum vetusta nobilitate inclytum exitio, cui destinatum erat, subtraxit.[2]) Cuius beneficii haud immemores Lampsaceni ad gratos Anaximeni de patriae salute egregie merito animos testificandos in eius honorem statuam Olympiae ponendam curaverunt hanc, quam a se conspectam testatur Pausanias.[3]) Ad senilem vero iam aetatem provectum fuisse Anaximenem, ubi Lampsacus patria ab Alexandro peteretur, Diodori Siculi luculenter comprobatur testimonio, quo Isocratis iam et Platonis aevo circa Ol. CIII, 4 (365) floruisse eum docemur,[4]) ad quam aetatem optime quadrat quod eiusdem Anaximenis discipulus fuisse dicitur etiam Timolaus apud Suidam (s. v.

---

1) Quippe quod non multo ante ipsum Alexandri adventum auxilio Memnoni suppeditato incolae hostilem in Macedones animum satis aperte praebuissent. Cf. Freinsh. Suppl. ad Curt. II, 4.

2) Eadem leguntur apud Pausaniam et Suidam ll. cc. Non praetermittenda sunt hoc loco, quae secundum hanc de Lampsaco et Anaximene narrationem ficta leguntur in libro manuscripto (Cod. Mbr. I. no. 116) bibliothecae Gothanae, cuius argumentum cum aliis memoratu dignissimis excerpsit vir summus et maxime venerabilis F. Jacobsius (Beiträge zur ältern Litteratur dr. Herzogl. Bibl. z. Gotha. B. I. Hft. II. p. 375), qui ex huius libri c. XIV de Stagira urbe Aristotelis vaframento servata haec attulit: „Da Alexander, heisst es hier, die Zerstörung von Stagira beschlossen, und die Einwohner der Stadt den Lehrer des Königs um seine Fürsprache ersucht gehabt, habe sich Aristoteles in dieser Absicht zum Könige begeben: Mais comme le roy veist aristote cognoissant la cause de sa venue, iura quil ne feroit rien de ce que pryer lui vouloit. Aristote lui dist: doucques je te supplye que destruises la cite. Alexandre se soubrist soy voyant deceu de son maistre et laissa la cite."

3) Eliac. II (lib. VI), 18: *Ἐνταῦθα καὶ Ἀναξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνευρών, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος εἰργάσαντο, συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα· ἡ δέ οἱ τιμὴ γέγονεν ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τῶν Λαμψακηνῶν τοῦ δήμου.* Iam vero sequitur narratio supra allata.

4) Diod. XV, 76: *Ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους* (Ol. CIII, 4.) *ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης Ἰσοκράτης τε ὁ ῥήτωρ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος, ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι, Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος ἐσχατόγηρως ὤν.*

Τιμόλαος cf. Hesych. s. h. v.). Neque aetas certe Anaximenis repugnaret iis quae leguntur apud Eusebium Praep. Evang. X, 3. p. 464 ex Porphyrio hausta: *καὶ τί γὰρ Ἐφόρου ἴδιον ἐκ τῶν Δαϊμάχου καὶ Καλλισθένους καὶ Ἀναξιμένους αὐταῖς λέξεσιν ἔστιν ὅτε τρισχιλίους ὅλους μετατιθέντος στίχους;* Verumtamen quum neque de Daimacho neque de Callisthene (cf. supra p. 227 sqq.) haec sint consentanea, suspicari licet, item de Anaximene ficta totumque istum locum cum Marxio (in Ephor. Fr. 71.) prorsus esse reiiciendum.

Quare, id quod infra videbimus, quum haud infimus Anaximeni locus inter claros huius aetatis rhetores sit assignandus, nisi forte Philippo patre etiam superstite sive Pellae sive Athenis praesentem eum iam viderat Alexander, per nominis certe famam cognitum habebat. Neque improbabile est, invitatum hoc ipso tempore rhetorem celeberrimum a magno rege ad eius res memoriae prodendas Alexandri comitum numero sese adiunxisse, inter quos Onesicritum certe, Callisthenem, alios esse videret, quibus iam pridem fortasse Athenis familiariter usus erat.

De reliqua viri vita atque de consuetudinis ratione, quae intercesserit ipsi cum Alexandro, nihil certi apud veteres auctores proditum est. Etenim Diogenes quidem Laertius in Vita Aristotelis scribit, philosophum Stagiritam propter Callisthenem Alexandro commendatum in regis offensionem incidisse, illumque ad eius invidiam excitandam Anaximenem honoribus et gratia auxisse ac misisse dona Xenocrati.[1]) Huius vero narrationis ineptias alio iam loco[2]) vidimus a Stahrio esse confutatas, quippe qui Aristotelem honoribus sive Anaximeni, sive Xenocrati sive Anaxarcho habitis ne potuisse quidem adeo pungi ac violari recte demonstraverit. Nihilominus ex his illud certe colligitur, Lampsacenum etiam post Callisthenis calamitatem Alexandri fruitum esse gratia ac benivolentia. Quod vero dicit

1) Diog. Laert. V, 1, 10: *Λέγεται δὲ (Ἀριστοτέλης) διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν προσκροῦσαι τῷ βασιλεῖ· κἀκεῖνον ἐπὶ τῷ τοῦτον λυπῆσαι Ἀναξιμένη μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ καί Ξενοκράτει δῶρα.* Ubi temere olim Buhlius (in Erschii et Gruberi Encyclop. Univers. T. V. p. 277) Aldobrandinum sequutus pro *Ἀναξιμένη* legendum esse opinabatur: *Ἀνάξαρχον*, quem errorem ipse postea in Praef. ad Aristot. Opp. V. p. IX emendavit. Nimirum confuderat ille Anaximenem Lampsacenum cum Milesio eiusdem nominis, in quem errorem incidit etiam Jonsius de scriptt. hist philos. 1, 9, 3. p. 52. ed. Dorn.—

2) Cf. Lib. VI. C. I. p. 207. anm. 1.

Vossius (l. c. p. 93): „Nam habere eum (Anaximenem) secum solebat Alexander in bellis, paene haud secus ac Cineam Pyrrhus, Epirotarum rex," hanc quidem comparationem vehementer claudicare nemo non sentiet.

Inter Anaximenis scripta referendam esse ῥητορικὴν πρὸς Ἀλέξανδρον, quae philosopho Stagiritae male olim tribuebatur, iam pridem coniecerat P. Victorius, certissimis autem nuper rationibus comprobavit Leonhardus Spengelius,[1]) qui „hanc Anaximenis artem ante Aristotelis libros de rhetorica editam, praefationem vero illam tam miram, cuius finem nemo adhuc intellexerit, auctori quidem abiudicandam, ad Alexandrum autem satis iuvenem[2]) scriptam esse" item rectissime exposuit. Videtur igitur haec ad Alexandrum epistola Anaximene mortuo ab iis ficta esse, qui quum rhetorem Lampsacenum iuvenis Pellaei et socium et rerum scriptorem non ignorarent, eiusdem fuisse etiam praeceptorem opinarentur. De ipsius autem huius libri rhetorici argumento ac pretio infra adscripsisse sufficit quae commentatus est Westermannus l. c.[3])

---

1) „Quinctilian. III, 4, 9. — Zuerst stellte diese Ansicht auf P. Victorius praef. ad Aristot. Rhet., ihm folgten Maiorag. pr. ad Rhet. ed. Ven. 1591, A. Schott vit. Arist. p. 164, Voss d. Rhet. nat. p. 63, (de Hist. Gr. l. c.), Gesner ad Quinct. l. c. u. A. S. Menag. ad Diog. Laert. II, 3. Dagegen erklärten sich Fabric. B Gr. III. p. 223. u. Buhle Arist. T. IV. p. 3. 8. 545 sqq. (1793), nahm aber v. Spald. ad Quinct. l. c. zurechtgewiesen T. V. (1800) p. V. sqq. seine Meinung zurück. Vgl. Groddeck. Init. I. p. 126. II. p. 171. Fast zur Evidenz hat Spengel Συναγωγὴ τεχνῶν p. 182 sqq. die Sache gebracht." Westermann. Gesch. der Beredtsamk. p. 145. anm. 4.

2) Ad quod demonstrandum afferuntur verba huius praefationis p. 16: ὥσπερ γὰρ ἐσθῆτα σπουδάζεις τὴν εὐπρεπεστάτην τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔχειν, οὕτω δύναμιν λόγων λαβεῖν ἐστί σοι πειρατέον (nondum igitur nactus erat) τὴν ἐνδοξοτάτην. „Egregia esset adhortatio si iam accepto imperio veluti tironi et puero adhuc Alexandro ut lites causasque ageret successu, ars oratoria erat ediscenda; idem docet locus qui legitur p. 20 seq." Spengel. l. c.

3) „Anaximenes steht gewissermassen als vermittelnd zwischen den früheren Technikern und Aristoteles; denn wenn auch durch mehrfache Interpolation die ursprüngliche Form seiner Schrift hier und da verfälscht und entstellt ist, so ist doch so viel erkennbar, dass er das Gebiet der Rhetorik in weiterem Umfange als seine Vorgänger fasste. Neben dem gerichtlichen wird namentlich das berathschlagende Redefach hervorgehoben, Beides auf sieben charakteristische Unterarten zurückgeführt, und ihre Behandlungsweise in achtfacher Beziehung besprochen; nebenbei

Verum enim vero quam peritus fuerit rhetoricarum artium usu Anaximenes alia scriptione non honorifice quidem, luculenter tamen declaravit, qua Theopompum inimicum non minus erudite quam invidiose ultus esse dicitur. Nam qui ingenio sophista esset, ut scribit Pausanias,[1]) quum sophistarum orationem aptissime imitaretur, suscepta cum Theopompo, Damasistrati filio, simultate historiam conscripsit maledictorum in Athenienses, Lacedaemonios et Thebanos plenissimam. Ad unguem vero quum Theopompi scribendi genus expressisset, supposito eius nomine per Graeciae civitates librum divulgandum curavit; quae res Theopompo magnam apud omnes plane Graecos invidiam concitavit. Quam συγγραφὴν λοίδορον eandem fuisse atque Τριπολιτικόν, Josepho[2]) teste a nonnullis Theopompo assignatum, quippe in quo tribus Graeciae primis ciuitatibus, Athenis, Spartae atque Thebis maledictum esset, recte nunc a viris doctis statuitur.[3]) „Quum vero, ut ait Vossius (l. c.), exquisitam illam Theopompi dictionem potuerit exprimere Anaximenes, quando vellet, satis

---

aber auch schon auf zweckmässige Trennung des dritten Redefaches, des epideictischen, hingedeutet. Was hiervon eigene Erfindung des Anaximenes sei, ist unbestimmt; gewiss aber hat er seine Vorgänger benutzt, obgleich er keinen erwähnt, und auch nach Art der früheren seine Beispiele selbst erfindet. Allein bedenkt man, dass Araximenes ebenfalls wie alle früheren Techniker als Redner seine Rhetorik schrieb, und übrigens nichts weniger als ein philosophischer Kopf war, so erklärt sich auch der noch sehr fühlbare Mangel an innerer Einheit und ursprünglicher Rundung in seinem Werke. Das Ganze ist nichts als eine Reihe aus dem Rednerleben gegriffener Vorschläge, wie man diesen oder jenen Gegenstand aus verschiedenem Gesichtspuncte und unter verschiedenen Verhältnissen behandeln möge, geknüpft an die am Schärfsten hervortretenden Theile des rednerischen Vortrags, die Beweisführung, πίστεις, den Ausdruck, ἑρμηνεία, und die Anordnung, προοίμιον, διήγησις, βεβαίωσις, ἐπίλογος." Cf. Quinctil. III, 4 et Spengel.

1) l. c. cf Suid. l. c.

2) Joseph. contr. Apion. I, 24.

3) Cf. Wichers in ed. fragm. Theopomp. (1829) p. 33 sqq., qui fortasse etiam ab eo (Τριπολιτικῷ) non diversum esse audacius coniicit opus quod Τρικάρανος inscriptum laudatur a Luciano Pseudol. 29. Atque huic Anaximenis libro respondisse etiam Dicaearchi librum eiusdem tituli (Τριπολιτικόν) ingeniose disseruit Fr. Passovius in Ind. lectt. univers. Vratisl. 1829. 4. p. 6 sqq., contra quem frustra pugnat A. Buttmannus de Dicaearcho eiusque opp. sqq. Numb. 1832. Cf. Naeke in Mus. Rhen. 1832. I, 1. p. 40 sqq. Westerm. ad Voss. l. c. I, C. 9. ann. 48.

liquet, quantum valuerit dicendo." Accedit, quod Pausania (l. c.) auctore *οὐ μὴν οὐδὲ εἰπεῖν τις αὐτοσχεδίως Ἀναξιμένους πρότερός ἐστιν εὑρηκώς.*

Praeterea complures Anaximenes composuit orationes, e quibus memoratur ab Hermippo quam pro Euthia contra Phrynem ille scripserat.[1]) Atque medium fere locum inter rhetorica et historica Anaximenis Lampsaceni scripta obtinet liber, qui *Βασιλέων Μεταλλαγαί* inscriptus utrum ad seniorem an iuniorem eiusdem cognominis ac patriae auctorem referendus sit adhuc sub iudice lis est.[2]) Namque Diogene Laertio teste praeter celeberrimum illum philosophum Milesium *γεγόνασι καὶ ἄλλοι δύο* (*Ἀναξιμένεις*) *Λαμψακηνοί· ῥήτωρ, καὶ ἱστορικός, ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ἦν τοῦ ῥήτορος τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις γεγραφότος.*[3]) Libri autem illius extant duo tantummodo fragmenta, alterum apud Stephanum Byzantium de Passargadis eo loco conditis, ubi Astyagem ille vicisset,[4]) alterum apud Athenaeum de Stratone et Nicocle violenter occisis.[5])

---

1) Harpocrat. s. v. *Εὐθίας* (quem locum minus recte Westermannus ad Voss. l. c. ann. 23 ad Anaximenis *πρώτας ἱστορίας* pertinere opinatur): *Ὑπερίδης ὑπὲρ Φρύνης. τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας. τὸν μέντοι λόγον αὐτῷ τὸν κατὰ Φρύνης Ἀναξιμένην πεποιηκέναι φησὶν Ἕρμιππος.* Accedit Athen. l. XIII. p. 591. e.: *Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὅτι τὸν ἐπιγραφόμενον κατ' αὐτῆς* (i. e. *Φρύνης*) *Εὐθίου λόγον Διόδωρος ὁ Περιηγητὴς Ἀναξιμένους φησὶν εἶναι.* Ad Hermippi autem locum contra apertum Maussaci errorem recte annotat Locynski (Herm. Smyrn. Fragm. LXXIII): „Auctor illius orationis Anaximenes disertius ab Hermippo quam a Diodoro dicitur; et quidni utrumque habuisse potuit testem? Utriusvis testimonium coniungitur apud Plut. Vit. Demosth. c. 28. fin. De Anaximene cf. Ruhnken. l. c. p. LXXXVI. Inter oratores eum refert Dionys. Halic. Epist. ad Amm. C. 2. med."

2) Ebert. l. c. et Voss. l. c. XI. p. 67.

3) Diog. Laert. II, 2, 3. Cf. Menagii ann. ad h. l. et Voss l. c.

4) Steph. Byz. s. v. *Πασσαργάδαι*, ubi haec leguntur: *Διότιμος ἐν ἑξηκοστῷ πέμπτῳ Παντοδαπῶν Ἀναγνωσμάτων, παρατιθέμενος Ἀναξιμένην ἐν Μεταλλαγαῖς Βασιλέων οὕτω γράφοντα· τὰς δὲ Πασσαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος, ἐφ' οὗ τόπου παραταξάμενος Ἀστυάγην ἐνίκησεν.*

5) Athen. l. XII. p. 531. d.: *Ἀναξιμένης δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Βασιλέων μεταλλαγαὶ περὶ τοῦ Στράτωνος τὰ αὐτὰ* (i. e. eadem quae narravit Theopompus libro XV Philippicorum cf. 531. a.) *ἱστορήσας διημιλλῆσθαί φησιν αὐτὸν Νικοκλεῖ τῷ τῆς ἐν Κύπρῳ Σαλαμῖνος βασιλεύσαντι, σπουδακότι περὶ τρυφὴν καὶ ἀσέλγειαν, ἀποθανεῖν τ' ἀμφοτέρους βιαίως.*

Ex Athenaei (l. c.) igitur verbis recte Schweighaeuserum (In Ind. Auctt. p. 30) colligere censet Ebertus l. c. (p. 102), „auctorem varia praesertim mortis genera spectasse, ita ut liber latine: Regum Mortes, sive cum Lactantio: De Mortibus Regum inscribi possit; eamque eo stabiliri opinionem, quod non dissimilis admodum Phaniae liber olim extiterit *Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας* inscriptus.[1]) Verum, ut pergit Ebertus, an prorsus reiectanea sit Dalecampii interpretatio: Regum Mutationes non licet per infrequentiam fragmentorum affirmare. Certe Stephani locus, sive in Cyri *μεταλλαγῇ* legeretur sive Astyagis, satis videtur probare, libri auctorem retulisse etiam, qui mutata imperia sint: ubi saepissime, non semper tamen, in regum decessus inciderit." Atque in universum utramque notionem ab auctoris sententia atque consilio non alienam fuisse nobis quoque persuasum est, quanquam unice vera prior ista vocis *μεταλλαγή* significatio confirmatur etiam Ephippi Olynthii libro *περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς* sive *τελευτῆς*, de quo opere infra[2]) videbimus.

Dein Ebertus libros historicos ab Anaximene rhetore conscriptos persequutus de *Βασιλέων Μεταλλαγῶν* auctore haec commentatus est: „Exordiar a Salaminio rege Nicocle, quem Anaximenes luxui et lasciviae impense deditum fuisse apud Athenaeum narrat: idem Nicocles, eodem auctore, exstinctus est violenta morte (*βιαίως*), quod in Nicoclem illum cadit, quem Ptolemaeus Soter ad mortem adegit Ol. 117, 3. 310 a. C. (cf. Polyaen. VIII, 48. Diod. XX, 21.). Hic Nicocles, qui propria manu sed cogente Ptolemaeo vitam finivit, si is est, de quo Anaximenes in *μεταλλαγαῖς* narrarat, tum hae *Βασιλέων Ματαλλαγαὶ* vix componi potuere ab Anaximene, Alexandri comite: etsi enim vitam extendisse ad annum 310 dici queat, tamen, ut rem eo quo dixi anno factam scribere

---

1) De hoc Phaniae libro cf. Ebert l. c p. 87. Eius autem argumentum cum Anaximenis *Βασιλέων Μεταλλαγαῖς* ita compararat p. 103 idem v. d.: „Anaximenes generaliter narrarit, nihil curans, utrum de regibus aliquis propria manu mortem invenisset, an foris inter caedendum pugnandumque, an domi globo coniuratorum: Phanias de mille modis leti (Stat. Theb. IX, 280), quibus regiae dignitatis homines fatigari vidisset, unum sibi persequendum sumpserit."

2) Cf. Lib. IX, C. I. Ex Dalecampii interpretatione idem fere significare voluisset Anaximenes voce *μεταλλαγή*, quod nos dicimus: Thronwechsel.

posset, aliquot certe annis ipsa re facta posterior esse debebat: insuper Anaximenes senex iam fere decrepitus libris scribendis adhuc vacasse dicendus esset. His motus caussis aliquis cum Meursio et Vossio eas *Μεταλλαγάς* Anaximeni tribuat ei, qui et ipse Lampsacenus, ex rhetoris sorore natus, historicus appellatur in loco Diogenis s. c. Quidquid placeat, non intercedam: verum necessario huic Anaximeni, ignoto prorsus homini (cf. Vales. ad Harpocr. s. v. *Ἀμφικτύονες*), illi libri non adscribuntur, nam probabiliter intelligendus est Nicocles, Euagorae filius, Alexandro M. prior, Macedoni Philippo aequalis: quam eandem sententiam egregie Perizonius (ad Ael. Var. Hist. VII, 2) confirmavit. Quocirca, praesertim quod in iisdem de Stratone et Nicocle historiis Theopompus et Isocrates memorantur, libros, qui *Βάσιλέων Μεταλλαγαί* inscribuntur, Anaximeni Lampsaceno rhetori dandos indico, quem, quia aliis etiam historicis operibus inclaruit, meo mihi merito in praecedentibus rhetorem eundemque historicum appellasse videor." [1]) Et recte quidem ita censuit vir eruditus, modo ne nimis dubius haesitaverit, locus ille Athenaei utrum ad Nicoclem priorem Euagorae filium an ad posteriorem a Ptolemaeo Lagida occisum pertineat. Etenim, ut alia taceam, posterior hic Nicocles vel ideo ne in censum quidem venire potest, quod non Salaminis ille, cui Nicocreon tunc praeerat, sed Paphi tyrannus erat.[2]) Quod vero Nicoclem hunc non diversum fuisse a Nicocreonte isto suspicabatur olim Wesselingius,[3]) id recte iam reprobatum est a Droysenio.[4]) Quare quum dubitari nequeat, quin ad priorem illum Nicoclem, Euagorae filium, Philippi aequalem,[5]) locus ille in *Βασιλέων Μεταλλαγαῖς* referendus sit, non est profecto, quod hunc librum Anaximeni Lampsaceno rhetori eidemque historico abrogemus.

Inter historicos autem idem rhetor Lampsacenus[6]) nominis famam duobus potissimum operibus adeptus erat an-

---

1) Cf. quae infra de historicis eius libris afferuntur.

2) Plut. Vit. Alex. c. 29. Diod. XX, 21. Eckhel. d. n. et praest. num. p. 238.

3) Wessel. ad Diod. l. c.

4) Hist. Diad. I. p. 404. ann. 12. Cf. 339. ann. 8. et Comment. nostr. de Ptolem. Lag. Vit. p. 36 sqq.

5) Accuratius de eo egit Perizon. ad Ael. l. c.

6) Male olim Casaubonus ad Diog. Laert. II, 3 rhetorem hunc a rerum scriptore secernendum abitrabatur. Cf. Rhunk. h. cr.

tequam Alexandrum Magnum et in expeditionibus comitaretur et scriptis celebraret. Quorum alterum, πρῶται ἱστορίαι inscriptum, opus satis profecto amplum, τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, ut ait Pausanias l. c., continebat, i. e. inde a deorum ortu (ἀπὸ θεογονίας) et generis humani primordiis (ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων) ad Mantinense proelium et Epaminondae mortem (Ol. 104, 3. 362 a. C.) deductum universas prope Graecorum et barbarorum res gestas duodecim voluminibus complectebatur;[1]) alterum Φιλιππικῶν titulo insignitum ea tractabat, ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου εἰργάσατο,[2]) quibus prioris libri continuatum fuisse argumentum sponte apparet. His tanquam tertia continuatio accedebant commentarii de Alexandri M. rebus conscripti αἱ περὶ Ἀλέξανδρον (ἱστορίαι), qui Anaximeni rhetori certissimis Pausaniae et Diogenis Laertii[3]) testimoniis tribuuntur. Quanquam vero rhetorem Lampsacenum Alexandri M. res scriptis persequutum esse praeter omnem dubitationem positum est, ad ipsa tamen haec scripta melius cognoscenda non multum sane eo proficitur. Etenim tam pauca tamque tenuia ad nos pervenerunt horum librorum fragmenta, ut ex his quidem de ipsius

---

p. 86, Wessel. ad Diod. XV, 76., Wyttenb. ad Plut. I. p. 1077., Clinton. F. H. App. p. 387. Kr.

1) Haec enim docet Diod. Sic. XV, 89, quem haud pauca ex hoc Anaximenis opere ipsum hausisse haud temere arbitratur Heynius de fontt. Hist. Diod. comm. III (ed. Bip. p. 84). Ceterum rectissime de hoc Anaximenis opere haec attulit Vossius l. c.: „Sed quae Pausanias vocat τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, haec ipse inscripserat πρώτας ἱστορίας, ut optime doctissimus Meursius colligebat ex istis verbis Athenaei VI. p. 231. c.: Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς ἐν ταῖς πρώταις ἐπιγραφομέναις ἱστορίαις. Nam quid aliud sint historiae primae, quam antiquissimae sive de vetustissimis rebus Graecorum? Sed et singulo numero πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν dixere; quo non primus rerum graecanicarum liber intelligi debet, sed πρώτη ἱστορία. Ita vocat Harpocrat. in Ἀμφικτύονες." Cf. Cap. II. Fragm. IV—X.

2) Pausan. l. c. Vossius l. c. recte animadvertit: „Philippicorum Anaximenis Eustratius meminit in Aristot. Eth. III, 8 et Harpocr. in Ἀλόννησος, ubi eum citat ἐν τετάρτῳ Φιλιππικῶν, item in Καβύλη, ubi octavum eius operis laudat, et in Μάστειρα." Cf. C. II Fragm. X—XVIII.

3) Pausaniae et Laertii locos huc spectantes adscripsimus supra p. 275. et 279.

operis argumento ac pretio iudicium facere vix possimus.[1]) Verumtamen in universum quidem certissime licet statuere, haud secus Anaximenem atque Clitarchum Callisthenemque in Alexandri rebus conscribendis rhetoricas potissimum, quibus prae ceteris excelleret, artes exercuisse et ostentasse nimioque tumore ac fuco rhetorico rerum veritatem haud raro turbasse ac praeclusisse. Quae sententia non solum iis nititur, quae de rhetorica viri arte et indole supra sunt annotata, sed testimoniis etiam confirmatur gravissimis. Primum est Plutarchi (Reip. gerend. praecept. C. VI.), qui postquam egregias Demosthenis atque Thucydidis orationes meritis laudibus celebravit, sequioris aetatis historicos inepte iis utentes ita perstringit: *Ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπέμπου καὶ Ἀναξιμένους ῥητορειῶν καὶ περιόδων, ἃς περαίνουσιν ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα καὶ παρατάξαντες ἔστιν εἰπεῖν· „Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας."* Alterum Dionysii Halicarnassensis (de Is. indic. 19. Vol. V. p. 626. ed. Reisk.), cuius haec sunt verba: *Ἀναξιμένην δὲ τὸν Λαμψακηνὸν ἐν ἁπάσαις μὲν ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων τετράγωνόν τινα εἶναι βουλόμενον· καὶ γὰρ ἱστορίας γέγραφε καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ συντάξεις καταλέλοιπε καὶ τέχνας ἐξηνήνοχεν, ἧπται δὲ καὶ συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ἀγώνων· οὐ μέντοι τέλειόν γε ἐν οὐδεμιᾷ τούτων τῶν ἰδεῶν ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ ἀπίθανον ὄντα ἐν ἁπάσαις θεωρῶν.*[2]) E quibus etiam de Homero quaedam commentatum esse Anaximenem colligitur. Tertium accedit Theocriti Chii, poetae epigrammatici, cuius quidem de maledico animo plura, ut ait Locynski ad Hermipp. Fragm. LXXIV, extant testimonia, qui vero Anaximenis orationem nimis ornatam iure suo videtur perstrinxisse. Apud Athenaeum enim lib. I. p. 21. c. haec leguntur: *Ἕρμιππος δέ φησι, Θεόκριτον τὸν Χῖον ὡς ἀπαίδευτον μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένους περιβολήν* (circumiectam orationem. Quintil.). Quod vero sub eiusdem Anaximenis titulo epicum quoque carmen in Alexandri M. honorem compositum ferebatur, id recte iam Pausanias spurium ac suppositicium suspicatur.[3]) Ceterum non infimum Anaximeni inter histori-

1) Sed. cf. ann. ad Fragm. III.

2) Cf. eund. de adm. vi dic. Dem. c. 8.

3) Paus. VI, 18, 3: *τὰ ἔπη δὲ τὰ ἐς Ἀλέξανδρον οὔ μοι πιστά ἐστιν Ἀναξιμένην τὸν ποιήσαντα εἶναι.*

cos locum a veteribus grammaticis esse assignatum, etiam eo intelligitur, quod una cum Callisthene et Clitarcho, de quibus supra diximus, eius libri in historicorum canonem recepti sunt.[1])

---

1) Cf. Bibl. Coisl. p. 597. Wyttenb. Vit. Ruhnk. (Lips. 1801) p. 147. et 232. Cf. Lib. VI. C. I. p. 226.

C. II.

LIBRORUM FRAGMENTA.

A. *Αἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαι.*

FRAGM. I.

Plut. de Fort. Alex. Or. I. c. 3. (T. IX. ed. Hutt.).

De copiarum numero, quibus Alexander Persas adortus sit, quae attulit Anaximenes, adscripta sunt Lib. I. C. II. Ptolem. Fragm. IV.

FRAGM. II.

Harpocrat. s. v. ἀκινάκης.

De acinace, gladio Persarum.

Ἀκινάκης. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Περσικὸν ξίφος.* (His, quae vulgo leguntur, ex codice Parisiensi Regio, D. littera signato, haec addidit Bekkerus): *ξίφος ἐστί· καὶ Ἀναξιμένης ἐν ᾱ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον.*

De hoc Persarum gladio uberius egit Lips. Anal. ad Milit. Roman. Dial. 3, 1. Pollux Onomast. 1, 10. p. 94. (ed. Amstel. 1526.) de eo haec habet: *καὶ ἀκινάκης, Περσικὸν ξιφίδιόν τι τῷ μηρῷ προσηρτημένον* et Curtius III, 3 (7), 18 de Dario scribit: „et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma vagina erat."

FRAGM. III.

Harpocr. s. v. Ἀλκίμαχος.

De Alcimachi cuiusdam oratione.

Ἀλκίμαχος. *Ἀναξιμένης δὲ ἐν τῇ β′ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἀνέγραψεν αὐτοῦ δημηγορίαν, πρὸς ἣν ἀντειπεῖν φησι Δημοσθένην.*

Quo rerum de Alexandro M. scriptarum nexu haec de Alcimacho commentatus fuerit Anaximenes certa quidem coniectura non licet assequi. Probabile tamen est, ad res ante Thebarum excidium Athenis factas pertinere. Ceterum Anaximenem rhetoricis potissimum artibus etiam in his operam dedisse egregie vel tenui hoc fragmento confirmatur.

B. *Πρῶται* (*Ἑλληνικαὶ*) *ἱστορίαι.*[1])

IV. Athen. VI. p. 231. c.: *Ἀναξιμένης δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν ταῖς πρώταις ἐπιγραφομέναις ἱστορίαις τὸν Ἐριφύλης ὅρμον διαβόητον γενέσθαι διὰ τὸ σπάνιον εἶναι τότε χρυσίον παρὰ τοῖς Ἕλλησι. καὶ γὰρ ἀργυροῦν ποτήριον ἦν ἰδεῖν τότε παράδοξον. μετὰ δὲ τὴν Δελφῶν ὑπὸ Φωκέων κατάληψιν πάντα τὰ τοιαῦτα δαψίλειαν εἴληφεν. ἐκ ποτηρίων δὲ χαλκῶν ἔπινον οἱ σφόδρα δοκοῦντες πλουτεῖν καὶ τὰς θήκας τούτων ὠνόμαζον χαλκοθήκας.*

V. Harpocr. s. v. *Ἀμφικτύονες. συνέδριόν τί ἐστιν Ἑλληνικὸν, συναγόμενον ἐν Θερμοπύλαις. ὠνομάσθη δὲ ἤτοι ἀπὸ Ἀμφικτύονος τοῦ Δευκαλίωνος, ὅτι αὐτὸς συνήγαγε τὰ ἔθνη βασιλεύων, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ. ταῦτα δὲ ἦν δώδεκα· Ἴωνες, Δωριεῖς, Πεῤῥαιβοὶ, Βοιωτοὶ, Μάγνητες, Ἀχαιοὶ, Φθιῶται, Μηλιεῖς, Δόλοπες, Αἰνιᾶνες, Δελφοὶ, Φωκεῖς, ἢ ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, ὡς Ἀναξιμένης ἐν ά Ἑλληνικῶν.* Eadem leguntur apud Apostolium III, 4.

VI. Strab. l. XIII. t. V. p. 290. (589. Cas.): *Μιλησίων δ' εἰσὶν καὶ αἱ Κολωναὶ αἱ ὑπὲρ Λαμψάκου ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῆς Λαμψακηνῆς· ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐπὶ τῇ ἐκτὸς Ἑλλησποντίᾳ θαλάττῃ, Ἰλίου διέχουσαι σταδίους τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν· ἐξ ὧν τὸν Κύκνον φασίν. Ἀναξιμένης δὲ καὶ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ φησὶ λέγεσθαι Κολωνὰς, καὶ ἐν τῇ Φωκίδι, καὶ ἐν Θετταλίᾳ.*

VII. Strab. l. XIV. t. V. p. 511. (635 Cas.): *Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς οὕτω φησὶν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον καὶ Λέρον Μιλήσιοι συνῴκισαν, καὶ περὶ Ἑλλήσποντον ἐν μὲν τῇ χεῤῥονήσῳ Λίμνας, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἄβυδον, Ἄρισβαν, Παισόν· ἐν δὲ τῇ Κυζικηνῶν*

---

1) Fragmenta eius libri, qui *Βασιλέων Μεταλλαγαί* inscriptus erat, supra (C. I. p. 279. ann. 4 et 5.) addita sunt.

νήσῳ Ἀρτάκην, Κύζικον· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Τρῳάδος Σκῆψιν. Addit Strabo: Ἡμεῖς δ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα λέγομεν καὶ τὰς ἄλλας τὰς ὑπὸ τούτου παραλελειμμένας.

VIII. Plut. Vit. Poplic. c. 9: Ἀπεδέξαντο δὲ τοῦ Οὐαλερίου καὶ τὰς εἰς τὸν συνάρχοντα (Βρούτον) τιμάς, αἷς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐκόσμησε. καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν ἐξ ἐκείνου τελευτήσασιν ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. Λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος· εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν.

IX. Harpocrat. s. v. Ἀρχιδάμιος πόλεμος: τὰ πρῶτα ι' ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν, καθὰ Θουκυδίδης καὶ Ἔφορος καὶ Ἀναξιμένης φασίν. Eadem leguntur apud Apostolium IV, 30.

C. Αἱ περὶ Φίλιππον ἱστορίαι (Φιλιππικά.)

X. Harpocr. s. v. πεζέταιρος: Ἀναξιμένης ἐν α' Φιλιππικῶν περὶ Ἀλεξάνδρου λέγων φησίν· ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους ἱππεύειν συνεθίσας ἑταίρους προσηγόρευσε, τοὺς δὲ πλείστους καὶ τοὺς πεζοὺς ἐς λόχους καὶ δεκάδας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελὼν πεζεταίρους ὠνόμασεν, ὅπως ἑκάτεροι μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες. Eadem leguntur in Photii lex. s. v. πεζέταιροι.

XI. Athen. V. p. 217. d.: Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης ἔτη τεσσαράκοντα ἕν· Θεόπομπος δὲ τριάκοντα πέντε, Ἀναξιμένης τεσσαράκοντα, Ἱερώνυμος εἴκοσιν ὀκτώ, Μαρσύας δὲ (Fragm. IV.) καὶ Φιλόχορος εἴκοσι τρία. Addit Athenaeus: Τούτων οὖν διαφόρως ἱστορουμένων λάβωμεν τὸν ἐλάχιστον ἀριθμὸν τὰ εἴκοσι τρία ἔτη.[1])

---

1) Non assequimur, quid velint quae annotavit de hoc loco Westermannus ad Voss. l. c p. 92. ann. 22: „Hinc (ex Philippicis) fortasse deprompsit Archelaüs (?) quae refert Athen. V. p. 217. d."

XII. Eustratius ad Aristot. Eth. Nic. III, 8. fol. 46 verso ed. Aldin. 1536. *Ἕρμαιον ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας τόπος οὕτως λεγόμενός ἐστι πεδινὸς ἐν αὐτῇ, τῶν ἄλλων ἀνωμάλων ὄντων. ἐν ᾧ παρατεταγμένοι ποτὲ Κορωνεῖς σὺν τοῖς βοηθήσουσιν αὐτοῖς στρατιώταις ἐκ τοῦ μετὰ τοίχου* (sic. scr. *Μεταχοίου*, cf. Marx Ephori Fragm. p. 256) *μετὰ τῶν Βοιωταρχῶν, ὅτε τὴν πόλιν κατέλαβον* (scr. *κατέλαβεν*) *καὶ τὴν ἀκρόπολιν εἶχεν ὑφ' ἑαυτῷ ὁ μόναρχος ὁ Φωκεύς* (scr. *Ὀνόμαρχος ὁ Φ.*) *προδοθεῖσαν αὐτῷ, αὐτοὶ μὲν μείναντες ἀπέθανον ὑπὸ τῶν ἀμφὶ τὸν μόναρχον* (*Ὀνόμ.*), *ἀποκλείσαντες τὰς πύλας, ἵνα αὐτοῖς μηδὲ βουλομένοις ἐξείη φυγεῖν καὶ καταλιπεῖν τὴν πατρίδα. οἱ δὲ τῶν Βοιωτῶν βοηθήσαντες αὐτοῖς στρατιῶται ἐκ τοῦ μετὰ τοίχου* (*Μεταχοίου*) *ἔφυγον εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης αἰσθόμενοι ἕνα τεθνάναι τῶν Βοιωταρχῶν Χάρωνα. Ἱστοροῦσι περὶ τῆς μάχης ταύτης Κεφισόδωρος* (scr. *Κηφισσόδωρος*) *ἐν τῷ δωδεκατέῳ* (scr. *τῇ δωδεκάτῃ*) *τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου καὶ Ἀναξιμένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Φίλιππον καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τριακοστῇ.*

XIII. Harpocr, s. v. *Ἁλόννησος: Μνημονεύει δὲ τῆς ἀμφισβητήσεως τῆς περὶ Ἁλοννήσου καὶ Θεόπομπος ἐν δ' καὶ Ἀναξιμένης ἐν δ' Φιλιππικῶν.*

XIV. Idem s. v. *Μάστειρα: Μήποτε γραπτέον Βάστειραν ἢ Πίστειραν ἢ Ἐπίμαστον, ἐπεὶ ταύτας τὰς πόλεις εὑρίσκομεν παρ' Ἀναξιμένει ἐν ζ' τῶν περὶ Φίλιππον, τὴν δὲ Μάστειραν οὐδαμοῦ μνήμης τυχοῦσαν.* Eadem habet Phot. s. h. v.

XV. Idem s. v. *Καβύλη: Χωρίον ἐστὶ τῆς Θρᾴκης, ὡς φησι Θεόπομπός τε ἐν μ'ζ καὶ Ἀναξιμένης ἐν η' Φιλιππικῶν. οὗτος δέ φησιν αὐτὸ ἱδρῦσθαι πρὸς Τάξῳ ποταμῷ κατὰ μέσον τῆς Θρᾴκης.*

XVI. Idem s. v. *Μύρτανον: Φρούριον ἦν ἐν Θρᾴκῃ, ὡς Μαρσύας ὁ πρεσβύτερος* (Fragm. VI.) *ἐν ζ' Μακεδονικῶν καὶ Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῶν* *.

XVII. Idem s. v. *ὁ κάτωθεν νόμος*, aliis eius dictionis ex Didymo rationibus allatis, ita pergit: *ἢ ἐπεί, φησί, τοὺς ἄξονας καὶ τοὺς κύρβεις ἄνωθεν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησι Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικοῖς.* Eadem habet Photius s. h. v.

Loci communes.[1])

XVIII. Stob. Florileg. 38, 44: *Ἀναξιμένους. Οἱ γὰρ μετὰ φθόνου κρίνοντες τὸ πρωτεῖον ἀπονέμουσι τοῖς χειρίστοις, οὐ τοῖς βελτίστοις.*

XIX. Ibid. 45: *Τοῦ αὐτοῦ. Ὅσοι γὰρ τὰ καλῶς ῥηθέντα ἢ πραχθέντα διὰ φθόνον οὐκ ἐπαινοῦσι, πῶς οὗτοι ἂν τοῖς ἔργοις ὠφελήσειαν;*

XX. Ibid. 49, 17: *Ἀναξιμένους. Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς ῥήτωρ ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Φαίδρου* (scribendum videtur *Ἀλεξάνδρου* an *Φιλίππου*?), *τί ἀκοινώνητόν ἐστιν, εἶπε, Τυραννίς.*

XXI. Ibid. 79, 37: *Ἀναξιμένους. Οὗτος γὰρ μάλιστα πάντων φιλοπάτωρ ἐστὶν, ὅστις ζητεῖ δι' οὗ μηδὲν λυπήσας τὸν πατέρα πλεῖστ' αὐτὸν εὐφράναιτ' ἄν. Τί γάρ ἐστι δικαιότερον ἢ τοὺς γενέσεως καὶ παιδείας αἰτίους ὄντας ἀντευεργετεῖν;*

XXII. Ibid. 97, 21: *Ἀναξιμένους. Οὐ γὰρ οὕτως οἱ πλουτοῦντες ὡς οἱ πένητες τοὺς ἀτυχοῦντας οἰκτείρειν εἰώθασι· δεδιότες γὰρ περὶ αὑτῶν* (*αὐτῶν* Gaisf.) *τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς ἐλεοῦσιν.*

XXIII. Ibid. 117, 5: *Ἀναξιμένους. Τοῖς γὰρ ἀστείοις πρεσβύταις, ὅσον οἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι πάλιν αὔξονται· καὶ τοσούτῳ βεβαιότερον αὐτοῖς παρέχει τὸ λέγειν τί χρήσιμον τοῖς ἄλλοις, καὶ παρ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀκούειν. Ὥστε τὰς μὲν ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ ἀφροδισίων ἡδονὰς γινομένας ἰδεῖν ἐστιν οὐχ οὕτως εἰς τὸ παραχρῆμα εὐφραινούσας, ὡς ὕστερον λυπούσας· ἡ δὲ περὶ τοὺς λόγους ἡδονὴ καὶ μάθησις ἔν τε τῷ παραυτίκα εὐφραίνει καὶ πρὸς τὸν ἄλλον βίον τοὺς μανθάνοντας διάγειν ἡδέως παρασκευάζει.*

---

1) Ex libris historicis sua excerpsisse Stobaeum recte annotat Westermannus ad Voss. l. c. p. 93. ann. 23. Neque improbabile est, hoc illud pertinere ad *τὰς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίας.*

LIB. VIII.

CHARES MYTILENAEUS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Chares Mytilenaeus [1]) in numero eorum habendus est Alexandri M. rerum scriptorum, qui regem non solum comitabantur in expeditionibus, sed munere quoque singulari fungebantur ab eo sibi demandato. Appellatur enim apud Plutarchum (Vit. Alex. c. 46) *Χάρης ὁ εἰσαγγελεύς*,[2]) cuius ministerii caerimoniam Alexander inter alia receperat Persicae aulae instituta. Atque apud Persas quidem aulici isti *ἀζαραπατεῖς* i. e. admissionum magistri dicebantur,[3]) quibus id negotii erat, ut res nuntiatas ad regem perferrent exterarumque gentium legatos et ceteros, quibus rege convento opus erat, introducerent, quandoquidem familiarissimos tantum regis amicos *ἄνευ εἰσαγγελέως* in regiam quando commodum esset licebat introire.[4]) Ceterum non parvi esse existimandam huius muneris dignitatem et per se patet et Aristazanis

---

1) Eius vitam et scripta attigerunt Fabricius Bibl. gr. III. p. 37. Harl. Vossius de hist. gr. I, X. p. 96. Westerm., Santo-Crucius Exam. Crit. p. 39 sq. Mytilenaeus appellatur a Plutarcho Vit. Alex. c. 54 (Fragm. VIII.) et Athenaeo I. p. 27. d. (Fr. XIII.) III. p. 93. c. (Fr. XII.), ib. p. 124 (Fr. XI.), VII. p. 277. a. (Fr. IV.), X. p. 436 f. (Fr. XV.) XI. p. 514. (Fr. X.) XIII. p. 575. a. (Fragm. XVII.).

2) Quod male mutandum existimarunt in *Θεαγγελεύς* Holstenius et Reinesius.

3) Cf. Hesych. s. v. *ἀζαραπατεῖς*.

4) Wessel. ad Diod. XVI, c. 47.

probatur exemplo, qui Darii *εἰσαγγελεὺς*, Diodoro teste,[1]) simul *πιστοτότατος ἦν τῶν φίλων μετὰ Βαγώαν*. Viri autem, qui domestica haec negotia administrabant, quum a rebus bellicis esse remoti solerent atque alieni, non mirabimur, quod neque ab Arriano neque ab alio Alexandri M. rerum scriptore quae ad Charetis vitam melius cognoscendam valerent tradita sunt.[2]) Verumtamen illud quidem constat, haud ignobile fuisse eius nomen suppares inter scriptores, qui Alexandri res litteris mandarunt. Composuit enim commentarios, decem certe historiarum libros amplexos,[3]) quorum quidem argumentum in ipsius Alexandri moribus et vita privata enarranda imprimis videtur versatum esse. Huc enim omnia fere spectant, quae a Plutarcho potissimum et Athenaeo ex eius commentariis deprompta sunt, quum de rebus gestis, proeliis, expeditionibus, populis ac terris Alexandri imperio subiectis ad Charetis auctoritatem nemo veterum auctorum ita provocaverit, ut his rebus conscribendis una cum reliquis scriptoribus eum operam dedisse hinc liceat coniectare. Tametsi miraremur profecto, praesertim in tanto librorum ambitu, si omni earum rerum mentione Chares supersedisset, quae ad primarium argumentum vel illustrandum vel ornandum in suam rem converti posse viderentur, qualia sunt, quae de oraculi Ammonii origine (Fragm. III.), de Indorum venatione (Fragm. XII.), de Soroadeo (Suradêvas) numine Indico (Fragm. XIII.), de Susorum urbis nomine (Fragm. V.), et immensa Persicorum regum luxuria (Fragm. X.) exposita sunt. Plura etiam Plinium in Historia Naturali ex eius libris hausisse docemur non solum Fragmento III, sed Elenchis etiam librorum XII et XIII. Quam scite autem atque eleganter eiusmodi excursus commentariis intexuerit, luculento est documento lepidissima illa Persarum de Zariardre et Odati fabula (Fragm. XVII.), quae nullius profecto animum non summa voluptate inter legendum deliniverit.

---

1) Diod. l. XVI, c. 47.

2) Cave, ne huc referas, quae de Charete Atheniensi apud Arrianum (Exp. Alex. I, c. 10 III, c. 2) vel de Charo, adolescente fortissimo, apud Curtium VIII, c. 11. scripta sunt.

3) Decimus enim eius liber *τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν* citatur ab Athenaeo XIII, p. 575 (Fr. XVI.), praeterea apud eundem IV. p. 171. b. (Fragm. VI.) tertius, XII. p. 514. e. (Fr. X.) quintus, III, p. 93 (Fragm. XII.) septimus liber appellatur.

Iam vero satis ex his intelligitur, Charetis commentarii quanta fuerint copia ac varietate argumenti. Accedit, quod fides quoque huius auctoris integerrima et omni laude digna est existimanda. Primum enim si munus spectamus, quo ille fungebatur, ex perpetua ipsius Alexandri propinquitate et consuetudine, cui ipso admissionum magisterio ubique adstrictus erat, consentaneum est, quae ad personam regis vitamque privatam pertinerent, potuisse Charetem optime comperta habere. Neque voluntatem studiumque veritatis, alteram historiarum scriptoris virtutem, sine summa iniuria Chareti quisquam detrectabit, quandoquidem a commentis eum fabularumque fictarum ineptiis alienum fuisse, fragmenta docent ac satis vel inde licet asseverare, quod eius nomen inter paucos illos Alexandri rerum scriptores reperitur, qui Amazonem in regis castra venisse sincere negare non dubitarunt. Quare quod uno loco (Fragm. I.) de Alexandro ab ipso Dario vulnerato minus vere Chares prodidit, non tam ex Alexandri adulatione fluxisse mihi videtur, quam ex errore, in quem admissionum magister acies ac proelia parum curans facile poterat incidere, praesertim quum quid gloriolae ad Alexandri virtutem ex tali potuerit adulatione redundare, equidem non assequar. Alioquin egregiam ubique a Charete in rebus et cognoscendis et enarrandis adhibitam esse fidem ac diligentiam, recentiorum etiam virorum doctorum, qui vel iudicio vel auctoritate in his plurimum valent, confirmatur testimonio. Denique ne tenue atque exiguum censeas detrimentum, quod Alexandri M. rerum cognitio ceperit opere deperdito, quod non tam expeditiones, proelia, bella, quam ea contineret, quae ad ipsam regis personam vitamque privatam spectarent, memineris quaeso quae verissime animadvertit Plutarchus (Vit. Alex. c. I.): *ἀλλὰ πρᾶγμα βραχὺ πολλάκις καὶ ῥῆμα καὶ παιδιά τις ἔμφασιν ἤθους ἐποίησε μᾶλλον, ἢ μάχαι μυριόνεκροι καὶ παρατάξεις αἱ μέγισται καὶ πολιορκίαι πόλεων.*

CAP. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

a) Plut. Vit. Alex. C. 20. b) Plut. de Fort. Alex. II, C. 9.

Alexander proelio Issico ab ipso Dario vulneratus esse narratur.

a) *Ἀλεξάνδρῳ δὲ τὸν μὲν τόπον ἡ τύχη παρέσχεν, ἐστρατήγησε δὲ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ὑπαρχόντων πρὸς τὸ νικῆσαι βέλτιον, ὅς γε τοσούτῳ πλήθει τῶν βαρβάρων λειπόμενος ἐκείνοις μὲν οὐ παρέσχε κύκλωσιν, αὐτὸς δὲ τῷ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον ὑπερβαλὼν καὶ γενόμενος κατὰ κέρας φυγὴν ἐποίησε τῶν καθ' αὑτὸν βαρβάρων ἐν πρώτοις ἀγωνιζόμενος, ὥστε τρωθῆναι ξίφει τὸν μηρὸν, ὡς μὲν Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου (συμπεσεῖν γὰρ αὐτοὺς εἰς χεῖρας), Ἀλέξανδρος δὲ περὶ τῆς μάχης ἐπιστέλλων τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, οὐκ εἴρηκεν, ὅστις ἦν ὁ τρώσας, ὅτι δὲ τρωθείη τὸν μηρὸν ἐγχειριδίῳ· δυσχερὲς δ' οὐδὲν ἀπὸ τοῦ τραύματος συμβὰν γέγραφε.*

b) *Ἐν Ἰσσῷ ξίφει τὸν μηρὸν (πληγεὶς), ὡς Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως εἰς χεῖρας αὐτῷ συνδραμόντος. Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ἁπλῶς γράφων καὶ μετὰ πάσης ἀληθείας πρὸς Ἀντίπατρον· Συνέβη δέ μοι, φησί, καὶ αὐτῷ ἐγχειριδίῳ πληγῆναι εἰς τὸν μηρόν. ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον οὔτε παραχρῆμα οὔτε ὕστερον ἐκ τῆς πληγῆς ἀπήντησεν.*

Eadem de re Plutarchus de Fort. Alex. or. I. c. 2: *ἔπειτα περὶ Γράνικον τὴν κεφαλὴν βαρβαρικῇ μαχαίρᾳ διεκόπην, ἐν δ' Ἰσσῷ ξίφει τὸν μηρόν.* Cf. Arr. Exp. Alex. II, 12, 1. Diodor. XVII, c. 34. Curt. III, 11 (27), 10. 12 (30), 2. Justin. XI, 9, 9. De Issico proelio egerunt etiam Ptolem. Fragm. V. Clitarch. Fragm. III. Prae ceteris autem Calli-

sthen. Fragm. XIII. (p. 253.). Cf. Ann. ad hh. ll. Ceterum de hoc Charetis errore diximus C. I. p. 292.

FRAGM. II.

Plut. Vit. Alex. C. 24.

De Alexandri intra Tyri oppugnationem somniis et expeditione quadam contra Arabes suscepta.

Τύρον δὲ πολιορκῶν ἑπτὰ μῆνας χώμασι καὶ μηχαναῖς καὶ τριήρεσι διακοσίαις ἐκ θαλάττης ὄναρ εἶδε τὸν Ἡρακλέα δεξιούμενον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ καλοῦντα. Τῶν δὲ Τυρίων πολλοῖς κατὰ τοὺς ὕπνους ἔδοξεν ὁ Ἀπόλλων λέγειν, ὡς ἄπεισι πρὸς Ἀλέξανδρον· οὐ γὰρ ἀρέσκειν αὐτῷ τὰ πρασσόμενα κατὰ τὴν πόλιν. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ὥσπερ ἄνθρωπον αὐτομολοῦντα πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν θεὸν εἰληφότες σειράς τε τῷ κολοσσῷ περιέβαλλον αὐτοῦ καὶ καθήλουν πρὸς τὴν βάσιν Ἀλεξανδριστὴν καλοῦντες. Ἑτέραν δὲ ὄψιν Ἀλέξανδρος εἶδε κατὰ τοὺς ὕπνους. Σάτυρος αὐτῷ φανεὶς ἐδόκει προσπαίζειν πόῤῥωθεν, εἶτα βουλομένου λαβεῖν ὑπεξέφυγε· τέλος δὲ πολλὰ λιπαρήσαντος καὶ περιδραμόντος ἦλθεν εἰς χεῖρας. Οἱ δὲ μάντεις τοὔνομα διαιροῦντες οὐκ ἀπιθάνως ἔφασαν αὐτῷ· „Σὰ γενήσεται Τύρος." Καὶ κρήνην δέ τινα δεικνύουσι πρὸς ἣν κατὰ τοὺς ὕπνους ἰδεῖν ἔδοξε τὸν Σάτυρον. Διὰ μέσου δὲ τῆς πολιορκίας ἐπὶ τοὺς Ἄραβας τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ἀντιλιβάνῳ στρατεύσας ἐκινδύνευσε διὰ τὸν παιδαγωγὸν Λυσίμαχον· ἐξηκολούθησε γὰρ αὐτῷ λέγων τοῦ Φοίνικος οὐκ εἶναι χείρων οὐδὲ πρεσβύτερος. Ἐπεὶ δὲ πλησιάσας τοῖς ὀρεινοῖς καὶ τοὺς ἵππους ἀπολιπὼν πεζὸς ἐβάδιζεν, οἱ μὲν ἄλλοι πολὺ προῆλθον, αὐτὸς δὲ τὸν Λυσίμαχον, ἑσπέρας ἤδη καταλαμβανούσης καὶ τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων, ἀπαγορεύοντα καὶ βαρυνόμενον οὐχ ὑπομένων ἀπολιπεῖν, ἀλλ' ἀνακαλούμενος καὶ παρακομίζων ἔλαθε τοῦ στρατεύματος ἀποσπασθεὶς μετ' ὀλίγων καὶ σκότους ἅμα καὶ ῥίγους σφοδροῦ νυκτερεύων ἐν χωρίοις χαλεποῖς. Εἶδεν οὖν πόῤῥω πυρὰ πολλὰ καιόμενα σποράδην τῶν πολεμίων. Θαῤῥῶν δὲ τοῦ σώματος τῇ κουφότητι καὶ τῷ πονεῖν αὐτὸς ἀεὶ παραμυθούμενος τὴν ἀπορίαν τῶν Μακεδόνων προσέδραμε τοῖς ἔγγιστα πῦρ καίουσι· καὶ περικαθημένους τῇ πυρᾷ δύο βαρβάρους πατάξας τῷ ἐγχειριδίῳ καὶ δαλὸν ἁρπάσας ἧκε πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ κομίζων. Ἐγκαύσαντες δὲ πῦρ πολὺ τοὺς μὲν εὐθὺς ἐφόβησαν, ὥστε φυ-

γεῖν, τοὺς δ' ἐπιόντας ἐτρέψαντο καὶ κατηυλίσθησαν ἀκινδύνως. Ταῦτα μὲν οὖν Χάρης ἱστόρηκεν.

Primum quod ad scripturae discrepantiam attinet, „*Σὰ γενήσεται Τύρος*" dedimus ex auctoritate codicis C et Zonarae p. 134. pro vulg. *Σὴ γενήσ. Τύρος*, quanquam eam tuetur Sintenisius haec annotans: „*σὰ* Cx probatum nuperis, ac videri potest sic legisse Zonaras l. c.: *ἐκρίθη δ' οὗτος ὁ ὄνειρος δηλοῦν αὐτῷ καὶ διαίρεσιν τοῦ ὀνόματος ὡς „σὰ Τύρος ἔσται,"* cl. qui ex hoc loco hausisse videtur Eustathio in Dionysii Perieg. v. 911., sed suspecta in talibus est codicis C. fides nec opus isto acumine. Longius progressus Acidalius ad Curt. IV, 2, 17 delebat *γενήσεται*, quod ipsum, credo, documento est, *σὴ* Plutarchum non *σὰ* scripsisse." De Alexandri somnio cf. Arr. Exp. Alex. II, 18, 1: *καί τι θεῖον ἀνέπειθεν αὐτὸν ὅτι ἐνύπνιον αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐδόκει αὐτὸς μὲν τῷ τείχει προσάγειν τῶν Τυρίων, τὸν δὲ Ἡρακλέα δεξιούμενον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ καλοῦντα.* Curt. IV, 2 (10), 17: „At ille handquaquam rudis pertractandi militares animos speciem sibi Herculis in somno oblatam esse pronuntiat dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum." — De specie Apollinis per somnum Tyrio cuidam visa cf. Diod. XVII, 41: *ἑωρακέναι δέ τις ἔφησεν ὄψιν καθ' ἣν ὁ Ἀπόλλων* (quem eundem esse quem Baal ipsi dicerent, putat Creuzer. Symb. II. p. 269.) *ἔλεγε μέλλειν ἑαυτὸν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. — Οἱ δὲ Τύριοι δεισιδαιμονήσαντες χρυσαῖς σειραῖς προσέδησαν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ξόανον τῇ βάσει, ἐμποδίζοντες, ὡς ᾤοντο, τοῦ θεοῦ τὸν ἐκ τῆς πόλεως χωρισμόν.* Curt. IV, 3 (15), 21: „Quumque unus e civibus in concione indicasset, oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis, quem eximia religione colerent, urbem deserentis, molemque a Macedonibus in salo iactam in silvestrem saltum esse mutatam: quamquam auctor levis erat, tamen ad deteriora credenda proni metu aurea catena devinxere simulacrum, araeque Herculis, cuius numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo deo Apollinem retenturo." De Tyri expugnatione praeter Arrianum (qui Aristobulo potissimum auctore in his describendis videtur usus esse, id quod colligitur ex Fragmento (IV b in Addendis) ap. Menandr. de encom. II, 1 (T. 9. p. 160. Rhet. Gr. ed. Walz). Curtium, Diodorum ll. cc. cf. Polyaen. Strateg. IV, 3, 3. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 269 sqq. Droysen. Hist. Alex. p. 184 sqq. De urbis situ et magnitudine cf. Strab. l. XVI. t. VI. p. 337 (757 Cas.) sqq. Recentiorum autem

peregrinatorum relationes diligentissime congessit Mützell. ad Curt. p. 189—90 et 365—66. De Arabica denique expeditione cf. Arr. Exp. Alex. II, 20, 5 sqq. Curt. IV, 3 (11), 24. Polyaen. Strateg. IV, 3, 4, ubi temere scribitur, intra hanc ipsam expeditionem Alexandro absente Tyrum captam esse. Droysen. Hist. Alex. p. 188. ann. 37. — De Lysimacho paedagogo plura leguntur apud Plut. Vit. Alex. c. 5. Cf. Stahr. Aristotel. T. I, p. 89, 90 et 127.

FRAGM. III.

Plin. N. H. XXXVII, C. II, sect. 11, §. 33.

De Hammonis delubri et oraculi origine.

Modestiores, sed aeque falsum prodidere, in extremis Adriatici sinus rupibus inviis arbores stare, quae canis ortu hoc effunderent gummi (i. e. electrum). Theophrastus in Liguria effodi dixit, **Chares vero Phaethontem in Aethiopia Hammonis obiisse; ob id delubrum ibi esse atque oraculum electrumque gigni.**

Locus Theophrasti est in libro *περὶ λίθων* §. 16. T. I. p. 690 ed. Schneid.: *Εἰσὶ δὲ* (*ἄνθρακες*) *περί τε τὴν Λιγυστικὴν, ὅπου καὶ τὸ ἤλεκτρον, καὶ ἐν τῇ Ἠλείᾳ βαδιζόντων Ὀλυμπίαζε τὴν δι' ὄρους, οἷς καὶ οἱ χαλκεῖς χρῶνται.* Cf. Schneid. ad h. l. Ceterum Charetem haec scripsisse ubi de Alexandri ad Ammonium itinere sermo esset sponte apparet.

FRAGM. IV.

Athen. VII. p. 277. a.

Alexander in Babylonia terrra pomis delectatur pulcherrimis.

Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἱστορεῖ ὡς κάλλιστα μῆλα εὑρὼν ὁ Ἀλέξανδρος περὶ τὴν Βαβυλωνίαν χώραν, τούτων [τε] πληρώσας τὰ σκάφη μηλομαχίαν ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιήσατο, ὡς τὴν θέαν ἡδίστην γενέσθαι.

In antecedentibus ex Dorothei commentariorum de Alex. M. libro sexto allata sunt haecce: *φιλόμηλοι δ' ἦσαν Φίλιππός τε ὁ Μακεδὼν καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος.* Voculam *τε* deleam.

FRAGM. V.

Athen. XII. p. 513. f.

De immodica Persarum luxuria et Susorum urbis nomine.

Διαβόητοι δὲ ἐπὶ τρυφῇ ἐγένοντο πρῶτοι πάντων ἀνθρώπων Πέρσαι. ὧν καὶ οἱ βασιλεῖς ἐχείμαζον μὲν ἐν Σούσοις, ἐθέριζον δ' ἐν Ἐκβατάνοις. κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον. ἐν Περσεπόλει δὲ διατρίβουσι φθινόπωρον καὶ ἐν Βαβυλῶνι τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρος.

Quae ad interpretationem pertinent adscripsimus ad Aristob. Fragm. XIII. Cf. Char. Fragm. X. et Ephippi Fragm. II et III.

FRAGM. VI.

Athen. IV. p. 171. b.

De Ptolemaeo Alexandri praegustatore (*ἐδεάτρῳ*).

Χάρης γοῦν ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν Πτολεμαῖόν φησι τὸν Σωτῆρα ἐδέατρον ἀποδειχθῆναι Ἀλεξάνδρου.

De *ἐδεάτρου* nomine ac munere apud eundem Athenaeum l. c. ex Artemidori libris afferuntur haecce: *ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγεύστας ἐδεάτρους, ὅτι προήσθιον τῶν βασιλέων πρὸς ἀσφάλειαν. νῦν δὲ ὁ ἐδέατρος ἐπιστάτης γέγονε τῆς ὅλης διακονίας· ἦν δ' ἐπιφανὴς καὶ ἔντιμος ἡ χρεία.* — Temere autem a nonnullis Ptolemaei cognomentum *Σωτὴρ* ab hoc munere esse repetitum annotavimus in Comment. de Ptolem. Vit. C. II. p. 13. ann. 15. De discrimine, quod intercedit inter *ἐδέατρον* et *ἐλέατρον*, quod olim h. l. legebatur, cf. Schweigh. ann. ad Athen. l. c.

FRAGM. VII.

Athen. X. p. 434. d.

De Callisthene Alexandri poculum repudiante.

Καλλισθένης δὲ ὁ σοφιστής, ὥς Λυγκεὺς ὁ Σάμιός φησιν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι καὶ Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ἐν ταῖς ἱστορίαις, ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου τῆς τοῦ ἀκράτου κύλικος εἰς αὐτὸν ἐλθούσης, ὡς διωθεῖ-

το, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ διὰ τί οὐ πίνεις; Οὐδὲν δέομαι, ἔφη, Ἀλεξάνδρου πιὼν, τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.

Ita recte hunc locum emendaverunt Casaubonus et Schweighaenserus secundum Plutarch. Sympos. I, c. 6: *Δοκεῖ δὲ καὶ Καλλισθένης ἐν διαβολῇ γενέσθαι πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον), ὡς δυσχεραίνων δειπνεῖν διὰ τὸν πότον* (mavult Reiskius: *δυσχεραίνων παρ' αὐτῷ δειπνεῖν διὰ τὸν πολὺν πότον*)· *ἐπεὶ καὶ κύλικα λεγομένην Ἀλεξάνδρου μεγάλην ἐλθοῦσαν ἐπ' αὐτὸν ἀπεώσατο φήσας, οὐκ ἐθέλειν Ἀλεξάνδρου πιὼν Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι*, et de cohib. ira c. 3 ad fin.: *Καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Καλλισθένης (παρώξυνεν) εἰπὼν, τῆς μεγάλης κύλικος περιφερομένης· Οὐ βούλομαι πιὼν Ἀλεξάνδρου Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.* „Pro verbo *ἐθέλω* (*βούλομαι*), quod posuit Plutarchus, eadem notione haud inscite Athenaeus idem verbum *δέομαι* posuit, quod in fine responsi repetitur. Quod vero istam dictionem, *τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι*, omnes interpretes sic interpretantur: „Aesculapio opus habere vel indigere," rectius factum mihi visum erat, si ut ad genitivum *Ἀλεξάνδρου*, sic et ad *Ἀσκληπιοῦ* nomen *κύλικα* subintelligeremus. Aesculapii autem poculum quid dixerit Callisthenes, satis perspicuum videtur." Schweigh. Ceterum de Callisthene quae huc spectant vid. Lib. VI. C. I. p. 202 sqq.

FRAGM. VIII.

Plut. Vit. Alex. C. 54.

De Callisthene regis adorationem detrectante.

Χάρης δὲ ὁ Μιτυληναῖός φησι, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ πιόντα φιάλην προτεῖναί τινι τῶν φίλων· τὸν δὲ δεξάμενον πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι καὶ πιόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον [ἐν τῷ συμποσίῳ] καὶ κατακλιθῆναι. Πάντων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς τὸν Καλλισθένην λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πιόντα προσιέναι φιλήσοντα, Δημητρίου δὲ τοῦ προςονομαζομένου Φείδωνος εἰπόντος „Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς· οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσεκύνησε," διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον, τὸν δὲ Καλλισθένη μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν „Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι."

Verba *ἐν τῷ συμποσίῳ* altero loco male post *Ἀλέξανδρον* repetita recte delenda censet Sintenisius. Ceterum de ipsa re cf. Lib. VI. C. I. p. 204 sqq.

FRAGM. IX.

Plut. Vit. Alex. C. 55.

De Callisthenis Olynthii interitu.

Ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν (Καλλισθένην) οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δὲ ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα, Χάρης δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη παρόντος Ἀριστοτέλους, ἐν αἷς δὲ ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα.

De variis narrationibus, quae de Callisthenis morte circumferebantur, cf. Lib. VI. C. I. p. 208 sqq.

FRAGM. X.

Athen. XII. p. 514 e. f.

De immensa Persicorum regum luxuria.

Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν „Εἰς τοῦτο (φησὶν) ἧκον τρυφῆς οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὥστε ἔχεσθαι τῆς βασιλικῆς κλίνης ὑπὲρ κεφαλῆς οἴκημά τι πεντάκλινον, ἐν ᾧ χρυσίου πεντακισχίλια διὰ παντὸς ἔκειτο τάλαντα· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο προσκεφάλαιον βασιλικόν. καὶ πρὸς ποδῶν ἕτερον οἴκημα τρίκλινον, οὗ τάλαντα τρισχίλια ἔκειτο ἀργυρίου, καὶ προσηγορεύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον. ἦν δ' ἐν τῷ κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τῆς κλίνης."

De vite aurea in sequentibus adduntur haec: *τὴν δὲ ἄμπελον ταύτην Ἀμύντας φησὶν ἐν τοῖς Σταθμοῖς καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων συντεθειμένους, οὐ μακρὰν τε ταύτης ἀνακεῖσθαι κρατῆρα χρυσοῦν, Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ποίημα.* Eadem de re cf. infra p. 539. d. Schweigh. ad h. l. conferri iubet etiam Brisson. de Regn. Pers. l. l. sect. 77.

FRAGM. XI.

Athen. III. p. 124. c.

De nivis conservatione intra Petrae urbis oppugnationem ab Alexandro instituta.

Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις καὶ ὅπως δεῖ χιόνα διαφυλάττεσθαι εἴρηκε, διη-

γούμενος περὶ τῆς πολιορκίας τῆς ἐν Ἰνδοῖς πόλεως Πέτρας, ὀρύξαι φάσκων τὸν Ἀλέξανδρον ὀρύγματα τριάκοντα συχνὰ, ἃ πληρώσαντα χιόνος παρεμβαλεῖν δρυὸς κλάδους. οὕτω γὰρ παραμενεῖν πλείω χρόνον τὴν χιόνα.

Droysenius in Hist. Alex. p. 380. ann. 29[b] hanc Charetis narrationem fortasse ad Aorni saxi expugnationem pertinere coniicit.

FRAGM. XII.

Athen. III. p. 93. c. et d.

De ostrearum et margaritarum in Indico mari venatione.

Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ἑβδόμῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν φησι „Θηρεύεται δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν, ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν καὶ Περσικὴν καὶ Σουσιανὴν καὶ Βαβυλωνίαν, παρόμοιον ὀστρέῳ· τὸ δ' ἐστὶν ἁδρὸν καὶ πρόμηκες, ἔχον ἐν αὑτῷ σάρκα καὶ μεγάλην καὶ λευκὴν, εὐώδη σφόδρα. ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκὰ προσαγορεύουσι μὲν μαργαρίτας, κατασκευάζουσι δ' ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους τε καὶ ψέλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· περὶ ἃ σπουδάζουσι καὶ Πέρσαι καὶ Μῆδοι καὶ πάντες Ἀσιανοὶ πολὺ μᾶλλον τῶν ἐκ χρυσίου γεγενημένων.

Hinc intelligi, v. μαργαρίτην barbarum nomen esse, non Graecum, recte animadvertit Casaub. ad h. l. De ipsa re cf. Androsth. Fragm. I. et Bohlen de Vet. Ind. II, p. 121 sqq. et 174 sqq.

FRAGM. XIII.

Athen. I. p. 27 d.

De Soroadeo (Suryadêvas), numine Indico.

Ὅτι παρ' Ἰνδοῖς τιμᾶται δαίμων, ὥς φησι Χάρης ὁ Μυτιληναῖος, ὃς καλεῖται Σοροάδειος· ἑρμηνεύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ οἰνοποιός.

De nomine Σοροάδειος Schlegel. Ind. Bibl. p. 250 animadvertit haec: „Σοροάδειος. Der Indische Gott des Weines beim Athen. l. c. nach dem Chares von Mitylene, der die Geschichte Alexanders geschrieben hatte. Die Indier haben zwar keinen Gott des Weines, aber die Griechen, ihren Indischen Zug des Bacchus im Kopfe, mussten durchaus einen finden. Der Wein nimmt überhaupt bei den Indiern kei-

nen so hohen Rang ein wie bei uns: er steht nur mit in der Reihe der gegohrenen oder destillirten Getränke, als Rum, Arrak u. s. w., welche sämtlich sehr alte Erfindungen zu sein scheinen, aber von den Gesetzgebern weislich mit einem harten Banne belegt worden waren. Sollte irgend eine Gottheit des Indischen Olymps der Gott des Weines heissen, so hätte der Gott der Gewässer, Varunas, am ersten Anspruch darauf, da alle geistigen Getränke Kinder des Varunas, varunâtmaja, genannt werden. In *Σοροάδειος* kann ich nichts anderes erkennen als Sûrya-dêvas, der Sonnengott, durch dessen Strahlen freilich die Trauben reifen. Chares fügte hinzu: *ἑρμηνεύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ οἰνοποιός*. Auch dieses Missverständniss erklärt sich einigermassen durch das Indische Wort surâ, welches allgemein ein geistiges Getränk bedeutet, und wovon sogar in der Kosmogonie spielend der Name der Götter und Ungötter (sura und asura) abgeleitet wird."

FRAGM. XIV.

A. Gell. Noctt. Att. V, c. 2.

De Bucephalae equi pretio.

Equum Alexandri regis et capite et nomine Bucephalas fuit. Emptum Chares scripsit talentis tredecim et regi Philippo donatum: aeris nostri summa est H. S. CCCXII.

De Bucephala equo cf. quae adscripsimus ad Onesicr. Fragm. IX. p. 89 et 90.

FRAGM. XV.

a) Plut. Vit. Alex. c. 70. b) Athen. X. p. 437.

De certaminibus in Calani Gymnosophistae honorem institutis.

a) *Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς (Καλάνου) πυρᾶς γενόμενος καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπὶ δεῖπνον ἀγῶνα προὔθηκε καὶ στέφανον ἀκρατοποσίας. Ὁ μὲν οὖν πλεῖστον πιὼν Πρόμαχος ἄχρι χοῶν τεσσάρων προῆλθε, καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον τάλαντον ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησε. Τῶν δὲ ἄλλων, ὡς Χάρης φησί, τετταράκοντα καὶ εἷς ἀπέθανον πιόντες ἰσχυροῦ τῇ μέθῃ κρύους ἐπιγενομένου.*

b) *Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις περὶ Καλάνου εἰπὼν τοῦ Ἰνδοῦ φιλοσόφου ὅτι ῥίψας ἑαυτὸν εἰς πυρὰν νενημένην ἀπέθανε, φησὶν ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ διέθηκεν Ἀλέξανδρος γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκωμίων. „Ἔθηκε δὲ (φησὶ) καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν Ἰνδῶν καὶ ἀκρατοποσίας ἀγῶνα. καὶ ἦν ἆθλον τῷ μὲν πρώτῳ τάλαντον, τῷ δὲ δευτέρῳ τριάκοντα μναῖ, καὶ τῷ τρίτῳ δέκα. τῶν οὖν πιόντων τὸν οἶνον παραχρῆμα μὲν ἐτελεύτησαν ὑπὸ τοῦ ψύχους τριάκοντα καὶ πέντε· μικρὸν δὲ διαλιπόντες ἐν ταῖς σκηναῖς ἕξ. ὁ δὲ πλεῖστον πιὼν καὶ νικήσας ἔπιε μὲν ἀκράτου χόας τέσσαρας καὶ τὸ τάλαντον ἔλαβεν, ἐβίωσε δὲ ἡμέρας τέσσαρας, ἐκαλεῖτο δὲ Πρόμαχος."*

Eandem rem ex eodem fonte, ut videtur, quanquam auctore non citato, narrat Aelianus Var. Hist. II, c. 41 hisce: *Καὶ Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μακεδὼν ἐπὶ Καλάνῳ τῷ βραχμᾶνι, τῷ Ἰνδῷ σοφιστῇ, ὅτε ἑαυτὸν ἐκεῖνος κατέπρησεν, ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἱππικῶν καὶ ἀθλητῶν διέθηκε· χαριζόμενος δὲ τοῖς Ἰνδοῖς, καί τι ἐπιχώριον αὐτῶν ἀγώνισμα εἰς τιμὴν τοῦ Καλάνου συγκατηρίθμησε τοῖς ἄθλοις τοῖς προειρημένοις. Οἰνοποσίας γοῦν ἀγωνίαν προὔθηκε, καὶ ἦν τῷ μὲν τὰ πρῶτα φερομένῳ τάλαντον τὸ γέρας· τῷ δὲ δευτέρῳ, τριάκοντα μναῖ· τῷ γε μὴν τρίτῳ, δέκα. Ὁ δὲ τὰ νικητήρια ἀναδησάμενος ἐν αὐτοῖς ἦν Πρόμαχος* — In Plutarchi loco Xylandrum et Cruserium sequuti omisso v. *στέφανον*, quod pro glossemate vocis *νικητήριον* habendum videtur, dedimus *λαβὼν τὸ νικητήριον τάλαντον*, quod egregie respondet Athenaei vv. *τὸ τάλαντον ἔλαβεν* et Aeliani: *φερομένῳ τάλαντον τὸ γέρας*. Quod vero ex Reiskii auctoritate exhibuit Huttenius: *καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον, στέφανον τ' ταλάντων*, et per se improbabile est et Athenaei Aelianique verbis mirifice repugnat. Sintenisius textu quidem recepit: *καὶ λαβὼν τὸν νικητήριον στέφανον τάλαντον* sqq., annotat vero: „Mihi vel *στέφανον* delendum videtur vel *νικητήριον* ut *τὸν στέφανον* scribatur. Interim recepi correctionem x." Ceterum de Calani morte cf. Onesicr. Fragm. XXXIII. et annot. ad h. l.

FRAGM. XVI.

Athen. XII. p. 538. b. sqq.

De nuptiis Susianis.

Χάρης δ' ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν „Ὅτε (φησὶν) εἷλε Δαρεῖον, γάμους συνετέλεσεν ἑαυ-

τοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων, ἐνενήκοντα καὶ δύο θαλάμους κατασκευασάμενος ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. ἦν δὲ ὁ οἶκος ἑκατοντάκλινος, ἐν ᾧ ἑκάστη ἦν κλίνη κεκοσμημένη στολῇ γαμικῇ εἴκοσι μνῶν ἀργυρᾶ· ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους ἦν. συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους ἅπαντας, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις νυμφίοις· τήν τε λοιπὴν δύναμιν, πεζήν τε καὶ ναυτικὴν, καὶ τὰς πρεσβείας καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ἐν τῇ αὐλῇ. κατεσκεύαστο δὲ ὁ οἶκος πολυτελῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ἱματίοις τε καὶ ὀθονίοις πολυτελέσιν, ὑπὸ δὲ ταῦτα πορφυροῖς καὶ φοινικοῖς χρυσοϋφέσι. τοῦ δὲ μένειν τὴν σκηνὴν ὑπέκειντο κίονες εἰκοσαπήχεις περίχρυσοι καὶ διάλιθοι καὶ περιάργυροι. περιεβέβληντο δ' ἐν τῷ περιβόλῳ πολυτελεῖς αὐλαῖαι ζωωτοὶ καὶ διάχρυσοι, κανόνας ἔχουσαι περιχρύσους καὶ περιαργύρους. τῆς δὲ αὐλῆς ἦν τὸ περίμετρον στάδιοι τέσσαρες. ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δ' ἀεὶ ὅτε τύχοι σπονδοποιούμενος, ὥστε πᾶν εἰδέναι τὸ στρατόπεδον. ἐπὶ πέντε δὲ ἡμέρας ἐπετελέσθησαν οἱ γάμοι, καὶ ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. θαυματοποιοὶ δὲ ἦσαν διαπρέποντες Σκύμνος Ταραντῖνος καὶ Φιλιστίδης Συρακόσιος Ἡράκλειτός τε ὁ Μυτιληναῖος. μεθ' οὓς ἐπεδείξατο ῥαψῳδὸς Ἄλεξις Ταραντῖνος. παρῆλθον δὲ καὶ ψιλοκιθαρισταὶ, Κρατῖνος Μηθυμναῖος, Ἀριστώνυμος Ἀθηναῖος, Ἀθηνόδωρος Τήιος· ἐκιθαρῴδησάν τε Ἡράκλειτός τε ὁ Ταραντῖνος καὶ Ἀριστοκράτης ὁ Θηβαῖος. αὐλῳδοὶ δὲ παρῆλθον Διονύσιος ὁ Ἡρακλεώτης, Ὑπέρβολος Κυζικηνός, παρῆλθον δὲ καὶ αὐληταὶ, οἳ πρῶτον τὸ Πυθικὸν ηὔλησαν, εἶθ' ἑξῆς μετὰ τῶν χορῶν Τιμόθεος, Φρύνιχος, Καφισίας, Διόφαντος, ἔτι δὲ Εὔιος ὁ Χαλκιδεύς. καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν διὰ τὰς τῶν δώρων ὑπερβολὰς, ἐφ' οἷς καὶ ἥσθη ὁ Ἀλέξανδρος. ὑπεκρίθησαν δὲ τραγῳδοὶ μὲν Θεσσαλὸς καὶ Ἀθηνόδωρος καὶ Ἀριστόκριτος, κωμῳδοὶ δὲ Λύκων καὶ Φορμίων καὶ Ἀρίστων. παρῆν δὲ καὶ Φασίμηλος ὁ ψάλτης. οἱ δὲ πεμφθέντες, φησὶ, στέφανοι ὑπὸ τῶν πρεσβευτῶν καὶ τῶν λοιπῶν ταλάντων ἦσαν μυρίων πεντακισχιλίων."

Eadem res iisdem fere prodita verbis ex ipso Athenaeo, ut videtur, hausta legitur in Aeliani Var. Hist. l. VIII, c. 7: *Ἀλέξανδρος ὅτε Δαρεῖον εἷλε, γάμους εἱστία καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων. Ἐννενήκοντα δὲ ἦσαν οἱ γαμοῦντες, καὶ ἰσάριθμοι τούτοις οἱ θάλαμοι. Ἦν δὲ ὁ ἀνδρὼν ὁ ὑποδεχόμενος καὶ ἑστιῶν αὐτοὺς ἑκατοντάκλινος. Καὶ ἑκάστη κλίνη ἀργυρόπους*

ἦν, ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους· καὶ κεκόσμηντο πᾶσαι ἁλουργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ὑφῆς βαρβαρικῆς μεγατίμου. Συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ. Ἐν δὲ τῇ αὐλῇ εἱστιῶντο αἵ τε ἄλλαι δυνάμεις, αἱ πεζαί, καὶ αἱ ναυτικαί, καὶ οἱ ἱππεῖς· καὶ αἱ πρεσβεῖαι δὲ εἱστιῶντο, καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες Ἕλληνες. Καὶ ἐγένετο τὰ δεῖπνα προσαλπιστά· τὸ μὲν συγκλητικὸν μέλος ᾖδον, ὅτε αὐτοὺς ἐχρῆν παριέναι ἐπὶ τὴν δαῖτα, τὸ δὲ ἀνακλητικόν, ὅτε ἐσήμαινον ἀπαλλάσσεσθαι. Πέντε δὲ ἡμέρας καθεξῆς τοὺς γάμους ἔθυεν. Ἀφίκοντο δὲ καὶ μουσουργοὶ καὶ ὑποκριταί, οἱ μὲν κωμῳδίας, οἱ δὲ τραγῳδίας, πάμπολλοι· ἦσαν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ διαπρέποντες, καὶ ἔδοξαν δὲ αὐτοὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων τῶν ἀλλαχόθεν. Praeterea attigerunt has nuptias Arr. Exp. Alex. VII, c. 4. Diod. XVII, c. 107. Plut. Vit. Alex. c. 70. de Fort. Alex. or. I. c. 7. Curt. X, c. 3. Justin. XII, c. 10. Ex recentioribus cf. Droysen. Hist. Alex. p. 495 sqq. Ad Charetis verba: *γάμους συνετέλεσεν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων* sqq. apte comparavit iam Schweighaeuserus Plutarchi de Fort. Alex. l. c. haecce: *ἀλλ' ἐκείνης ἡδέως ἄν μοι δοκῶ γενέσθαι τῆς καλῆς καὶ ἱερᾶς νυμφαγωγίας θεατής, ὅτε μιᾷ σκηνῇ χρυσορόφῳ περιλαβών, ἐφ' ἑστίας κοινῆς καὶ τραπέζης ἑκατὸν Περσίδας νύμφας καὶ ἑκατὸν νυμφίους Μακεδόνας καὶ Ἕλληνας, αὐτὸς ἐστεφανωμένος πρῶτος ἀναμέλπων τὸν ὑμέναιον, ὥσπερ φιλοτήσιον ἐπᾴδων μέλος, εἰς κοινωνίαν συνιοῦσι τοῖς μεγίστοις καὶ δυνατωτάτοις γένεσι, μιᾶς νυμφίος, πασῶν δὲ νυμφαγωγὸς ἅμα καὶ πατὴρ καὶ ἁρμοστὴς κατὰ ζυγὰ συνῆπτεν.* — In sequentibus notanda imprimis est discrepantia Aeliani l. c. in verbis: *ἦσαν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ διαπρέποντες, καὶ ἔδοξαν δὲ αὐτοὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων τῶν ἀλλαχόθεν*, ad quem locum Perizonius solita cum iudicii dexteritate haec adscripsit: „Satis clarum est, *θαυματοποιοὺς* illos, ita palam nominatos, non fuisse Indos Athenaeo, sed Graecos. Adde, hos ipsos Graecos ab Athenaeo etiam alibi, I. p. 20. tanquam *θαυματοποιοὺς ἐνδόξους παρ' Ἀλεξάνδρῳ* laudari. Putem ergo errasse nostrum, quia occasio erroris obvia est et facilis, dum negligenter inspiciens Athenaeum, (sicuti etiam fecit supra IV, 23. et infra c. 17., ubi videbis similem plane errorem auctoris nostri ex distinctione non observata ortum) non attendit ad distinctionem aut ad sequentia, legitque tantum: *καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ ἦσαν διαπρέποντες.* Plane ut etiam hoc in loco Lugd. aliam facit distinctionem, legendo: *οἱ δὲ τραγῳδίας. Πάμπολλοι δὲ ἦσαν καὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοί.* Usque adeo facilis in eo est lapsus. Deinde, si error ab Athenaeo esset admissus, facile de-

prehensus ille et correctus fuisset iam illius aevo, quia auctorem et librum, unde haec hauserat, citavit, quod noster non fecit, quem etiam ideo, quum necessario alteruter hic erraverit, errasse verisimilius est. Denique, licet non negaverim, fuisse et tunc in India *θαυματοποιοὺς*, qui iidem etiam nunc sunt, quum semper fuerint, ut testatur Arrianus in Indicis, *κοῦφοι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους*, agiles supra alios homines: isto tamen tempore maxime fuerunt illi in Asia minore et Graecia, in omnem luxum iamdudum corruptis. Praeterquam enim quod Athenaeus hic nominat homines revera Graecos, etiam lib. IV. init. feminas memorat *θαυματουργοὺς*, quae in nuptiis Carani Macedonis, tempore Demetrii Poliorcetae, in gladios se volverint nudae et ignem ex ore efflaverint. Aristoteles quoque Oecon. II. p. 502. Byzantios ait habuisse certa in urbe loca, in quibus quaestum facerent *οἱ θαυματοποιοὶ* et assignasse quaestus eorum tertiam partem certis collegiis." — Ceterum error iste Aeliani reperitur etiam in ipsius Athenaei epitomes codice, quem C littera notavit Dindorfius. Ibi enim locus ita praebetur: *καὶ ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ καὶ βαρβάρων καὶ ἑλλήνων. καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ ἦσαν διαπρέποντες* sqq. — Ad singula autem artificum nomina haec animadvertit Schweighaeuserus: *Ἀριστώνυμος Ἀθηναῖος*, Idem gryphorum lusu clarus perhibetur l. X. p. 452. f. — *Διονύσιος ὁ Ἡρακλεώτης*. Diversus, puto, ab illo qui Metathemenus cognominatus est, de quo v. l. VII. p. 281. d. e. — *Τιμόθεος*. Idem fortasse tibicen, qui memoratur l. XIII. p. 565. a. et apud Suidam s. h. v. Pro *Φρύνιχος* Paulus Leopardus Emend. IX, 21. (in Grut. Thes. Crit. t. III. p. 185.) *Φρῦνις* legendum censuit, illum puto tibicinem intelligens, cuius Suidas meminit in *Φρῦνις κιθαρῳδός*. Istud ab eodem Leopardo verissime observatum indicavi, pro eo quod vulgo hic legebatur *Σκαφισίας*, *Καφησίας* scribendum fuisse; ut intelligeretur idem qui memoratur l. XIV. p. 629. b. et apud Laert. in Zenone VII, 21. Apud Plutarchum quidem in Pyrrho p. 387. d. (Cap. 8.) per iota vocalem *Καφισίας* scriptum nomen editur, uti hic edebatur. Porro alius est *Καφησίας*, cuius idem Plutarchus meminit in Arato p. 1029. et *Καφεισίας* apud eundem de Deo Socratis, ubi tamen fortasse pariter *Καφησίας* scriptum opertuerat. — *Θεσσαλὸς καὶ Ἀθηνόδωρος*. De iisdem tragoedis cf. Plut. de Fort. Alex. or. II, c. 2: *γεγόνασι δὲ κατ' αὐτὸν τραγῳδοὶ μὲν οἱ περὶ Θετταλὸν καὶ Ἀθηνόδωρον, ὧν ἀνταγωνιζομένων ἀλλήλοις, ἐχορήγουν μὲν οἱ Κύπριοι βασιλεῖς, ἔκρινον δὲ οἱ δοκιμώτατοι τῶν στρατηγῶν* sqq."

FRAGM. XVII.

Athen. XIII. p. 575.

De Odatidis cum Zariadre nuptiis.

Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν εἰ ἐξ ἀκοῆς τινες ἠράσθησάν τινων, ὁπότε Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ Ἀλέξανδρόν φησιν ὀνείρατι θεασαμένους τινὰς οὓς μὴ πρότερον εἶδον ἐρασθῆναι αὐτῶν· γράφει δὲ οὕτως „Ὑστάσπῃ νεώτερος ἦν ἀδελφὸς Ζαριάδρης, περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι ὅτι ἐξ Ἀφροδίτης καὶ Ἀδώνιδος ἐγεννήθησαν. ἐκυρίευσε δὲ ὁ μὲν Ὑστάσπης Μηδίας καὶ τῆς ὑποκάτω χώρας, ὁ δὲ Ζαριάδρης τῶν ὑπεράνω Κασπίων πυλῶν μέχρι τοῦ Τανάϊδος. τῶν δὲ ἐπέκεινα τοῦ Τανάϊδος Ὀμάρτῃ βασιλεῖ Μαραθῶν θυγάτηρ ἦν ὄνομα Ὀδάτις· περὶ ἧς ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται ὡς ἄρα κατὰ τὸν ὕπνον ἰδοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἐρασθείη, τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο κἀκείνῳ πάθος συμπεσεῖν πρὸς αὐτήν. διετέλουν γοῦν ἀλλήλων ἐπιθυμοῦντες διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον φαντασίαν. ἦν δὲ ἡ Ὀδάτις καλλίστη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν γυναικῶν, καὶ ὁ Ζαριάδρης δὲ ἦν καλός. πέμποντος οὖν τοῦ Ζαριάδρου πρὸς τὸν Ὀμάρτην καὶ φιλοτιμουμένου γῆμαι τὴν ἄνθρωπον, οὐ συνετίθετο ὁ Ὀμάρτης διὰ τὸ εἶναι ἀῤῥένων παίδων ἔρημος· ἤθελε γὰρ αὐτὴν δοῦναι ἑνὶ τῶν περὶ αὐτὸν οἰκείων. καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ Ὀμάρτης συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας δυνάστας καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς ἐποιεῖτο τοὺς γάμους οὐ προειπὼν ὅτῳ μέλλοι διδόναι τὴν θυγατέρα. ἀκμαζούσης οὖν τῆς μέθης εἰςκαλέσας τὴν Ὀδάτιν ὁ πατὴρ εἰς τὸ συμπόσιον εἶπεν ἀκουόντων τῶν συνδείπνων „Ἡμεῖς, ὦ θύγατερ Ὀδάτι, νῦν ποιούμεθα τοὺς σοὺς γάμους. περιβλέψασα οὖν καὶ θεωρήσασα πάντας λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι· τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνή." κἀκείνη περιβλέψασα πάντας ἀπῄει δακρύουσα, ποθοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἰδεῖν· ἐπεστάλκει γὰρ αὐτῷ ὅτι μέλλουσιν οἱ γάμοι συντελεῖσθαι. ὁ δὲ στρατοπεδεύων ἐπὶ τοῦ Τανάϊδος καὶ διαλαθὼν τὴν στρατοπεδείαν διέβη μετὰ μόνου τοῦ ἁρματηλάτου, καὶ νυκτὸς ὁρμήσας ἐπὶ τοῦ ἅρματος διῆλθε διὰ τῆς πόλεως, διώξας περὶ τοὺς ὀκτακοσίους σταδίους. πλησίον δὲ τῆς κώμης γενόμενος ἐν ᾗ τοὺς γάμους συνετέλουν καὶ καταλιπὼν ἔν τινι τόπῳ αὐτῷ ἅρματι τὸν ὁρματηλάτην προῆγεν ἐνδεδυκὼς στολὴν Σκυθικήν. καὶ παρελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν καὶ ἰδὼν τὴν Ὀδάτιν ἑστηκυῖαν πρὸ τοῦ κυλικείου καὶ δακρύουσαν κιρνῶσάν τε βραδέως τὴν φιάλην εἶπε πλησίον στὰς παρ'

αὐτὴν „Ὦ Ὀδάτι, πάρειμι δή σοι, καθάπερ ἠξίωσας, ἐγὼ Ζαριάδρης.“ ἡ δὲ κατανοήσασα ξένον ἄνδρα καὶ καλὸν καὶ ὅμοιον τῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἑωραμένῳ περιχαρὴς γενομένη δίδωσιν αὐτῷ τὴν φιάλην· καὶ ὃς ἁρπάσας αὐτὴν ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸ ἅρμα καὶ ἔφυγεν ἔχων τὴν Ὀδάτιν. οἱ δὲ παῖδες καὶ αἱ θεράπαιναι συνειδυῖαι τὸν ἔρωτα κατεσιώπησαν, καὶ κελεύοντος τοῦ πατρὸς καλεῖν οὐκ ἔφασαν εἰδέναι ὅπου πεπόρευται. μνημονεύεται δὲ ὁ ἔρως οὗτος παρὰ τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι βαρβάροις, καὶ περισσῶς ἐστι ζηλωτὸς, καὶ τὸν μῦθον τοῦτον ζωγραφοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς βασιλείοις, ἔτι δὲ ταῖς ἰδιωτικαῖς οἰκίαις· καὶ ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσιν οἱ πολλοὶ τῶν δυναστῶν ὄνομα τίθενται Ὀδάτιν.“

Pulcherrimam hanc fabulam decimo Charetis commentariorum libro insertam arctius cohaerere cum nuptiarum Susianarum descriptione eodem decimo libro prolata, extra omnem videtur dubitationem esse positum. Neque hic nexus qualis fuerit difficile est coniectare. Etenim quum ad finem huius fragmenti ipso Charēte auctore edoceamur, plurimorum Persarum nobilissimorum filias Odatidis nomine fuisse nuncupatas, inter centum fere illas nuptiarum Susianarum sponsas (cf. Fragm. XVI.) vel compluribus vel uni certe nobilis cuiusdam Persae filiae hoc nomen obtigisse, nemini profecto improbabile videbitur. Quid mirum igitur, quod hac potissimum opportunitate Chares utebatur ad fabulam inter Persas celeberrimam cum Graecis quoque lectoribus communicandam? — Ceterum Droysenius Hist. Alex. p. 280. ann. 3. de eadem narratione adscripsit haecce: „Die schöne Liebesgeschichte von Zariadres und Odatis anlangend, verweise ich auf die Sage von Gustasp und Kattyun bei M a l c o l m Geschichte Persiens, übersetzt von Spazier I. p. 44.; die Geschichte und der Name Zari-adres gehört der Gegend von Sara, Zadra-carta oder *Ζάρις* (Ctes. ap. Phot. 43. a. 30.) an.“ — De *Μαραθῶν* nomine Schweighaeuserus annotat: „Quum de Marathis illis apud alios omnes auctores altum sit silentium, Holstenius ad Steph. Byzant. p. 196. suspicatus est, *Μαιωτῶν* fortasse aut *Σαρματῶν* scriptum oportuisse.“ De verbis autem: *λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην* sqq. docte, ut solet, Casaubonus: „Videtur, inquit, moris fuisse quum affinitatem inter se divites contraherent, ut gener a socero vel a sponsa phialâ donaretur. De sponsa est exemplum in istis: *Ἡμεῖς, ὦ θύγατερ — — — δὸς ᾧ θέλεις γαμηθ.* et aliquanto post (p. 576. a.) in alia historia. De socero testimonium praebent Pindari haec (Olympionic. VII.):

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀ-
φνείας ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι-
σαν δρόσῳ δωρήσεται
νεανίᾳ γαμβρῷ.

Atque hinc fortasse est, quod φιαλεῖν Graeci usurpant pro: rem aliquam aggredi et πράγματος ἄρχεσθαι, ut exponit Schol. Aristoph., qui in Pace et alibi ita usus est ea voce. Si quis tamen ad ritus libationum referre malit, per me licet." Denique recte defendit Schweighaeuserus scripturam ἀπῄει hisce: „E quibus intelligitur abacum, super quo reposita erant vasa potoria et ubi miscebatur vinum, non fuisse in ipso triclinio in quo erant convivae, sed foris, ἐν τῇ αὐλῇ, in atrio. Quare istud verbum ἀπῄει non solicitandum: nempe, licet illa inter convivas frustra quaesisset amatum Zariadren, tamen obtemperare patri tenebatur: exiit igitur lacrymans in atrium, et cunctanti manu vinum ibi infundebat, quum subito ei apparuit Zariadres sqq."

LIB. IX.

EPHIPPUS OLYNTHIUS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Ephippus Olynthius[1]) qua aetate vixerit certo quidem posse definiri negat Santo-Crucius (l. c.), addit vero: „mais s'il n'a pas été contemporain d'Alexandre, il a du moins puisé dans des mémoires originaux et authentiques." At nescio an ex loco quodam Arrianeo a Santo-Crucio aeque ac Fabricio et Vossio (ll. cc) prorsus praetermisso certiora queant colligi. Est vero hic locus Arriani Exp. Alex. l. III, c. 5, §. 4, ubi de nomarchis praefectisque ab Alexandro in Aegypto relictis haec narrantur: *Φρουράρχους δὲ τῶν ἑταίρων ἐν Μέμφει μὲν Πανταλέοντα κατέστησε τὸν Πυδναῖον, ἐν Πηλουσίῳ δὲ Πολέμωνα τὸν Μεγακλέους Πελλαῖον, τῶν ξένων δὲ ἄρχειν Λυκίδαν Αἰτωλὸν, γραμματέα δὲ ἐπὶ τῶν ξένων Εὔγνωστον τὸν Ξενοφάντου τῶν ἑταίρων, ἐπισκόπους δὲ αὐτῶν Αἰσχύλον τε καὶ Ἔφιππον τὸν Χαλκιδέως.* Ita enim et Schmiederus et nuperi editores Ellendtius atque Kruegerus Arriani verba repraesentarunt ex auctoritate librorum manuscriptorum, in quorum optimis et plurimis *Χαλκιδέως*, in nonnullis legitur *Χαλκιδαίως*. Ceterum ed. Bas. *Χαλκιδόνα* et edd. Vulc. et Blanc. habent *Χαλκηδόνα*. De qua librorum discrepantia Gronovius dicit: „Codd. Mss. scriptura videtur ostendere quasi id cognomen pertineret ad utrumque, Aeschylum et Ephippum, eosque ambos ab Arriano describi *Χαλκιδέας* proinde ut apud Livium l. XXXVIII, c. 38. narratur de Aetolo Thoante et Mnasimacho Acarnane et Chalci-

1) Eius Vitam et Scripta attigerunt Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. p. 41., Voss. de Hist. Gr. I, c. 10. (p. 98.), Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 45.

densibus Eubulide et Philone. Verum Aeschylus diserte Rhodius audit apud Curtium l. IV, 8. (33), 4. Unde tandem decidere compulsus fui hoc vocabulo non patriam aut cognomen eius viri ab Arriano fuisse proditum, sed patrem, ut pater ipsius fuerit *Χαλκιδεὺς* appellatus." Ellendtius quamvis non infitietur scripturam codicum minus sibi placere, nihil tamen se habere quod huic Gronovii annotationi addat confitetur. At vero uterque vir doctus si probe hoc loco meminissent Ephippi Olynthii, ad opinionem, credo, tam desperatam sese abripi non passi essent, sed etiam invitis omnibus libris vel manu scriptis vel editis v. *Χαλκιδέως* non ad patrem sed patriam Ephippi, Olynthum dico, celeberrimam Chalcidices urbem, referendum et in *Χαλκιδέα* mutandum censuissent, quae quidem sententia et aetatis ac patriae rationibus et ipso Ephippi librorum argumento egregie comprobatur. Idem enim Ephippus, qui Olynthius vulgo cognominatur, librum conscripsit *περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς καὶ ταφῆς.*[1]) Atqui quum Arriani constet testimonio, Ephippum Chalcidensem sive Olynthium una cum Aeschylo Rhodio *ἐπίσκοπον* reliquorum magistratuum ab Alexandro esse constitutum,[2]) eundem etiam post Alexandri mortem Ptolemaeo Lagida huic provinciae praefecto hac in terra remansisse praesentemque splendidis interfuisse funeribus in magni regis honorem institutis,[3]) postea vero ab eo descriptis, haud absonum videatur.

Ceterum Athenaeus, qui unus certam eius mentionem fecit,[4]) quum Ephippi librum ita citare soleat, ut modo utatur verbis: *ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς* sive *τελευτῆς*, modo: *ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξ. καὶ Ἡφαιστ. ταφῆς*, duabus hoc opus partibus videtur constitisse, quarum altera Alexandri et Hephaestionis mortem, altera utriusque sepulturam contineret. Denique ex eodem Ephippi libro desumpta esse, quae de Hephaestionis funeribus et Alexandri

1) Cf. C. II. Fragmenta.

2) Quibus episcopis sicuti apud Athenienses hoc erat muneris, ut inspectores simul et censores essent, qui praesidum ceterorumque vitam in provinciae administratione observarent, si forte ambitiosius illi se gererent et non contenti ea dignitate res novas molirentur. Cf. Intpp. ad Arr. Exp. Alex. III, c. 5.

3) Cf. Comment. nostr. de Ptolem. Vit. c. III. p. 22. et c. IV. p. 58.

4) Foedissimo enim errore Ephippi nomen pro Ephori lectum esse apud Suidam (s. v. *Ἔφιππος*) recte observavit Meier-Marx in Ephor. Fragm. p. 3 et 4. Cf. Bernhardy. ad Suid. l. c.

curru funebri Diodorus, ut solet, non citato auctore, copiosius prodidit, haud temere iam coniecit Santo-Crucius.[1]) Fortasse ex Ephippi commentariis fluxerunt etiam quae de Hephaestionis morte et eximio Alexandri luctu leguntur apud Aelianum in Var. Hist. VII, c. 8. De reliquis eiusdem nominis scriptoribus annotat Vossius l. c.: „Fuit et Ephippus, Atheniensis comicus, cuius fabulas complures Athenaeus citat, duosque eius senarios adducit II. p. 38. B. Ac puto diversus ab utroque est Ephippus ille, quem se Plinius sequi profitetur in iis quae de plantis scribit lib. XII et XIII." E quibus alterum quidem de Ephippo, Atheniensi comico, lubenter concedimus, alterum vero, quod Ephippum a Plinio citatum ab Ephippo Olynthio, Alexandri rerum scriptore, diversum esse opinatur, nobis quidem non persuasit vir doctissimus, quum in eorumdem librorum elenchis a Plinio reliqui etiam suppares Alexandri rerum auctores afferantur, qui sunt: Callisthenes, Clitarchus, Anaximenes, Nearchus, Onesicritus, Chares, Ptolemaeus Lagi, Marsyas Macedo. Quare Plinium quoque eiusdem Ephippi Olynthii, de quo agitur hoc loco, commentariis usum esse certissimum est.

Denique quod ad Ephippi commentariorum argumentum fidemque attinet, maximopere ille quidem in Alexandri Magni vita privata ac moribus describendis videtur elaborasse, ita tamen, ut neque exaggerationibus neque fabulis fictis abstineret.

---

1) Diod. XVII, c. 110 et 114—115. XVIII, c. 26—28. Cf. Santo-Cruc. Ex. Crit. p. 45. 472—76. et 511 sqq.

C. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

Athen. III. p. 120. e.

De immodico Macedonum bibendi usu.

Μακεδόνες δ', ὥς φησιν Ἔφιππος ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος ταφῆς, οὐκ ἠπίσταντο πίνειν εὐτάκτως, ἀλλ' εὐθέως ἐχρῶντο μεγάλαις προπόσεσιν, ὥστε μεθύειν ἔτι παρακειμένων τῶν πρώτων τραπεζῶν καὶ μὴ δύνασθαι τῶν σιτίων ἀπολαύειν.

Recte ad h l. annotat Schweighaeuserus: „Possis consueto significatu verbum *ἀπολαύειν* accipere, ut cibo frui non posssint: nec opus videtur, ut maiorem aliquam vim h. l. in illo verbo quaeramus, de qua vi dictum est ad III. p. 87. e. Animadv. p. 91. Cf. VIII. p. 358. a." Ceterum attigisse haec videtur Ephippus ubi de Alexandri M. compotationibus egit. Cf. Aristob. Fragm. XLVIII. (p. 72.) et Ephippi Fragm. II. et III.

FRAGM. II.

Athen. IV. p. 146. c.

De impensis ab Alexandro in singulas coenas factis.

Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος δειπνῶν ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων, ὡς ἱστορεῖ Ἔφιππος ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς, ἀνήλισκε τῆς ἡμέρας μνᾶς ἑκατὸν δειπνούντων ἴσως ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα φίλων.

Dein vero haec adduntur: *ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς, ὥς φησι Κτησίας καὶ Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς, ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων, καὶ ἀνηλίσκετο εἰς τὸ δεῖπνον*

τάλαντα τετρακόσια. γίνεται δὲ ταῦτα Ἰταλικοῦ νομίσματος ἐν μυριάσι διακοσίαις τεσσαράκοντα. αὗται δὲ εἰς μυρίους πεντακισχιλίους μεριζόμεναι ἑκάστῳ ἀνδρὶ γίνονται ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα Ἰταλικοῦ νομίσματος· ὥστ' εἰς ἴσον καθίστασθαι τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀναλώματι· ἑκατὸν γὰρ μνᾶς ἀνήλισκεν, ὡς Ἔφιππος ἱστόρησεν. Ad quem locum haec annotat Schweighaeuserus: „Eas rationes ad veritatem exactas comperiet, qui calculum inierit. Alexander, inquit, in coenam 60 aut 70 convivarum insumsit minas 100. Persarum rex in coenam hominum 15000 insumsit talenta 400. Efficiunt autem 400 talenta minas 24000. Iam institue analogiam:

Ut 24000 minae ad 15000 homines: sic 100 min. ad x hom. Et reperies x=63, qui numerus est inter 60 et 70 convivas, quos Alexander adhibere coenae consueverat. Iam Graecorum pecuniam cum Romana comparans (drachmamque Graecam Romano denario aequalem statuens,) ait, 400 talenta efficere 240 myriadas numorum Italicorum i. e. denariorum. Atque ita res habet: nempe:

400 tal.=24000 min.=2,400,000 drachm.
s. denar.

Inde, in singulos viros insumtos esse ait 160 denarios. Scilicet 2,400,000 in 15000 distributae dabunt pro quaque parte 160 denarios. Eadem autem ratio est impensae ab Alexandro in singulos viros factae. Nam 100 minae, quas ille in 63 viros impendit, efficiunt drachmas sive denarios 10000; qui numerus in 63 partes divisus pariter dabit pro quaque parte denarios 160." Ceterum de sumptuosis Persarum epulis Baehrius ad Ctes. Pers. Fragm. 11. (p. 227) conferri iubet Brisson. de Reg. Persar. Princip. I, 88, 90. p. 135 sqq. et Heeren. Ideen I, 1. p. 93 sq.

FRAGM. III.

Athen. XII. p. 537. d. — 538. c.

De Alexandri Magni luxuria et adulatione.

Περὶ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ τρυφῆς Ἔφιππος μὲν ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἡφαιστίωνος καὶ Ἀλεξάνδρου τελευτῆς φησιν ὅτι ἐν τῷ παραδείσῳ ἔκειτο αὐτῷ χρυσοῦς θρόνος καὶ κλῖναι ἀργυρόποδες, ἐφ' ὧν καθεζόμενος ἐχρημάτιζε μετὰ τῶν ἑταίρων. (Νικοβούλη δέ φησιν ὅτι παρὰ τὸ δεῖπνον πάντες οἱ ἀγωνισταὶ ἐσπού-

δαζον τέρπειν τὸν βασιλέα, καὶ ὅτι ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐπεισόδιόν τι μνημονεύσας ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας ἠγωνίσατο, καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνων, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν.) Ἔφιππος δέ φησιν ὡς Ἀλέξανδρος καὶ τὰς ἱερὰς ἐσθῆτας ἐφόρει ἐν τοῖς δείπνοις· ὁτὲ μὲν τὴν τοῦ Ἄμμωνος πορφυρίδα καὶ περισχιδεῖς καὶ κέρατα καθάπερ ὁ θεός, ὁτὲ δὲ καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣν καὶ ἐπὶ τοῦ ἅρματος ἐφόρει πολλάκις, ἔχων τὴν Περσικὴν στολήν, ὑποφαίνων ἄνωθεν τῶν ὤμων τό τε τόξον καὶ τὴν σιβύνην. ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ· τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χλαμύδα τε πορφυρᾶν καὶ χιτῶνα μεσόλευκον, καὶ τὴν καυσίαν ἔχουσαν τὸ διάδημα τὸ βασιλικόν· ἐν δὲ τῇ συνουσίᾳ τά τε πέδιλα καὶ τὸν πέτασον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τὸ κηρύκειον ἐν τῇ χειρί· πολλάκις δὲ καὶ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς. (τί οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ καθ' ἡμᾶς Κόμμοδος ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῶν ὀχημάτων παρακείμενον εἶχε τὸ Ἡράκλειον ῥόπαλον, ὑπεστρωμένης αὐτῷ λεοντῆς, καὶ Ἡρακλῆς καλεῖσθαι ἤθελεν, Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοτελικοῦ τοσούτοις αὐτὸν ἀφομοιοῦντος θεοῖς, ἀτὰρ καὶ τῇ Ἀρτέμιδι;) ἔῤῥανε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ μύρῳ σπουδαίῳ καὶ οἴνῳ εὐώδει τὸ δάπεδον. ἐθυμιᾶτο δὲ αὐτῷ σμύρνα καὶ τὰ ἄλλα θυμιάματα· εὐφημία τε καὶ σιγὴ κατεῖχε πάντας ὑπὸ δέους τοὺς παρόντας. ἀφόρητος γὰρ ἦν καὶ φονικός. ἐδόκει γὰρ εἶναι μελαγχολικός. ἐν Ἐκβατάνοις δὲ ποιήσας τῷ Διονύσῳ θυσίαν καὶ πάντων δαψιλῶς ἐν τῇ θοίνῃ παρασκευασθέντων †, καὶ Σατραβάτης ὁ σατράπης τοὺς στρατιώτας εἱστίασε πάντας. ἀθροισθέντων δὲ πολλῶν ἐπὶ τὴν θέαν, φησὶν ὁ Ἔφιππος, κηρύγματα ἐγίνετο ὑπερήφανα καὶ τῆς Περσικῆς ὑπεροψίας αὐθαδέστερα. ἄλλων γὰρ ἄλλο τι ἀνακηρυττόντων καὶ στεφανούντων τὸν Ἀλέξανδρον, εἷς τις τῶν ὁπισθοφυλάκων ὑπερπεπαικὼς πᾶσαν κολακείαν, κοινωσάμενος τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἐκέλευσε τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν ὅτι Γοργὸς ὁ ὁπλοφύλαξ Ἀλέξανδρον Ἄμμωνος υἱὸν στεφανοῖ χρυσοῖς τρισχιλίοις, καὶ ὅταν Ἀθήνας πολιορκῇ, μυρίαις πανοπλίαις καὶ τοῖς ἴσοις καταπέλταις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις βέλεσιν εἰς τὸν πόλεμον ἱκανοῖς.

Ephippi commentariorum verba ab Athenaeo excerpta interrumpuntur primum loco Nicobules, quam iuxta eundem Ephippum de simili argumento (postrema Alexandri compotatione apud Medium facta) excitavit Athen. X. p. 434. c. (Fragm. IV.), ubi addit: ἡ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα, de qua praeterea nihil compertum habemus; dein ipsius Athenaei de Commodo imperatore quem cum Alexandro comparat annota-

tione. Denique non praetermittenda lacuna est, quam recte animadvertit Schweighaeuserus, ad verba: *ἐν Ἐκβατάνοις δὲ ποιήσας τῷ Διονύσῳ θυσίαν* sqq. adscribens: „Nihil sequitur quod ad istum nominativum *ποιήσας* referatur: e quo satis apparet, haud integram esse orationem. Totam hanc narrationem omisit Breviator: vetus codex A. nihil ab editis dissentit." — Quod vero ad singulas voces atque dictiones attinet, v. *περισχιδεῖς*, Casaubono interprete, significat calceorum genus quoddam pretiosorum. Addit vir doctissimus: „In quorum (calceorum pretiosorum) albo Julius Pollux *σχιστὰς* et *λεπτοσχιδεῖς* recenset. At Hesychius calceos *περισχιδεῖς* (non *πολυσχιδεῖς*, de quibus cf. Athen. VI. p. 259. c. et Schweigh. ad h. l.) inter viles vult fuisse." Cf. Schweigh. ad h. l., qui ad verba sequentia: *ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ· τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν* sqq. haec annotat: Omissis verbis, quae reliquo sermoni haud admodum expedita ratione interiecta sunt, breviter in Epitoma et luculente ita scribitur: *Ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ,* (scil. *ἐσθῆτα ἐφόρει*) *τά τε πεδίλα καὶ τὸν πέτασον* sqq. Quod in parenthesi ait auctor: *καὶ χιτῶνα μεσόλευκον,* id Q. Curtius III, 3 (8), 17. his verbis effert: purpureae tunicae medium album intextum erat." Ad quem locum haec attulit Müzellius (p. 47): „Offenbar hat C. eine Uebertragung des *χιτὼν πορφυροῦς μεσόλευκος* geben wollen, der als Kleidung des Perserkönigs oft genannt wird. S. Brisson. de regn. Pers. I, 59. p. 77 sqq. Den Begriff erläutert Salmas. Exerc. Plin. p. 497: Purpurea tunica, quae clavis candidis intertexta est, *πορφυροῦς χιτὼν μεσόλευκος* dicitur. Et *πορφύρεος* quidem ab area vel fundo, ut vocant, qui huius coloris est; *μεσόλευκος* vero, quod medium habeat albo intersparsum. Contra *λευκὸς χιτὼν μεσοπόρφυρος,* cuius area vel fundus albus est, purpureis notis in medio clavatus. Vergl. Plin. N. H. 27, 11, 77: Leuce Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente: quare mesoleucon quidam vocant." Cf. etiam Casaub. ad Athen. V. p. 215 c. Dein ad vv. *εἷς τις τῶν ὀπισθοφυλάκων* haec adscripsit Schweighaeuserus: „*Ὀπισθοφύλαξ* dicitur dux extremi agminis, qui alias *ὁ οὐραγός*. Quae notio non convenire videtur huic loco: videturque, sicut paulo post *ὁπλοφύλαξ* appellatur ille homo, sic et hic *ὁπλοφυλάκων* scribi debuisse." Et recte quidem, ut nobis videtur. Idem Schweighaeuserus verbo *στεφανοῦν* Graecos subinde generatim usos esse docet pro *τιμᾶν* honorare, teste citato Harpocratione in *Στεφανῶν* et

Lexico Polybiano s. v. *Στέφανος* et *Στεφανοῦν*. Denique de verbis: *καὶ ὅταν Ἀθήνας πολιορκῇ* bene annotat idem v. d., Atheniensibus cum alias ob causas tum ob receptum intra urbem Harpalum, infensum Alexandrum in Graeciam traiicere constituisse, Athenas oppugnaturum. Cf. Curt. X, 2 (7) init. Unde etiam apparet, pertinere haec ab Ephippo de Alexandri luxuria et adulatione tradita ad tempus ipsam Alexandri mortem praecedens. Ceterum tota hac narratione multa haud mediocriter ab Ephippo videntur esse vel exaggerata vel male ab ipso auctore intellecta atque descripta.

FRAGM. IV.

Athen. X. p. 434. a. et b.

De bibendi certamine inter Alexandrum M. et Proteam Macedonem instituto.

Ἔπινε δὲ καὶ Πρωτέας ὁ Μακεδὼν πλεῖστον, ὥς φησιν Ἔφιππος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος ταφῆς καὶ εὐρώστῳ τῷ σώματι διῆγε, καίτοι τῷ πιεῖν ἐγγεγυμνασμένος ὤν. Ἀλέξανδρος γοῦν αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δίχουν καὶ πιὼν προὔπιε τῷ Πρωτέᾳ. καὶ ὃς λαβὼν καὶ πολλὰ ὑμνήσας τὸν βασιλέα ἔπιεν ὡς ὑπὸ πάντων κροταλισθῆναι. καὶ μετ' ὀλίγον τὸ αὐτὸ ποτήριον αἰτήσας ὁ Πρωτέας καὶ πάλιν πιὼν προὔπιε τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος λαβὼν ἔσπασε μὲν γενναίως, οὐ μὴν ὑπήνεγκεν, ἀλλ' ἀπέκλινεν ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον, ἀφεὶς τῶν χειρῶν τὸ ποτήριον. καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε, τοῦ Διονύσου, φησί, μηνίσαντος αὐτῷ, διότι τὴν πατρίδα αὐτοῦ τὰς Θήβας ἐπολιόρκησεν.

Dein ab Athenaeo haec adduntur: *ἔπινε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος πλεῖστον, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. δηλοῦται δὲ τοῦτο ἐν ταῖς Ἐφημερίσιν αὐτοῦ, ἃς ἀνέγραψαν Εὐμένης τε ὁ Καρδιανὸς καὶ Διόδοτος ὁ Ἐρυθραῖος.* (Cf. Lib. XII. Cp. II. Sect. I. Fragm. I.). *Μένανδρος δ' ἐν Κόλακί φησι*

Κοτύλας χωροῦν δέκα
ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσοῦν, Στρουθία,
τρὶς ἐξέπιον μεστόν γ'. Β. Ἀλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκας. Α. οὐκ ἔλαττον, οὔ,
μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. μέγα γε. (Cf. Meinek. ad Menand. p. 99.).

Νικοβούλη δὲ ἢ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα φησὶν ὅτι παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν ὁ Ἀλέξανδρος εἴκοσιν οὖσιν ἐν τῷ συμποσίῳ πᾶσι προὔπιε, παρὰ πάντων τὰ ἴσα

λαμβάνων, καὶ ἀναστὰς τοῦ συμποσίου μετ' οὐ πολὺ ἀνεπαύετο. De Protea hoc, compotorum principe, apud Aelianum V. H. XII, c. 26: *Περὶ οἰνοφλύγων τινῶν. Ποτίσταχοι γεγόνασιν ἄνθρωποι, ὥσπερ φασὶ, Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος, ὃν ἐκάλουν Ἀμφορέα, καὶ Ἡρακλείδης ὁ πύκτης, καὶ Πρωτέας ὁ Λανίκης μὲν υἱὸς, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως σύντροφος· καὶ αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος λέγεται πλεῖστον πιεῖν ἀνθρώπων.* Ad quem locum Perizonius haec annotat: „Quum Curtius VIII, 1 (3), 21. Proteae matrem appellet Hellanicen, verisimile videtur, quod voluit Kuhnius, et ante eum Freinshemius, Lanices nomen apud nostrum et Arrianum per aphaeresin ex Hellanice formatum. Ceteroquin, absque illa auctoritate Curtii esset, crederem potius cum Fabro, nomen illud esse contractum ex Laonice. (Cf. Mützell. ad Curt. l. c.). Mulier vero illa nutrix fuit Alexandri, cuius ideo *σύντροφος* dicitur hic Proteas, soror vero Cliti ab Alexandro interfecti." De huius Proteae nepote cf. Athen. IV. p. 129. a. et Schweigh. ad h. l. — Ceterum hoc etiam loco Ephippum quae de Alexandri mortis causa prodidit maximam partem fabulatum esse vel mirifice certe exaggerasse facile unicuique apparebit. Cf. Aristob. Fragm. XLVI et XLVII. Ephemerid. Reg. et ann. ad hh. ll.

LIB. X.

MARSYAS PELLAEUS.

CAP. I.

DE VITA ET SCRIPTIS.

Tres afferuntur ab Suida Marsyae scriptores[1]), de quibus s. h. v. apud Lexicographum haec leguntur: *Μαρσύας Περιάνδρου, Πελλαῖος, ἱστορικός· οὗτος δὲ ἦν πρότερον γραμματοδιδάσκαλος, καὶ ἀδελφὸς Ἀντιγόνου τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος σύντροφος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε Μακεδονικὰ ἐν βιβλίοις δέκα, ἤρξατο δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Μακεδόνων καὶ* (*προήει* vel *προῆλθε*, quod excidit) *μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ἐπὶ τὴν Συρίαν ἐφόδου μετὰ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν.* [*Ἀττικὰ ἐν βιβλίοις ιβ'*] *καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν.*

Μαρσύας Κριτοφήμου, Φιλιππεύς, ἱστορικὸς ὁ νεώτερος.

[*Μαρσύας Μάρσου, Ταβηνός, ἱστορικός.*] *ἔγραψεν ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις ιβ', μυθικὰ ἐν βιβλίοις ζ', καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος.*

In his aliquantum esse turbatum quum sensissent quidem et Valesius[2]) et Wesselingius,[3]) quorum uterque duos tantum fuisse Marsyas rerum Macedonicarum scriptores statuit, neuter autem rationes exposuit suae sententiae; primus tamen rem expedivit Ritschelius l. c. Animadvertit enim vir erudi-

---

1) De eorum vita et scriptis ex recentioribus vv. dd. praeter Vossium de hist. gr. I, c. 10. p. 85 sq. et Santo-Crucium Ex. Crit. p. 44 sq. data opera egerunt Ritschelius in prooem. ind. lectt. univ. Vratisl. 1836. et Droysenius in Hist. Diad. I. p. 679 sqq. Cf. Bernhardy. annot. ad Suid. l. c.

2) In Harpocrat. v. *Λητή*.

3) In Diodor. XX, c. 50.

tissimus, mirum unicuique illud videatur necesse esse, quod e tribus rerum scriptoribus cognominibus unus dicatur ὁ νεώτερος; quo accedat, quod eorum quae a Suida narrentur propemodum omnium apud reliquos antiquitatis scriptores nullum certum vestigium exstet praeter Marsyae maioris *Μακεδονικά*, sed quibus certissima accedant etiam minoris Marsyae *Μακεδονικῶν* testimonia. Quare quum magis etiam suspecta reddatur tertii alicuius societas, tum dubitationem hanc oriri, num Suidam veri satis sit simile unius tantum auctoris Macedonica commemoraturum fuisse. Atqui apud Stephanum Byzantium haec leguntur v. *Τάβαι*: *πόλις Λυδίας· — — οἱ δέ φασι τὸν Κιβύραν καὶ Μαρσύαν ἀδελφοὺς τὸν μὲν κτίσαι Κιβύραν πόλιν, τὸν δὲ Τάβας* e. q. s., paulo autem post: *ὁ πολίτης Ταβηνός*. Unde recte concludit Ritschelius planissime apparere deleto apud Suidam tertio *ἱστορικός*, quod e superiore versu huc invaserit, aut loco pellenda esse *Μαρσύας Μάρσου Ταβηνός*, sive ea post scriptorum indicem Philippensis Marsyae ab ipso Suida posita fuerint, sive illata sint, id quod veri esse omnium simillimum videatur, ex adscripta in margine notatione: aut eisdem suo in loco servatis sic esse scribendum dicat an ludendum: *Μαρσύας Κριτοφήμου, Φιλιππεύς, ἱστορικὸς ὁ νεώτερος· ἕτερος (δὲ) Μαρσύας Μάρσου, Ταβηνός. ἔγραψεν ἀρχαιολογίαν — — καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος*, h. e. de rebus Macedonicis, quum *Φίλιπποι πόλις Μακεδονίας* sit eidem Stephano. Utcunque est, sive pro glossemate habueris et loco pepuleris sive parentheseos loco ab ipso lexicographo addita existimes, verba ista iam nihil nos morantur, quandoquidem illud constat, duos tantummodo Marsyas, alterum Pellaeum, Philippensem alterum in historicorum numero habendos esse.[1]) Comprobata hac viri sagacissimi emendatione ulterius etiam progressus est Bernhardyus ad Suid. l. c. haec annotans: Atticorum libros amplissimos opinor ab vita hominis mili-

1) Eadem etiam Droysenii est sententia, qui l. c. p. 679 haec adscripsit: „Suidas nennt drei Historiker dieses Namens; doch scheint der dritte, den er anführt *Μαρσύας, Μάρσου, Ταβηνός, ἱστορικός* gestrichen werden zu müssen; denn nach Steph Byz. v. *Τάβαι* wurde ein Marsyas für den Gründer dieser Stadt gehalten. Eine Verbesserung dieser Art ist um so wahrscheinlicher, da Suidas von dem ersten Marsyas, dem Pelläer, einige litterarische Notizen beifügt, von dem zweiten, dem *νεώτερος*, dem Philipper, der oft genug als Historiker erwähnt wird, nichts beifügt, dagegen auf den Namen des sonst nie citirten Tabeners einige Schriften nennt, die man durch obige Annahme dem zweiten Marsyas wird vindiciren dürfen."

taris (eiusque Macedonis Alexandri aetati supparis. G.) prorsus abhorrere; quid quod *αὐτοῦ* ita mihi videtur esse comparatum, ut accuratissima iunctura debuerit cum Alexandri historiis continuari. Rursus quae sequuntur *Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις ιβ'* indigent diserto civitatis indicio, cuius antiquitates fuerint enarratae. Iam duplex incommodum ea ratione solabimur, ut ad Marsyam iuniorem, virum eruditionis studiosissimum, traducamus *Ἀττικὴν Ἀρχαιολογίαν*, quam Suidas per dicendi compendium laudatam deprehendit *Ἀττικά*: velut Istri *Ἀτθὶς* nunc *Ἀττικῶν συναγωγῶν* nunc *Ἀττικῶν* nomine fertur, item Atthidem Phanodemi Dionysius appellat *Ἀττικὴν Ἀρχαιολογίαν*. Quam medelam. Ritschelius p. 8. admissurus erat, motus ipsa librorum duodenorum aequabilitate, nisi veterum scriptorum de Atticis et Archaeologia silentium obstaret. Verum ut exigua fuit Marsyae laus et celebritas, ita licet quaedam fragmenta ad antiquitatum fines revocare: velut quae prodidit libro XI. Athenaeus." Cf. Marsyae Philipp. Fragm. V—IX. De certissima hac viri summi emendatione videbimus infra in annot. ad Pellaei Fragm. XI et XII.

Marsyas igitur Pellaeus, Suida auctore, Periandri fuit filius et frater Antigoni, qui postea Syriae regno potitus est. Atqui idem Antigonus Philippi filius non Periandri alibi appellatur.[1] Quare Wesselingius[2] vel erroris vel corruptelae Suidam insimulat, Schweighaeuserus[3] autem sat probabiliter, ut ait Ritschelius l. c. p. 7., de fratre uterino cogitandum censet.[4] Ceterum ad huius viri aetatem et gentem accuratius cognoscendam plurimum valet, quod addit Lexicographus, una eum cum Alexandro rege esse educatum;[5] unde

1) Apud Arrian. Exp. Alex. I, c. 29, §. 5 (3) et Lucian. Macrob. §. 11. (T. VIII. p. 114. Lehm.).

2) Ad Diod. l. XX, c. 50.

3) In Athen. Indic. scriptt. p. 143.

4) Hoc probavit etiam Krüger. in Clint. Fast. Hell. p. 185. et Droysen. l. c. Stemmat. Tab. V, 5: „Marsyas, Stiefsohn Philipps, Perianders von Pella Sohn."

5) Hoc enim significat h. l. v. *σύντροφος*, quod alibi etiam eum indicat, qui eadem nutrice usus est. Alexandri autem nutrix fuit Hellanice seu Lanice, Cliti soror; quare Proteas, Hellanices filius, ab Aeliano V. H. XII, c. 26. *Ἀλεξάνδρου σύντροφος* hoc sensu recte appellatur. Cf. Perizon. ad h. l. Simul vero hinc apparet, ad Marsyam hanc quidem vocis significationem nihil pertinere.

et Alexandri fere aequalem et haud ignobili loco natum esse certissime colligitur. Quo magis miramur, quod litteraturam priori tempore factitasse eundem Marsyam Suidas perhibet, neque improbabile videtur, aut ad Periandrum patrem referenda esse Suidae ista: *οὗτος δὲ ἦν πρότερον γραμματοδιδάσκαλος*, id quod innuere videtur Bernhardyus,[1]) aut Pellaeum hoc loco a Lexicographo cum Philippensi iterum esse confusum, cuius et aetati et generi grammatistae professio multo magis fuerit consentanea. Intra ipsas Alexandri M. expeditiones quum Marsyae Pellaei nusquam mentio facta sit, remotus ab armorum strepitu remanens apud Antigonum fratrem, quem antequam Gordium proficisceretur Phrygiae satrapam reliquit Alexander[2]) (Ol. 111, 3. a. 334. exeunte), otio ad commentarios conscribendos liberaliter videtur usus esse. Neque vero prorsus eum a rebus bellicis abhorruisse, eo intelligitur, quod pugnae navali ab Demetrio Antigoni filio Ol. 118, 2. 306 a. C. contra Ptolemaeum ad Cyprum commissae interfuit, ipse classis particulae a Demetrio praefectus.[3]) Cui pugnae interfuisse etiam Medium Thessa-

1) Annotat enim: „Ceterum si verum est, quod Suidas ipsum Marsyam, non Periandrum narrat litteraturam factitasse, ordo verborum sic debuit procedere: *ἱστορικὸς, καὶ ἀδελφὸς.... τοῦ βασιλέως. οὗτος δὲ κ. τ. λ.*

2) Cf. Arr. Exp. Alex. I, 29, 5 (3): *Μείνας δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) αὐτοῦ (ἐν Κελαιναῖς) ἡμέρας δέκα καὶ σατράπην ἀποδείξας Φρυγίας Ἀντίγονον τὸν Φιλίππου — — — αὐτὸς ἐπὶ Γορδίου ἐστέλλετο.*

3) Diodorus enim XX, c. 50. enarrans, quomodo ad pugnam Cypriacam (cf. Droysen. Hist. Diad. I. p. 450 sqq.) Demetrius Polioreeta aciem instruxerit, haec prodit: *κατὰ μέσην δὲ τὴν τάξιν τὰ ἐλάχιστα τῶν σκαφῶν ἔστησεν, ὧν ἡγοῦντο Θεμίσων τε ὁ Σάμιος καὶ Μαρσύας ὁ τὰς Μακεδονικὰς πράξεις συνταξάμενος*, ad quem locum annotat Ritschelius l. c. p. 6: Rectius quam de Philippensi Vossius, Wesselingius de Pellaeo cogitavit cum eoque Clintonus Fast. Hell. p. 185. Kr. Nec enim quicquam causae est, cur repugnare temporum rationem Vossio credamus: quam quidem exploratam de Pellaeo habemus, non item habemus de Philippensi. Quidni autem potuerit, quem una cum Alexandro oportet circa initium olympiadis 106. natum esse, circiter L. vir annorum pugnae interesse? Ab Alexandri enim potius, cuius *σύντροφος* dicitur, quam ab Antigoni, qui frater perhibetur, natalibus proficiscendum; qui cum circa Ol. 120. initium obierit LXXXI. aetatis anno (cf. Clint. p. 188.), necesse est circiter XXIV annis ante Marsyam fratrem natus sit." Addit Ritsch., apud Suidam l. c. Syriae incursionem non dici eam quae statim post Issicam pugnam fiebat Ol. 112, 1, sed alteram illam post expugnatam Tyrum conditamque Alexandriam susce-

lum item ab Antigoni partibus stantem infra (Lib. XII.) videbimus. Quare inter Marsyam et Thessalum si non familiaritas quaedam consuetudo tamen videtur intercessisse.

Praeterquam quum de huius viri vita nihil a veteribus proditum sit, licet ad scripta eius nos convertere. Ac primum quidem Suida auctore rerum Macedonicarum historiam decem libris complexus est a Carano, primo Macedonum rege, usque ad Syriacam Alexandri expeditionem et Alexandriam in Aegypto conditam (Ol. 112, 2. 331 a. C. Cf. supra p. 321. ann. 3.) Quodsi haud temere mirari videtur Droysenius (cf. annot. ad Pellaei Fragm. XI et XII), intra huius iam anni fines Pellaei Macedonica substitisse neque ulterius perducta esse ad proxima tempora, quibus tanta tamque mirifica ab Alexandro Macedonibusque essent perpetrata, iusta fortasse quae videtur huius mirationis causa removebitur, si memineris, id quod supra coniecimus, per aetatem subsequentem Marsyam apud Antigonum fratrem, qui anno 334. exeunte Phrygiae satrapa ab Alexandro relictus erat, remansisse ibique Macedonicis suis conscribendis ita operam dedisse, ut ex Alexandri Magni rebus eas tantum commentariis persequeretur, quibus praesens ipse interfuisset. Sicuti vero supra iam vidimus expulsis Atticis, quae Suidae loco intra Macedonica et *αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν* male irrepserunt, hanc de Alexandri aequalis et commilitonis educatione vel pueritia ac iuventute scriptionem accuratissima, ut ait Bernhardyus, iunctura debere cum Alexandri historiis continuari, ita demonstrare infra (ann. ad Fragm. XI et XII) conabimur, universum quidem Marsyae Pellaei opus *Μακεδονικῶν* titulum in fronte gessisse, singulis autem partibus, in quibus etiam habenda est *αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγή*, singulares quasdam inscriptiones ita fuisse praepositas, ut iis, quae in Philippi rebus enarrandis versarentur, *αἱ περὶ Φίλιππον ἱστορίαι*, (cf. Fragm. VII et sqq.) quae vero ad Alexandrum omnino spectarent, *αἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαι*, denique quae Alexandri pueri tractarent educationem ac iuventutem *Ἀλεξάνδρου ἀγωγή* ex huius aetatis more (cf. Lib. III, c. I. p. 79. Lib. VII, c. I. p. 282) inscriptum esset. Ceterum quum damno, ut recte sensit Ritschelius, imprimis dolendo hic de Alexandri educatione liber cum ipsis Macedonicis ita interierit, ut Ritschelio indice ne

---

ptam Ol. 112, 2, initio, quam ipsam Diodorus XVII, 52. significans *ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Συρίαν* dixerit (cf. Clint. p. 164.), ut apud Suidam videatur *μέχρι τῆς — ἐφόδου τῆς μετὰ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν* scribendum esse.

unum quidem, ex nostra opinione duo ad summum fragmenta reliqua sint, omne accuratius de huius operis argumento ac pretio iudicium interclusum est. Neque tamen est quod dubitemus, quin plurima, quae apud sequioris aetatis auctores de Alexandri M. educatione ac iuventute prodita sunt, ex hoc potissimum fonte fluxerint. Ad Pellaei certe non Philippensis commentarios referenda est Marsyae mentio apud Plin. in elench. auctt. extern. ll. XII et XIII. (Cf. ann. ad Fragm. XI et XII.). Ad Pellaei denique fidem quod attinet, „pro ea, ut ait Ritschelius, quae cum tractatarum rerum memoria intercedebat Marsyae et patriae et aetatis societas, locuples scriptor et fide dignus videtur extitisse."

De Marsya Philippensi Ritschelius l. c. haec habet: „Marsyas autem Philippensis, Herculis sacerdos,[1]) primum commemoratus circa Vespasiani, Traiani Hadrianique tempora,[2]) etsi quanto post Pellaeum vixerit non constat, tamen haud cunctanter ad posterioris aetatis ea tempora referendus est, quibus in multiplicem variae eruditionis tractationem subtilemque commentandi exilitatem vetus et antiqua litterarum simplicitas verterat.[3]) Huius Macedonicon, quae multa fuisse in locorum descriptione videntur,[4]) haec fuit, si testimonio non ambiguo insistimus, ratio, ut inchoatum a Pellaeo opus continuarent, h. e. ut praetermissa superiorum regum memoria ab ipsis Alexandri M. rebus gestis, quarum partem tantum perscripserat Pellaeus, ordirentur,[5]) libris autem minimum sex comprehenderentur."[6]) Iam, vero quod addit Ritschelius, perdifficile dictu esse, quae inter haec Philippensis Marsyae Macedonica eiusdemque τὰ περὶ Ἀλέξανδρον, quorum quintus liber excitetur, ratio intercesserit, quid de hac viri eruditissimi opinione existimemus, exposuimus in annot. ad Marsyae Pellaei Fragm. XI et XII. Dein

1) Cf. Athen. XI, p. 467. c. (Fragm. V. XVI. R.)

2) Cf. Athen. l. c. Plin. elench. auct. extern. ll. XII et XIII. (quae tamen mentio non ad Philippensem sed Pellaeum referenda esse nobis videtur. Cf. p. 322. G.)

3) Quod vero huius rei testimonio esse putat Ritschelius Fragm. XVII. (VI ex nostr. coll.) non ad Macedonica sed Ἀττικὴν ἀρχαιολογίαν referendum esse nobis videtur.

4) Cf. Fragm. XV. R.

5) Cf. Fragm. X. R.

6) Cf. Fragm. XIII. R.

ita pergit: „Mythicorum pauca nec aperta vestigia supersunt,[1] Archaeologiae obscurior etiam memoria est."[2])

---

1) Cf. Fragm. IX et X. ex nostr. coll. (XXIII et XXIV. R.)

2) Cf. Fragm. V—IX ex nostr. coll. (XI. R.) De hoc libro quid statuendum videatur, supra (p. 320) annotavimus. G.

CAP. II.

LIBRORUM FRAGMENTA.

A) MARSYAE PELLAEI

Μακεδονικά.

FRAGM. I.

Constantin. Porphyrog. de themat. imper. lib. II. p. 17. Ven. (22. Par.)

De Macetia, parte quadam Macedoniae.

Λέγεται δὲ καὶ Μακεδονίας μοῖρα Μακετία, ὡς Μαρσύας ἐν πρώτῳ Μακεδονικῶν.

„Vulg. *Μάκετα* et *Μακεδονιακῶν.* Cf. Clidem. Atth. p. 41. Apparet ab ipsius terrae descriptione Marsyam ut par erat profectum, praesertim quum eiusmodi regionum nomina ex deorum et heroum eorundemque regum antiquissimorum memoria repeti solitae essent." Ritschel.

FRAGM. II.

Schol. in Iliad. XIV, 226.

De Macedone, Macedoniae cognominis auctore (*ἐπωνύμῳ*), eiusque filiis Piero et Amatho.

Μακεδὼν ὁ Διὸς καὶ Αἰθρίας κατασχὼν τὴν χώραν οὖσαν τῆς Θρᾴκης ἀφ' ἑαυτοῦ Μακεδονίαν προσηγόρευσεν· γήμας δὲ μίαν τῶν ἐγχωρίων τεκνοῦται δύο παῖδας Πίερον καὶ Ἄμαθον, ἀφ' ὧν δύο πόλεις Πιερία καὶ Ἀμαθία ἐν Μακεδονίᾳ. ἡ ἱστορία παρὰ Μαρσύᾳ.

Huc eadem pertinent, quae ad Fragm. I. annotavit Ritschelius.

FRAGM. III.

Etymol. M. p. 523, 39. et Gudian 332, 41.

De Coeno, Carani regis filio.

Μαρσύας ἱστορεῖ ὅτι Κνῶπις τὸ γένος Κόλχος εἰς Μακεδονίαν ἐλθὼν διέτριβε παρὰ Καράνῳ· υἱοῦ δὲ γενομένου τῷ Καράνῳ [καὶ] βουληθέντι τὸν παῖδα ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομάζειν Κιράρονα (*Καράρονα* Et. Gud., *Λάκωνος* Et. Havn.) *ἀνθίστατο ἡ μήτηρ καὶ αὕτη ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομασθῆναι τὸν παῖδα βουλομένη. Κνῶπις δ' ἐρωτηθεὶς εἶπε μηδετέρου* (*μηδ' ἑτέρου* vulgo) *ὀνομάζεσθαι αὐτόν· διόπερ Κοῖνος* (*Κοινὸς* vulgo) *ἐκλήθη.*

„Ex primis tribus regibus, quos conditori regni Macedonici Perdiccae praemissos a veteribus chronographis ignorant Herodotus et Thucydides, alter fuit Coenus, de quo agitur hoc loco. Ad Caranum spectare, non ad filium *ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρός* verba priora, eorundem infra de matre repetitio arguit. Aristodamidam autem ab Diodoro Theopompoque, ab aliis Poeantem perhiberi Carani patrem Syncellus testatur p. 262. c. Paris.: ut de *Κιράρονα* (*Καράνορα?*) parum liqueat. Nam in *Λάκωνος* ut lateat, quod non est veri simillimum, *Φείδωνος*: qui Phido etsi non fuit, videri certe pater significari facile potuit hac quidem apud Syncellum verborum conformatione *Κάρανος Φείδωνος* (h. e. *ἀδελφός*) *τοῦ Ἀριστοδαμίδα τοῦ Μέροπος* e. q. s.: nihilo tamen magis quicquam cum eo nomine potest vulgatae in Etymologicis scripturae commune esse." R.

FRAGM. IV.

Athen. V. p. 217. d. e.

De Perdiccae II. undecimi Macedoniae regis aetate.

Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης ἔτη μα΄· Θεόπομπος δὲ λε΄, Ἀναξιμένης μ΄, Ἱερώνυμος κη΄, Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος εἴκοσι τρία.

„Horum numerorum omnium nullum ad veritatem propius accedere quam quem cum Marsya haud multo minor natu Philochorus (p. 57.) posuit, videmur Agathonicorum cap. V. demonstrasse, et videmur etiamnunc post ea quae in alia omnia discedentes disseruerunt Clintonus Fast. Hellen. p. 238. Kr., Krebsius Lection. Diodor. p. 159. sqq., ex parte etiam Boeckhius Corp. Inscr. II, p. 341. Quod non est huius loci

uberius persequi. Atque has historias pertinuisse per duos libros primos Macedonicon et partem fortasse tertii, colligitur ex Fr. V." R. Cf. Anaxim. Fragm. XI. Theopomp. Fragm. 31. Wichers. Hieron. Fragm. I. Brückn.

FRAGM. V.

Athen. XIV. p. 629. d.

De Alexandro II, Philippi fratre, a Ptolemaeo Alorita interempto.

Τελεσιάς· Μακεδονικὴ δ' ἐστὶν αὕτη ὄρχησις, ᾗ χρησάμενοι οἱ περὶ Πτολεμαῖον Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ἀδελφὸν ἀνεῖλον, ὡς ἱστορεῖ Μαρσύας ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν.

„Vix dignus est cuius vel error notetur Santacrucius de Philippo Aridaeo somnians Exam. crit. p. 45. ed. II.: tanta eius in hac caussa levitas fuit. Loquitur Athenaeus de Alexandro II. Amyntae filio, Philippi autem celeberrimi fratre, quem a Ptolemaeo Alorita interemptum archonte Nausigene h. e. Ol. 103, 1. Diodorus XV, 71. prodidit. Paucissimi inter hoc tempus et ipsius Philippi, patris Alexandri M., regnum anni interiecti sunt: e quo consequitur in quarto libro Marsyam iam esse in Philippi rebus gestis versatum. Earum autem enarrationem, si non ulterius, certe ad librum septimum pertinuisse, tum numerus denarius commentariorum Macedonicorum, quibus rerum ab Alexandro M. gestarum minimam partem scriptor attigit, facit ut libenter credamus, tum suadere Harpocratio (Fr. VI.) videtur compositis Marsyae et Philippicorum scriptoris testimoniis." R.

FRAGM. VI.

Harpocrat. s. v. *Μύρτανον*.

De Myrtano, Thraciae castello.

Μύρτανον· — φρούριον ἦν ἐν Θρᾴκῃ, ὡς Μαρσύας ὁ πρεσβύτερος ἐν ἑβδόμῃ Μακεδονικῶν καὶ Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῶν.*

„Vbi *πρεσβύτερος* pro vulgato olim *πρεσβύτης* etiam cod. Cantabrig. acad. (Dd. 4. 63.), *πρεσβυ^τ* cod. Cant. coll. SS. Trin. (O. 1. 5.) olim Galeanus tenet, uterque etiam *ζ'* pro *ὀγδόῃ*, sed item *Φιλιππικῷ* cum reliquis omnibus, quod diu est cum sic ut nuper factum vidimus correximus. Accedit

autem quod *Μύρτωνον* glossam Harpocratio ipse testatur e Demosthenis pro corona oratione (p. 234, 13.) petitam, quo loco tractata ab oratore ad Ol. 108, 2. vere retulit Winiewskius Comm. histor. et chronol. p. 124. sqq." R. Cf. Anaxim. Fragm. XVI.

Αἱ περὶ Φίλιππον ἱστορίαι.

FRAGM. VII.

Stephan. Byz. s. v. *Αἰθικία.*

De Aethiciae regionis situ.

Μαρσύας δὲ μέσην (μέσον vulgo) τῆς Τυμφαίας καὶ Ἀθαμανίας κεῖσθαί φησι τὴν χώραν (i. e. *Αἰθικίαν*).

Commemoravit Stephanus in antecedentibus Theopompum *τριακοστῇ ἐνάτῃ Φιλιππικῶν.* Cf. Fragm. 209. Wichers. Rectissime vero Ritschelius hoc fragmentum ad Pellaei, ut dicit, Philippica retulit annotans: „Spectare haec ad tempora olympiade 108. aliquanto priora intelligitur ex eo, quod libro XXXIX. et iis qui antecedunt Theopompus videtur circa Ol. 104. 105. versatus esse: quode vide Wichersium ad fragm. 209. 212. p. 231. 236. Nam etsi in illo ipso sane libro uberiorem Theopompus de Dionysiorum Siculorum rebus degressionem est exorsus, id quod diligenter Wichersius ostendit p. 27. sqq., tamen eiusdem partem libri in solis constitisse Macedonicis hoc ipsum de Aethicia fragmentum monstrat."

FRAGM. VIII.

Plutarch. Vit. Demosth. C. 18.

De Philippi regis ad Thebanos legatione.

Ἔπεμψε δὲ καὶ Φίλιππος, ὡς Μαρσύας φησὶν, Ἀμύνταν μὲν καὶ Κλέαρχον Μακεδόνας, Δάοχον δὲ καὶ Θρασυδαῖον Θεσσαλοὺς ἀντεροῦντας.

In antecedentibus de iis loquutus est Plutarchus quae pugnam Chaeronicam (Ol. 110, 3.) praecesserint, deque Demosthenis ad Thebanos legatione, de qua Ritschelius conferri iubet Winiewski Comm. p. 245. Certissimo igitur indicio ad ultima Philippi tempora hanc Plutarchi narrationem retulit Ritschelius annotans: „Num haec quoque e septimo libro Macedonicon petita sint, numque octavo an nono ad Alexandri res gestas scriptor transierit, in hac testimoniorum penuria nescitur, tametsi, quam modo ponebamus, ea commodissime sane dispositio in rerum tradendarum ambitum et rationes convenit."

Incerta.

FRAGM. IX. (XIV. R.)

Harpocr. s. v. *Ἀμφίπολις.*

De Amphipolis urbis nomine.

Μαρσύας δ' ἐν Μακεδονικαῖς (aut excidit *ἱστορίαις* aut confidenter reponendum *Μακεδονικοῖς* R.) *διὰ τὸ περιοικεῖσθαι τὸν τόπον Ἀμφίπολιν ὠνομάσθαι πρότερον Ἄκραν καλουμένην. ἡ δὲ Ἄρεος καλουμένη πόλις* * *.

Sic haec e vestigiis cod. Cantabr. acad. scribenda recte censet Ritschelius,[1] qui concedit quidem Amphipolim commemorandi fuisse sane etiam Pellaeo Marsyae largissimam et opportunitatem et vero necessitatem inde ab Ol. 78, nihilominus tamen Harpocrationis locum supra adscriptum non ad hunc sed Philippensem referendum esse existimat, quum imprimis copiosam Amphipolis descriptionem in huius exstitisse Macedonicis Scholia doceant Vaticana in Eurip. Rhes. 346. (Fragm. XV. Ritsch.). Quae causa etsi non spernenda est, non certo tamen locum istum Philippensi Marsyae vindicat.

FRAGM. X. (XXI et XXII. R.)

Hesych. Vol. II. p. 1219. (cf. p. 1445.).

De eorum nomine, quos *παρθενίους* vocaverint Lacedaemonii.

Σκότιος· —— *τοὺς γὰρ μὴ ἐκ φανερᾶς, λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας σκοτίους ἐκάλουν, ἔνιοι παρθεν[ί]ους, ἄλλοι κοριναίους, καθάπερ Μαρσύας ἐν τῇ Ἰάδι.* (quae sequitur nova glossa *Σκοτοδινιᾶ.*)

1) Ad h. l. haec annotat Ritschelius: „Editum *πρότερον Ἄκραν καλουμένην. οἱ δὲ Ἄρεος πόλις*: quae per se suspicionem movent. Libri autem (nisi quod cum Rehdigerano faciens Burneianus Musei Britannici, olim Perusinus, haec omnia omisit) haec tenent: *πρότερον ἄκρα καλουμένη. οἱ δὲ Ἄρεος πόλις.* Vnus Galeanus *καλουμένην.* Sed multum discrepat alter Cantabrigiensis: *πρότερον ἄκρα καλουμένη. ἡ δὲ Ἄρεος καλουμένη πόλις* cum lacunae significatione. Apparet nominativum ex posterioribus in priora irrepsisse, *οἱ* autem correcturae deberi. Simile lacunae vestigium in reliquis libris obscuratae idem codex habet v. *ἀγυιᾶς*: *βέλτιον δὲ περισπᾶν ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγυιέας· ἀγυιεὺς δέ ἐστι κίων* (pr. m *κύων*) *εἰς ὀξὺ ἀπολίγων ὃν ἱστᾶσιν· ὡς σαφὲς ποιοῦσιν ἀριστοφάνης τε ἐν σφηξὶ καὶ εὔπολις ἐν πρὸ τῶν θυρῶν ἰδίους*

„Quae si codex teneret, etsi dubitari de scripturae integritate posset, tamen non sine specie veri argumentari grammatici alicuius patronis liceret. Verumenimvero e codice notatur *Μαρσύας ἐν τῇ ἰάσ. κοτοδινιᾶ*: in quibus sagaciter perspexit ac nimis cunctanter pronuntiavit Schowius p. 696. latere *ἐν τῇ ι ά. σκοτοδινιᾶ* —: quod simplicius etiam quam *ἐν τῇ ιά* fuerit. Vt profecto non ineptiat, qui Marsyam alterutrum ipsorum Macedonicon libro primo suspicetur de eo nomine dixisse, quo, quos *παρθενίους* Lacedaemonii, vocarint Macedones. Quod quidem nec *κορινναῖοι* potest nec *κορηναῖοι* fuisse, sed ut arbitramur *κορευναῖοι*." R. Iure autem suo Ritschelius satis causae praebere negat hunc locum, cur cum Fabricio Bibl. Gr. VI. p. 372 in grammaticorum numerum Marsyas referatur.

Αἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαι.

FRAGM. XI et XII. (XXV et XXVI. Ritsch.)

a) Harpocr. s. v. *Ἀριστίων*. b) Id. s. v. *Μαργίτης*.

De Aristione, Demosthenis amico, et de Margitae dicterio a Demosthene in Alexandrum coniecto.

a) *Ἀριστίων* — — *οὗτος Σάμιος μέν ἐστιν ἢ Πλαταιεὺς, ὡς Δίυλλός φησιν, ἐκ μειρακίου δ' ἑταῖρος Δημοσθένους· ἐπέμφθη δ' ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Ἡφαιστίωνα ἕνεκα διαλλαγῶν, ὥς φησι Μαρσύας ἐν πέμπτῳ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον.*

b) *Μαργίτης* — — *καὶ Μαρσύας ἐν πέμπτῳ τῶν περὶ Ἀλέξανδρου ἱστορεῖ λέγων Μαργίτην ὑπὸ Δημοσθένους καλεῖσθαι τὸν Ἀλέξανδρον.*

Ad hos locos haec annotavit Ritschelius: „Scripturam bina testimonia invicem tuentur, nec de ea moveri dubitatio potest, praeterquam quod *περὶ Ἀλέξανδρον* usitata hoc in genere est loquendi forma: vide Schweighaeuser. in Athen. vol. XV. p. 100. Rem autem per partes utrobique eandem nar-

---

δὲ e. q. s. Scribe: *ἀγυιεὺς δέ ἐστι κίων εἰς ὀξὺ ἀπολήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν, ὡς σαφὲς ποιοῦσιν Ἀριστοφάνης τε ἐν σφηξὶ καὶ Εὔπολις ἐν* **. *ἰδίους δὲ* —. Ceterum de *μαρσύσα* et *μακεδονικαῖς* non discrepant Cant. et Gal.; sed paullo ante non verum est in Angelicano esse *ληναίου φόρου*, qui habet *λιναίου φόρου*; Parisinus autem, de quo tacetur, cum Cant., Gal. tenet *ληναίων φόρου*. Quae ut sunt sane levia, tamen nimiam diligentiam non testantur."

rari facile persuadet historiae fides. Spectant enim illa ad Ol. 111, 2., quo anno ab Atheniensibus sibi tradi Alexander cum aliis oratoribus Demosthenem iussit, qui mortuo Philippo exsultans defectionem suasisset huiusque in adolescentem successorem cum alia convicia coniecisset tum contemptim eum *Μαργίτης* nomine notasset: testibus quidem Plutarcho vit. Dem. c. 23. et Aesch. adv. Ctesiph. p. 76. St. §. 160. Reconciliatum Alexandrum Plutarchus et Diodorus XVII, 16. a Demade tradiderunt, tacentes illi de Aristione; sed huius ipsius cum his negotiis societatem, quanquam silentio Hephaestionem praetermittens, copiose Aeschines §. 162. persecutus est. Eas igitur res uter Marsyas ubi tractarit quaeritur. Neque autem earum memoriam Harpocratio potest nisi aut ex Pellaei aut ex Philippensis aut ex neutrius Macedonicis hausisse. Atqui Pellaeus libro septimo versabatur in temporibus Philippicis. Quodsi largiremur in fr. VI. *ἑβδόμῃ* corruptum velut e *πέμπτῃ* esse, num cuiquam credibile videretur quinque libris aliquot saecula historiae Macedonicae in iisque integram Philippi aetatem, quinque autem et quod excurrit aliis singulos quinque annos Alexandri fuisse comprehensos? Quanquam ne potuit quidem ullo modo fieri, ut quae et essent et inscriberentur Macedonica, eadem *τὰ περὶ Ἀλέξανδρον* dicerentur, nisi sic ut pars tantum illorum ea significaretur, quae ad ipsum Alexandrum pertineret. Vt igitur quintum librum *τῶν περὶ Ἀλέξανδρον* statuas decimum fuisse Macedonicon, numqui magis credibile, quattuor libris unum, uno autem quattuor annos pertractatos? Misso igitur Pellaeo facile quispiam coniiciat Philippensis scriptoris sive totum opus sive primos libros minimum quinque vocari *τὰ περὶ Ἀλέξανδρον* eo commodius posse, quod ille superiora Macedonum tempora ne attigerit quidem. Atqui idem res ad quartum annum illius olympiadis 111. referendas iam libro primo tractarat (fr. X.). Rursum autem largiamur aliquantisper non *πρώτῃ*, sed *πέμπτῃ* vel quemcunque numerum volueris Euripidis scholiastam posuisse. Ita quidem intelligisne quantum opus Marsyae tribuas, cuius quinto libro secundum imperii annum Alexandri assignes? tanquam Theopompi exemplo, quem sane novimus totidem libris biennium Philippici regni complexum: cf. Wich. p. 26. Ex tantae autem amplitudinis commentariis luculentissimis praeter paucissima quaedam et tenuissima frustula nihil servatum esse credat qui potest. Verumenimvero audire videmur contra disputantem. Quid enim, si annorum ordine descriptas regumque successione dispositas Macedonum historias ne condiderit quidem alter Marsyas, sed variarum rerum ad antiquitates, mores, instituta Macedonica spectantium far-

ragimem aut libero ordine aut generum quorundam discrimine dispertitam congesserit? Nam profecto, si ab illis fragmentis, quae ad Pellaeum rettulimus, recesseris, reliquorum longe maxima pars fere seiuncta esse ab ipsarum rerum gestarum expositione potuit, ac vel illud, quod ab initio posuimus (X), non magis propter Alexandri per Asiam expeditiones videri queat in eiusmodi miscellaneis commentariis locum invenisse, quam propter singularem ac miram quam per se Gordius ille nodus conditionem habuit. Contra quae breviter dici potest. Obstat enim idem ille Euripidis scholiasta, Marsyam antestatus ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Μακεδόνων ἱστοριῶν, obstat loquendi usus et similium comparatio inscriptionum. Illo enim exemplo conscriptis commentariis indicem auctor fecisset ὑπομνήματα vel σύμμικτα vel quae sunt reliqua nomina eiusdem generis. Itaque ut revertamur unde profecti sumus, quum nec Pellaei nec Philippensis Macedonica significasse Harpocratio v. Ἀριστίων et Μαργίτης possit, nec ad Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν prioris scriptoris sana ratione referre ea liceat, quae adultus Alexander et rex factus perpetravit: nihil iam videmus reliquum esse, nisi ut, quae Suidas ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος memoravit, interpretemur et Macedonicon et diversos ab his de Alexandri rebus libros. Quodsi cui mirum videatur, de eodem viro, ab cuius regno universae gentis historiam orsus sit, unum scriptorem singulari praeterea litterarum monumento exposuisse, etsi hanc mirationem fatemur ne a nobis quidem alienam esse, praesertim quum ab ea gente per illius regni spatium nihil fere, nisi quod ad ipsum regem pertineret, memorabile peractum sit: iidem tamen acquiescendum esse in eis videmus, ultra quae prodire artis fines vetant. Quanquam qui secum reputet Macedonicon primo libro de tertio quartove regis anno agi, de altero autem in libro quinto historiae Alexandri, habeat sane quod inter utrumque opus interfuisse suspicetur." Droysenius contra l. c. p. 681 de his locis haec commentatus est: „Das Nächste wäre zu vermuthen, dass ein Theil der macedonischen Geschichte des einen oder andern Marsyas jenen Titel führte; dies ist nicht möglich, wenn sie chronologisch geordnet waren, da des ältern Geschichte noch im achten Buche von Philipp handelte, des jüngern bereits im ersten Buche der gordischen Vorfälle erwähnte; hätte Harpocration nicht den Titel beigefügt, so würde man leicht an die Ἀττικὰ des ältern Marsyas denken. Das Oberflächlichste wäre, die Geschichte Alexanders in den ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος des jüngern Marsyas zu suchen. Eine andre Vermuthung wäre, beide Stellen der ἀγωγή des ältern Marsyas

zuzuschreiben; man brauchte dann nur den Titel ein wenig weitläuftig zu verstehen, statt Erziehung die Jugendgeschichte nehmen, dort konnte von Alexanders Freundschaft mit seinem Gespielen Hephaestion die Rede sein, ja es konnte das Buch immerhin bis zum Beginn des grossen Zuges gen Osten fortgesetzt werden. Dies, glaube ich, wäre die verkehrteste Meinung, zumal da gerade die ersten Regierungsjahre Alexanders in den macedonischen Geschichten besprochen sein mussten. Es findet sich, dass Plinius für das 12. und 13. Buch, in denen er viele Sachen aus den Zügen Alexanders hat, unter seinen Gewährsmännern auch den Marsyas Macedo nennt, und zwar gleich nach dem Lagiden Ptolemaeus. Die Sachen, die Plinius erzählt, fordern das Zeugniss von Augenzeugen und man darf wohl annehmen, dass der ältere Marsyas mit durch Asien gezogen ist. Nun ist es an sich schon auffallend, dass Marsyas gerade mit dem Beginn des Jahres 331 seine Geschichte sollte geendet haben, während jedes folgende Jahr neue und merkwürdigere Dinge erfahren liess; ich bin geneigt zu glauben, dass er von 331 an die weiteren Züge Alexanders in einem eigenen Werke beschrieb, und dass aus diesem die beiden Stellen des Harpocration entnommen sind; Gelegenheit dazu konnte sich bei irgend einer ausführlicheren Charakteristik des Hephaestion oder wo sonst immer finden. Ja ich möchte noch einen Schritt weiter gehen; dass Marsyas Ἀττικὰ geschrieben haben sollte, ohne dass ihn jemand anders als Suidas nennt, scheint mir höchst unwahrscheinlich und gar nicht im Sinne der Zeit Alexanders und seiner vornehmen Umgebung; ich vermuthe, dass in jenem Ἀττικὰ ἐν βιβλίοις ιβ' ein Fehler steckt, und statt dessen irgend etwas, was die Fortsetzung der *Μακεδονικὰ* wäre, verborgen ist; wie gar, wenn es Ἀσιατικὰ hiess? die Ἀσιατικὰ des Agatharchides könnten solche Vermuthung bestätigen." In quibus duo quidem rectissime vidit vir elegantissimi iudicii, alterum, quod Marsyae apud Plinium l. c. mentionem non ad Philippensem i. e. iuniorem, ut Ritschelii fert opinio (l. c. p. 9. Fr. XIX et XX), sed ad Pellaeum Alexandri aetati supparem pertinere arbitratur; alterum, quod probabile esse negat Ἀττικὰ a Pellaeo hoc Marsya esse elaborata. Etenim eadem in observatione certissima nititur de qua supra (C. I. p. 319 sq.) diximus emendatio Bernhardyi, quippe qui Ἀττικὴν Ἀρχαιολογίαν, „quam Suidas per dicendi compendium laudatam deprehendit Ἀττικὰ" iuniori Marsyae vindicaverit. Ipsa vero Droysenii con-

iectura ne removentur quidem quibus bini Harpocrationis isti laborant loci difficultates. Namque ut ponamus, edidisse Pellaeum commentarios Ἀσιατικῶν titulo inscriptos, quibus ea continerentur, quae insequuta essent Alexandri expeditionem Syriacam, in qua substitisse scimus Μακεδονικά, num credibile tandem cuiquam videbitur, quinto demum horum Ἀσιατικῶν sive τῶν περὶ Ἀλέξανδρον libro ea attigisse auctorem, quae ipsam Asiaticam Alexandri antecessissent expeditionem? — Missis igitur Asiaticis si quidem omnino talis libri, qualem fuisse opinatur Droysenius, lateret in v. Ἀττικὰ titulus, facile cuipiam Ἄτακτα in mentem venire posset, quae inscriptio non repugnaret certe Harpocrationis de quibus agitur locorum argumento. At vero, id quod iam supra indicavimus, acquiescendum est in egregia Bernhardyi emendatione, praesertim quum Pellaeus cur Alexandri res non ultra annum 331 persequutus sit causa quam supra (C. I. p. 321 et 22.) attulimus fuisse videatur satis idonea. Nihilominus restat quaestio difficillima, uter Marsyas ubi tractarit, quae duobus illis Harpocrationis locis narrasse dicitur Μαρσύας ἐν πέμπτῳ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον, quanquam neutrius alioquin hoc titulo commentarii a veteribus memorentur, Μακεδονικὰ autem alterius (Pellaei) libro septimo versarentur in temporibus Philippicis (Fragm. VI), alterius (Philippensis) item Μακεδονικὰ (s. ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος) res ad quartum annum Olympiadis 111. referendas iam libro primo tractassent (Fragm. X. Ritsch.)? — Ac primum quidem recte sensit uterque vir sagacissimus et Ritschelius et Droysenius, simplicissimam ideoque optimam, credimus, huius nodi quasi Gordii solvendi rationem esse eam, ut ad Pellaei Μακεδονικὰ Harpocrationis isti loci referantur, utque inscriptione τῶν περὶ Ἀλέξανδρον partem tantum illorum (Macedonicorum) significari statuamus eam, quae ad ipsum Alexandrum pertineret. Contra hanc autem sententiam omnium maxime illud pugnare videtur et Ritschelio et Droysenio, quod etiamsi largiremur in Fragm. VI. ἑβδόμῃ corruptum velut e πέμπτῃ esse, ut ait Ritschelius, nulli tamen credibile videretur, quinque libris aliquot saecula historiae Macedonicae in iisque integram Philippi aetatem, quinque autem et quod excurrit aliis singulos quinque annos Alexandri fuisse comprehensos. Etenim ut quintum librum τῶν περὶ Ἀλέξανδρον statuas decimum fuisse Macedonicon, nihilo tamen magis credibile videri, quattuor libris unum, uno autem quattuor annos pertractatos. Ac sane quidem omnem id probabilitatis speciem excedere nobis quoque videretur, si quattuor primis τῶν περὶ Ἀλέξανδρον libris

ea tantummodo persequutus esset Marsyas, quae primo regni anno gessisset Alexander. At vero nonne scripsisse eundem Marsyam scimus *αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν*? Neque singularem quendam hunc libellum fuisse a reliquis Marsyae commentariis (*Μακεδονικοῖς*) seiunctum, sat probabile fit una Onesicriti commentariorum comparatione, quorum singulis partibus inscriptiones quasdam ita fuisse praepositas vidimus (cf. Lib. III. C. I. p 79. et 77. sq.), ut alia pars item de Alexandri educatione agens: *πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη*, alia Alexandri laudationem continens: *Ἀλεξάνδρου ἐγκώμιον* inscriberetur. Quare nihil opus est mutatione vocis *ἑβδόμη* Fragmento VI, sed statuere potius licet septimo etiam *Μακεδονικῶν* libro in temporibus Philippicis versatum esse Pellaeum, dein vero hoc ipso fortasse libro finita ea parte, quam *Φιλιππικὰ* vel *αἱ περὶ Φίλιππον* inscriptam fuisse ex more huius aetatis historicorum (cf. Anaximenem, Callisthenem, Theopompum, Ephorum, alios) consentaneum est, reliqua, quae titulum *τῶν περὶ Ἀλέξανδρον* in fronte gerebant, octavo fortasse libro incepisse tribusque libris ea continuisse, quae inde ab Alexandri regno ineunte usque ad expeditionem Syriacam memoratu dignissima ab Alexandro viderentur gesta esse; denique autem vel duobus vel pluribus libris adiunctam esse de Alexandri educatione commentationem (*αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν*), quae quum pro parte tantummodo *τῶν περὶ Ἀλέξανδρον* habenda esset, mirum videri non potest quod hoc titulo ab Harpocratione excitatur. Negat quidem Ritschelius ad *Ἀλεξάνδρου ἀγωγὴν* sana ratione referre licere, quae adultus Alexander et rex factus perpetraverit; minime tamen haec ab eiusmodi libro abhorrere, quae aliquatenus certe cum Alexandri pueritia cohaererent, bene sensit Droysenius, quanquam hic quoque vir doctissimus tantum abest, ut ad *Ἀλεξάνδρου ἀγωγὴν* Harpocrationis locos pertinere censeat, ut tale iudicium maxime perversum ipsi videatur, quum primi Alexandri regnantis anni in Macedonicis data opera Marsyae tractandi fuissent. Quid vero? Nonne accuratissime horum annorum res gestas perscripsisse poterat Marsyas in Macedonicis earum rerum mentione praetermissa, quae utroque hoc Harpocrationis loco *ἐν πέμπτῳ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον* a Marsya erant commemoratae? Ceterum esse aliquem, qui eiusmodi locos, quorum nexum cum antecedentibus omnino ignoramus, ad certam quandam argumenti rationem et legem referre et huic vel illi libro abiudicare auderet, desipientis sane arrogantiae esset. Veluti, ut hoc unum afferamus, quae Anaximenes (Fragm. X.) de Alexandro narravit, quis non alio quovis *τῶν περὶ Ἀλέξανδρον*

loco scripta fuisse opinaretur, nisi primo Philippicorum libro lectitata fuisse certo testimonio constaret? In libro autem de Alexandri M. educatione conscripto quidni egregia vel hic vel illic auctori opportunitas poterat suppeditari narratiunculas quasdam annectendi, quibus mutua quae inter Alexandrum puerum et Demosthenem intercederet ratio melius cognosceretur? Utcunque est, illud certe extra omnem dubitationem nobis videtur positum esse, duo haec fragmenta non Philippensi sed Pellaeo Marsyae esse vindicanda. Quodsi cui non sine emendatione res expediri posse videatur, equidem eum qui apud Suidam legitur Macedonicon librorum numerum *ι* in *ιη* (ex sequente v. *ἤρξατο*) mutandum proposuerim.

B) MARSYAE PHILIPPENSIS

Μακεδονικά.

FRAGM. I. (X. R.)

Schol. in Eurip. Hippol. v. 666.

De nodo Gordio ab Alexandro dissoluto.

Μαρσύας δὲ ὁ νεώτερος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Μακεδόνων ἱστοριῶν φησιν οὕτως· τῆς δὲ ἀμάξης λέγεται τὰν ζυγὸν τῷ ῥυμῷ προσδεδέσθαι κλήματι ἀμπελίνῳ.

„Quibus quae annectuntur: *ἔστι δὲ λόγιον, ὃς ἂν τὸν δεσμὸν τοῦτον λύσῃ, βασιλεύσειν* (vulg. *λύσει, βασιλεύσει*) *τῆς Ἀσίας. Ἀλέξανδρον δέ φασι τὸν Μακεδόνων βασιλέα λῦσαι αὐτόν· ὃς διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν τὴν ἐπὶ Γρανικῷ μάχην ἐνίκησε*[1]) *καὶ παρεγένετο ἐπὶ τὸν τόπον* cum reliquis ad finem scholii, haec igitur etsi videri possunt ex Marsyae libro hausta esse, tamen ipsa verba scriptoris vix agnoscas. Gordium autem Alexander pervenit Ol. 111, 4. h. e. imperii anno tertio quartove: cf. Clint. p. 162." R. Ad hanc

---

1) „Vulgatur *διαβὰς τινὰ μάντιν ἐπὶ Γρανίκῳ μάχην ἐνίκησε.* Cum *μάντει* aliquo etsi rem sane habuit Alexander teste Diodoro XVII, 17 18., tamen id nihil pertinere ad scholii corruptelam potest, cuius emendationem firmant eiusdem verba cap. 16. *τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν διαβάσεως*, et c. 17. *οἱ μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν*: ut mittamus Plutarch. vit. Alex. c. 9., Aeschin. adv. Ctes. p. 77. St. init., Clem. Al. Str. I, p. 145. Sylb." R.

narrationem quae spectant attulimus in annot. ad Aristob. Fragm. IV.

FRAGM. II. (XII. R.)

Harpocr. s. v. *Γάληψος.*

De Galepsi Thraciae oppidi cognomento.

Γάληψος (rectius *Γαληψός*)· *πόλις Θρᾴκης, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Γαλήψου τοῦ Θάσου καὶ τῆς Τηλέφης, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος ἐν πέμπτῳ* (*ἐνπέμπο÷* cod.) *Μακεδονικῶν.*

„Aegre perspicias, cur eiusmodi additamentis, quibus aliquoties mutilus Harpocrationis libellus non compendifactus suppletur ex ipsa epitoma, ut p. 176, 16. 178, 14. 182, 7., nuperus editor locum denegarit: quo etiam gravius hoc est, quod eius generis quaedam prorsus praetermisit, ut Parisini libri hanc glossam: *Κορθίλος, ὄνομα κύριον· ὃν Ἀθηναῖοι κατέλευσαν* (cod. *κατέλυσαν*), *διότι ὑπακούειν Πέρσαις προὐτρέπετο.*" R.

FRAGM. III. (XIII. R.)

Harpocr. s. v. *Λητή.*

De Leta, Macedoniae urbe.

Ὑπερίδης κατὰ Δημάδου. Λητὴ πόλις ἐστὶ τῆς Μακεδονίας, μνημονεύει δὲ αὐτῆς πολλάκις Μαρσύας ὁ νεώτερος ἐν ἕκτῳ Μακεδονικῶν.

„Cur saepe hoc potissimum libro Letam urbem memorarit, in tanta rerum Macedonicarum obscuritate divinari nequit. Nec ex adiecto Hyperidiae orationis testimonio satis tuto de tempore coniecturam facias, etsi Demadem scimus circa Ol. 110. exitum ad rempublicam accessisse, Ol. vero 114. et obisse Hyperidem et vehementissimas inter utrumque inimicitias exarsisse. Nam ne sic quidem plus proficitur, quam ad tempora inter Ol. 111, 4. (cf. fr. X.) et 114, 3. interiecta pertinuisse Letae urbis mentionem." R.

FRAGM. IV. (XV. R.)

Schol. Vatic. in Eurip. Rhes. v. 346. (cf. Hermanni Opusc. V, p. 191.)

De Rheso, ex Cleo Musa nato.

Οὐκ εἴρηκε τίνος Μουσῶν ὁ Ῥῆσος εἴη παῖς. Κλειοῦς μέντοι λέγουσιν αὐτὸν εἶναι, καθάπερ Μαρσύας ὁ

νεώτερος ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς (*ἐν τ.⁀. οἰκοδομ.⁀.* cod.) *περὶ τῶν κακομόρων γράφων οὕτως· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ περὶ τούτου εἶπον τοῦτο· Κλειὼ τὴν θεὸν ὑπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν Μουσῶν νυμφευθῆναι τεκνῶσαί τε τὸν Ῥῆσον. καὶ μετ' ὀλίγον· ἔστιν ἱερὸν τῆς Κλειοῦς ἐν Ἀμφιπόλει ἱδρυθὲν ἀπέναντι τοῦ Ῥήσου μνημείου ἐπὶ λόφου τινός.*

„Quarum emendationum cum pleraeque extra controversiam positae sint, de uno *περὶ τῶν κακομόρων* nescio an dubitare liceat, quantumvis scite excogitato pro eo quod affertur e codice *τῶν κακοβρῖ.* Quanquam apage velut hanc hallucinationem *ἐν τῶν Μακεδονικῶν Γωι καὶ κῳ βιβλίῳ* h. e. *τρίτῳ καὶ εἰκοστῷ*: quae parum usitata sit citandi ratio. Apparere autem ex allatis videtur, imprimis diligentem in urbium regionumque descriptione Marsyam fuisse." R. Ceterum malim *ἐν τοῖς Μυθικοῖς*. G.

Ἀττικὴ Ἀρχαιολογία (sive *Ἀττικά*).[1)]

FRAGM. V. (XVI. R.)

Athen. XI. p. 467. c.

De vetere quodam libandi more.

Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου ἐν πρώτῳ περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων ζητουμένων φησίν· γυάλας ποτηρίου εἶδος, ὡς Μαρσύας γράφει ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἡρακλέους, οὕτως· ὅταν εἰσίῃ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν πόλιν, συναντᾶν οἴνου πλήρη γυάλαν ἔχοντά τινα, τὸν δὲ λαβόντα σπένδειν.

„De Macedonica urbe haec narrari non temere coniicitur ex Etymol. M. p. 243, 13. *γύαλος εἶδος ποτηρίου παρὰ Μακεδόσιν*, pro quibus Hesychius I, p. 865. *γυάλας* (cod. *γυλλᾶς*) *εἶδος ποτηρίου παρὰ Μακεδόσιν* (*Μακεδόνων* cod.). Ac sacerdotes quidem novimus complures scriptores Graecos. Pellaeum autem Marsyam, ludi magistrum eundemque ducem

---

1) Huc referre non dubitavimus sequentia, quae Macedonicis vindicare frustra conatur Ritschelius annotans (p. 9): „Adiungimus nunc quae etsi non est proditum ex Macedonicis sumpta esse, tamen tenuibus indiciis, quomodo potuerint in iis locum habere, significant. Consentaneum est enim prius quam de quovis alio incerto cogitare de eo libro, quem vere usurpatum manibus posteriorum scriptorum satis certo norimus."

navalem, vix erit qui etiam sacerdotio augere animum inducat. Ceterum Parthenii magister ille Dionysius Suidae quartus est inter cognomines, Alexandrinus quidem, a Nerone ad Traianum clarus: vid. Fabric. Bibl. Gr. IV, p. 309. Harl." R.

FRAGM. VI et VII. (XVII et XVIII. R.)

Athen. XI. p. 477. a et ibid. p. 479. c.

De poculorum quorundam nominibus.

Μαρσύας δὲ (τὸ κισσύβιον εἶναι λέγει) κύπελλον καὶ τὸ ξύλινον ποτήριον.

Μαρσύας δέ φησι τὸ ἐν τῷ ἰσχίῳ ὀστοῦν καλεῖσθαι ἄλεισον καὶ κύλικα.

„Ipsius tum argumenti tum loci affinitate tam coniuncta cum *γυάλου* (Fragm. V.) commemoratione haec sunt, ut vereamur ne de grammatico Marsya inconsideratius Schweighaeuserus cogitarit." R. Minus recte autem Ritschelius quum ex Macedonicis haec fluxisse parum probabile videretur ad librum refugit, quo *ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος* scripsisse Marsyam docuit Lexicographus. Hic ipse vero erat nullus alius atque *Μακεδονικά*. Cf. C. I. p. 319. et C. II. p. 334.

FRAGM. VIII. (XI. R.)

Schol. in Platon. Conviv. p. 373. Bekk.

De Agathone ad Archelaum regem profecto.

Καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας [ὁ] νεώτερος.

Haec locum in Marsyae Philippensis Macedonicis vix invenire rectissime sensit Ritschelius atque pro singulari sagacitate eandem de Attica archaeologia coniecturam, nimis tamen caute proposuit, quam comprobatam vidimus a Bernhardyo.

Μυθικά.

FRAGM. IX. (XXIII. R.)

Athen. Epit. II, p. 69. d.

De Veneris in Phaonem omore.

Κρατῖνος δέ φησι Φάωνος ἐρασθεῖσαν τὴν Ἀφροδίτην ἐν καλαῖς θριδακίναις αὐτὸν ἀποκρύψαι, Μαρσύας δὲ ὁ νεώτερος ἐν χλόῃ κριθῶν.

Tylum insulam pervenerat Chersonesi Arabicae partem praeternavigavit.[1]) Harum igitur navigationum descriptionem *τῆς Ἰνδικῆς παράπλου* titulo inscriptam[2]) non multo post Alexandri mortem[3]) Androsthenes edidit, cuius libri paucissima tantummodo extant fragmenta. Ceterum haud secus quam Onesicriti et Nearchi commentarios Androsthenis quoque periplum suum in usum convertisse videtur Juba Mauritanus.[4]) Cavendum denique ne confundatur hic Androsthenes Thasius cum iuniore eiusdem nominis Cyziceno, memorato a Polybio in Reliq. Lib. XI, 34, 12. Idem vero Androsthenes Thasius intelligendus est in Marciani Heracleotae Periplo (Geogr. Vet. Scriptt. Gr. min. Vol. I. p. 63. ed. Huds.), ubi quod vulgo legitur *Ἰάσιος* in *Θάσιος* emendandum esse recte iam vidit Vossius (l. c.).

SECT. II.

Medius,[5]) Oxythemidis filius, patria Larissaeus,[6]) ab omnibus quidem quotquot eius mentionem fecerunt veteribus auctoribus inter eos appellatur Alexandri Magni amicos, qui regi imprimis cari fuissent atque familiarissima consuetudine iuncti,[7]) a Plutarcho autem vel in eorum habetur numero,

---

1) Arr. Exp. Alex. VII, 20, 11 (7): *Ταυτὶ ἀπηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ τὰ μὲν πρὸς Ἀρχίου, ὃς ξὺν τριακοντόρῳ ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ κατασκοπῇ τοῦ παράπλου τοῦ ὡς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας μέχρι μὲν τῆς νήσου τῆς Τύλου ἦλθεν, τὸ πρόσω δὲ οὐκέτι περαιωθῆναι ἐτόλμησεν· Ἀνδροσθένης δὲ ξὺν ἄλλῃ τριακοντόρῳ σταλεὶς καὶ τῆς χεῤῥονήσου τι τῶν Ἀράβων παρέπλευσε.* In seqq. autem narratur, Archiam quoque superatum esse ab Hierone Solensi cum alia nave eandem in expeditionem ab Alexandro misso. Cf. Ann. ad Aristob. Fragm. XL et XLIII. Imprimis vero cf. Ritter. Erdk. T. X. p. 39 sqq.

2) Ita enim recte olim legebatur ap. Athen. III. p. 93. b. (Androsth. Fragm. I.) pro *περίπλῳ*, quod dedit G. Dindorfius.

3) Hoc enim eo probabile fit, quod eius libro usus est Theophrastus de causs. plantt. II, 5, 5 (Fragm. III.).

4) Cf. Annot. ad Androsth. Fragm. I.

5) Attigit eum Voss. de hist. Gr. I, c. 10. p. 97. et Meineke Philol. Exercitt. in Athen. p. 33—34. Prorsus autem praetermisit huius quoque mentionem Santo-Crucius.

6) Arr. Hist. Ind. c. 18. Strab. l. XI. t. IV. p. 590—591. (530 Cas.).

7) Ita Arrianus Exp. Alex. VII, 24, 4 dicit eum *τῶν ἑταίρων ἐν τῷ τότε πιθανώτατον* fuisse.

qui adulationis illecebris pravisque consiliis Alexandri animum corrupissent et ad iniustitiam crudelitatemque stimulassent. Huic enim si fidem habemus, ἦν ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος καὶ σοφιστὴς κορυφαῖος ἐπὶ τοὺς ἀρίστους συντεταγμένος. ἐκέλευεν οὖν θαῤῥοῦντας ἅπτεσθαι καὶ δάκνειν ταῖς διαβολαῖς, διδάσκων, ὅτι, κἂν θεραπεύσῃ τὸ ἕλκος ὁ δεδηγμένος, ἡ οὐλὴ μένει τῆς διαβολῆς.[1]) Atque hinc potissimum Plutarchus dicit factum esse, ut Callisthenes, Parmenio, Philotas occiderentur, Bagoas contra, Demetrius eorumque similes adulatores honoribus cumularentur. At vero cave ne nimium tribuas ponderis huic Plutarchi narrationi, quippe quae ex eodem fluxisse videatur fonte, unde vana ista orta est suspicio, eundem Medium veneno Alexandri necem maturasse.[2]) Ceterum paullo ante diem supremum identidem Alexandrum apud Medium amicum coenatum esse satis constat.[3]) Post regis autem obitum una cum Nearcho Medius ab Antigoni regis stetit partibus eiusque classi praefectus per varia illorum temporum discrimina fortiter ac strenue pugnavit.[4]) Itaque pugna etiam navali ad Cyprum Salaminiam facta (306 a. C.), qua Ptolemaei Lagidae classis magna clade a Demetrio, Poliorcetae cognomine postea appellato, victa est, Antigoni filium comitatus consilio et sollertia Medius adiuvit[5]) eodemque anno funestae calamitati interfuit, qua Antigonus et Demetrius Ptolemaeum in ipsa Aegypto adorientes afflicti sunt.[6]) Fideliter enim etiamtum Antigoni rebus consuluisse atque operam dedisse Medium, satis apparet ex fatali isto somnio, quo tristem expeditionis

---

1) De adulat. et amic. discr. c 35. (T. VII. p. 211. ed Hutt.).

2) Arr. Exp. Alex. VII, 27, 3 (2): οἱ δὲ καὶ Μήδιον μετασχεῖν τοῦ ἔργου, ἐραστὴν ὄντα τοῦ Ἰόλλα· καὶ αὐτὸν γὰρ εἶναι τὸν εἰσηγητὴν γενόμενον Ἀλεξάνδρῳ τοῦ κώμου· ὀδύνην τε αὐτῷ ἐπὶ τῇ κύλικι γενέσθαι ὀξεῖαν, καὶ ἐπὶ τῇ ὀδύνῃ ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ πότου. Cf. Plut. de Sanit. tuend. Vol. VII. p. 376. ed. Hutt. et ann. ad Aristob. Fragm. XLVI et XLVII. Rectissime autem ineptam hanc suspicionem refutavit Droysenius Hist. Diad. T. I. p. 705 — 7.

3) Cf. Alexandri Ephemerides infra adscriptas.

4) Diod. XIX, c. 69 et 75. Droysen. l. c. p. 356 et 358.

5) Diod XX, c. 50. cf. Comment. nostr. de Ptolem. Lag. Vit. p. 40 sqq. Droysen. l. c. p. 450 sqq.

6) Diod. XX, c. 74 — 77. Cf. Comment. nostr. de Ptolem. Lag. Vit. p. 42 sqq.

eventum animus praesagiebat.[1]) Neque improbabile est, ipsum fortasse Medium ea clade oppressum occubuisse, quum nusquam post haec tempora eius mentio facta sit. Fallitur enim Meinekius (l. c.) quod eum supra Antigoni aetatem vixisse intelligi opinatur ex Luciani Macrob. c. 11, ubi haec leguntur: *Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς.* Quare hoc quidem loco quum de Antigono Gonnata agatur, quem circa annum demum 239 a. C. mortuum esse constat,[2]) non Medium, Alexandri amicum, sed alium quendam eiusdem nominis auctorem, de quo nihil praeterea cognitum habemus, intelligendum esse luce clarius est. Ceterum quod addit vir eruditissimus: „fuitque haud dubie cognationis vinculo coniunctus cum illo Medio, qui Olymp. 96, 2. cum Lycophrone, Pheraeorum tyranno, de Thessaliae principatu bellavit (v. Diod. Sic. XIV, 82. cll. Buttmanno Mythol. II. p. 286.)", hoc neque affirmare ausim neque refellere.

Hunc igitur Medium historici operis fuisse auctorem, certo quidem est testimonio Strabonis locus infra adscriptus.[3]) Praeterea vero quum nusquam apud veteres vel Medii vel Cyrsili una cum Medio citati de quo praeter nomen nihil cognitum est, liber commemoretur, de eius argumento, pretio, fide quicquam statuere non licet, neque illud quidem compertum habemus, utrum data opera de Alexandri rebus ille egerit an tractaverit potius quae ab eius successoribus (*διαδόχοις*) gesta sint.

---

1) Plut. Vit. Demetr. c. 19: *Ὃν δὲ τρόπον ἔμελλε κρίνεσθαι τὰ πράγματα, Μήδιος, Ἀντιγόνου φίλος, ὄψιν εἶδε κατὰ τοὺς ὕπνους. ἐδόκει γὰρ αὐτὸν Ἀντίγονον ἀγωνίζεσθαι μετὰ τῆς στρατιᾶς ἁπάσης δίαυλον, εὐρώστως καὶ ταχὺ τὸ πρῶτον, εἶτα κατὰ μικρὸν ἐνδιδόναι τὴν δύναμιν αὐτῷ· καὶ τέλος, ὡς ἔκαμψεν, ἀσθενῆ γενόμενον καὶ μεστὸν ἄσθματος οὐ ῥᾳδίως ἀναφέρειν.*

2) Cf. Droysen. Hellenism. T. II. p. 399. ann. 94.

3) Strab. l. XI. t. IV. p. 590 (530 Cas.). Cf. C. II. p. 351.

C. II.

COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

SECT. I.

ANDROSTHENIS THASII

FRAGM. I.

Athen. III. p. 93. b. et c.

De conchyliorum variis formis ostreorumque magnitudine ac pretio.

Ἀνδροσθένης δ' ἐν τῷ τῆς Ἰνδικῆς Παράπλῳ γράφει οὕτως „Τῶν δὲ στρόμβων καὶ χοιρίνων καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων ποικίλαι αἱ ἰδέαι καὶ πολὺ διάφοροι τῶν παρ' ἡμῖν. γίνονται δὲ πορφύραι καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος τῶν λοιπῶν· ἓν δὲ ἴδιον, ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι βέρβερι, ἐξ οὗ ἡ μαργαρῖτις λίθος γίνεται. αὕτη δ' ἐστὶ πολυτελὴς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ πωλεῖται περὶ Πέρσας τε καὶ τοὺς ἄνω τόπους πρὸς χρυσίον. ἔστι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενὶ, οὐ διέγλυπται δὲ, ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ. οὐδὲ ὦτα ἔχει δύο ὥσπερ ὁ κτεὶς, ἀλλὰ ἕν· ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς ὑείοις ἡ χάλαζα. καὶ ἔστιν ἡ μὲν χρυσοειδὴς σφόδρα, ὥστε μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι, ὅταν παρατεθῇ παρὰ τὸ χρυσίον, ἡ δὲ ἀργυροειδὴς, ἡ δὲ τελέως λευκὴ, ὁμοία τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἰχθύων.“

Ad hunc locum haec animadvertit Schweighaeuserus: „In Androsthenis verbis perperam *χοιρίων* erat editum; recte *χοιρίνων* dedit codex uterque A. et Ep. quod in versione iam expresserat Dalech. *Χοιρίναι* dicuntur, quas porcellanas graeco de nomine, itemque Veneris conchas vulgo vocamus. Cf. Gesn. pag. 285. Ibid. In vulgata scriptura *αἱ ποικίλαι ἠδεῖαι* nil mutant nostri libri; et speciem quoque aliquam huic scripturae conciliat codex Ep. verba sic distinguens: *καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων αἱ ποικίλαι, ἡδεῖαι*

καὶ πολὺ διάφοροι etc. quasi hoc dixisset auctor: et ex reliquis conchyliis ea quae variegata sunt, iucunda sunt et longe praestant nostratibus. Nec tamen dubitari debet, meram esse hanc *παραδιόρθωσιν*, utut vetustam. Verum perspecte viderat Dalecampius, vertens: et reliquorum conchyliorum variae species. Et in graeco haud dubie *ποικίλαι αἱ ἰδέαι* fuit corrigendum, quod et a Corayo in Notis msstis commendatum video. Ibid. *γίνονται δὲ πορφύρα τε καὶ ὀστρέων* etc. Nil mutat ms. A. quod sciam. In ms. Ep. est *γίνεται δὲ καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος*, omissa voce *πορφύρα*. *πορφύραι τε* adnotavit Brunckius, puto ex ms. B. Ibid. *ἡ μαργαρῖτις λίθος*. *ἡ μαργαρίτης λίθος* ms. Ep. Ubique aut *ὁ μαργαρίτης* oportebat, aut *ἡ μαργαρῖτις*. „Utro genere melius dicatur Graecis, *μαργιρῖτις* an *μαργαρίτης*, disputat Galenus lib. IX. de Facult. Simpl. Medicam." Casaub. Ibid. *περὶ Πέρσας τε*. *παρὰ Πέρσας τε* ms. Ep. ubi videri possit *παρὰ Πέρσαις τε* debuisse, nisi sequeretur in eodem cod. (sicut vulgo) *καὶ τοὺς ἄνω τόπους*. Ibid. *πωλεῖται — — πρὸς χρυσίον*. Megasthenes apud Arrian. in Indicis tradit, margaritas apud Indos etiam contra triplum auri venire. Ibid. *ἔστι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενί· οὐ διέγλυπται δέ, ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ*. Haec Dalecampius sic reddiderat: Ostreum aspectu pectini simile, concha spissa, non striata, sed laevi operitur. Tum ad verba: concha spissa, adnotaverat: „Male Plinius: hirsuta echinorum modo." Ad ista autem: non striata: „Plinius, insecta; *οὐ διαγεγλυμμένον*." Inde Casaubonus, praemissa Graecorum verborum supra scriptorum interpretatione huiusmodi: Ostrei figura similis pectini, sed insecto: habetque testam laevem hirtam; hanc subiecit animadversionem: „Plinius libro IX. [c. 35. sect. 56.] Iuba tradit, Arabicis concham esse similem pectini insecto, hirsutam echinorum modo. Neque eadem penitus, neque multum diversa est Pliniana descriptio ab Athenaica. Discrepantiam, quantulacunque ea est, non mirabitur qui cogitaverit, Plinium quidem Iubae, Athenaeum vero Androsthenis verbis locutum. Androsthenem Iuba antiquiorem aliquot seculis fuisse suspicor, et fortasse Iubae lectum: sed existimandum propterea non est, merum recitatorem Iubam extitisse verborum Androsthenis. Ridicule igitur faciunt, qui Plinium reprehendere audent, quod *τὸ δασὺ* in superiore Androsthenis loco perperam sit interpretatus. Qui si tanta diligentia investigassent quid Graecis significet *τὸ δασὺ*, quanta fide sudasse Galenum videmus in eius vocis explicatione apud

Hippocratem, omisso Plinio, de sententia Androsthenis quaesissent accuratius. ὄστρακον δασὺ vertunt illi: spissam testam." [Nempe sic apud Hippocr. δασὺ οὖρον accipi pro παχὺ, spissum, densum, solet. At id quidem aliam rationem habet. cf. Foes. Oecon. Hippocr. pag. 146. ὄστρακον vero δασὺ h. l. ante Dalecampium iam Rondeletus spissam concham intellexerat, apud Gesn. pag. 269.] „Non hoc Graeca vox significat, δασὺ enim ac λάσιον proprie hirtum significant, et τὸ τετριχωμένον. δασὺ et ψιλὸν sic opponuntur, ut λεῖον et τραχύ. In libris Medicorum δασύνειν ἀλωπεκίας medicamenta dicuntur, quae pilos generant in capite depilato et glabro. [δασέα ὄρη sunt montes sylvis comati, sylvis operti.] Quod igitur testam eandem λείαν et δασεῖαν facit Androsthenes, difficultatem parit: nisi de variis partibus intelligas. Mendi suspicionem removent veteres membranae et Epitomes auctor." — Quam difficultatem Casaubonus in eo repererat, quod idem conchylium simul λεῖον et δασὺ, laeve et hirtum dicatur, eam iam ex parte levaverat Gesnerus de Aquatil. pag. 529. animadvertens, τὸ λεῖον nihil aliud hic valere atque id quod proxime ante dictum est: οὐ διέγλυπται, nempe non ita caelatam atque incisam esse hanc concham, ut sunt pectines, cum quibus illam comparat hic auctor: (in eamdem sententiam ῥαβδωτοὶ, virgati, dicuntur pectines, supra III. 88. b.) neque aliud dixisse Plinium, cum similem esse hanc concham pectini insecto ait, i. e. non secto, non caelato. In quo recte, ut videtur, Gesnero adsentitur Bochart. in Hieroz. P. I. lib. II. cap. 45. p. 488. Quam in sententiam haud incommode Rondelet l. c. aut certe qui illius librum in latinam linguam convertit, λεῖον ὄστρακον, planam concham latine reddiderat. Cui sententiae non repugnat, quod eadem concha simul hirta vel villosa dicatur: sed hoc ipsum hirtum vel villosum quale esset, prudens definire non ausus est Gesnerus. Bochartus de vellere et molli lana interpretatus est, qualis pinnarum est: pariterque Palmerius Exercit. p. 493. τὸ δασὺ refert ad cirrhos et radiculas, quas eas conchas emittere sequenti capite traditur; (ὅσαι δ' ἂν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι; paulo post lit. f.) quas radices (ait) byssum et lanas etiam vocari et texi supra probavit ipse Casaubonus ad pag. 89. c. At hic non, ut sequenti capite, de pinna margaritifera agitur, sed de mitulo margaritifero: quem si vel ipsum statuas aliquam eiusmodi barbam habere, qualis pinnae est, non idcirco ipsa concha vel testa δασὺς, i. e. hirta vel villosa dici posset. Ego, quamquam nec a recentioribus auctoribus, qui

de mitulo margaritifero scripserunt, tale aliquid observatum noverim; nec in eis mitulis margaritiferis, qui a curiosis conservantur, tale quid conspicitur; tamen in graecis illis verbis nihil aliud reperire possum, nisi hoc dicere hunc auctorem, sive lanugine quadam aut villis, sive, ut Plinius indicare videtur, minutis quibusdam spinis tectum esse illud conchylium. De quo ulterius quaerant naturae curiosi: nobis in tota hac opera id maxime propositum esse debet, ut, et quid scriptum reliquerint vel Athenaeus vel hi, quos ille citavit, auctores, et quaenam sit sententia verbis subiecta, dispiciamus. *ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκί.* *γίνεται καὶ ἐν τῇ σαρκὶ* ms. Ep. Ibid. *ὥσπερ ἐν τοῖς συείοις ἡ χάλαζα.* *συίοις* ms. A. *ὑείοις* ms. Ep. Intellige *κρέασιν*, quam vocem adiecit Eustath. hunc locum citans ad Iliad. λ'. pag. 795, 8. Docuit Salmasius Exerc. Plin. pag. 505. recentiores Graecos ipsas etiam margaritas *χαλάζας* vocasse, a suillis illis granis, quae Graecis *χάλαζαι.*"

FRAGM. II.

Strab. l. XVI. t. VI. p. 379. sqq. (765—66. Cas.)

De sinu sive mari Persico, Icario insula et Gerrha urbe.

Ὁ μὲν οὖν Περσικὸς κόλπος λέγεται καὶ ἡ κατὰ Πέρσας θάλαττα. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς Ἐρατοσθένης οὕτως, ὅτι τὸ μὲν στόμα φασὶν εἶναι στενὸν οὕτως, ὥστ᾽ ἐξ Ἁρμόζοντος, τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρὸν, εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν, μέχρι Τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου· περιέχει δὲ τήν τε Καρμανίων παραλίαν καὶ τὴν Περσῶν καὶ Σουσίων καὶ Βαβυλωνίων ἀπὸ μέρους, ὅσον μυρίων οὖσαν σταδίων· περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς εἰρήκαμεν· τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν ἑξῆς ἐπὶ τὸ στόμα πάλιν ἄλλοι τοσοῦτοι, καθάπερ καὶ Ἀνδροσθένη λέγειν φησὶ τὸν Θάσιον, τὸν καὶ Νεάρχῳ συμπλεύσαντα καθ᾽ αὑτόν· ὥστε δῆλον ἐκ τούτων εἶναι, διότι μικρὸν ἀπολείπεται τῷ μεγέθει τῆς κατὰ τὸν Εὔξεινον θαλάττης αὕτη ἡ θάλαττα· λέγειν δέ φησιν ἐκεῖνον περιπεπλευκότα στόλῳ τὸν κόλπον, ὅτι ἀπὸ Τερηδόνος, ἑξῆς ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν ἤπειρον, ὁ παράπλους ἔχει προκειμένην νῆσον Ἰκάριον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἐν αὐτῇ, καὶ μαντεῖον Ταυροπόλου. Παραπλεύσαντι δὲ τῆς Ἀραβίας εἰς δισχι-

Hippocratem, omisso Plinio, de sententia Androsthenis quaesissent accuratius. ὄστρακον δασὺ vertunt illi: spissam testam." [Nempe sic apud Hippocr. δασὺ οὖρον accipi pro παχὺ, spissum, densum, solet. At id quidem aliam rationem habet. cf. Foes. Oecon. Hippocr. pag. 146. ὄστρακον vero δασὺ h. l. ante Dalecampium iam Rondeletus spissam concham intellexerat, apud Gesn. pag. 269.] „Non hoc Graeca vox significat, δασὺ enim ac λάσιον proprie hirtum significant, et τὸ τετριχωμένον. δασὺ et ψιλὸν sic opponuntur, ut λεῖον et τραχύ. In libris Medicorum δασύνειν ἀλωπεκίας medicamenta dicuntur, quae pilos generant in capite depilato et glabro. [δασέα ὄρη sunt montes sylvis comati, sylvis operti.] Quod igitur testam eandem λείαν et δασεῖαν facit Androsthenes, difficultatem parit: nisi de variis partibus intelligas. Mendi suspicionem removent veteres membranae et Epitomes auctor." — Quam difficultatem Casaubonus in eo repererat, quod idem conchylium simul λεῖον et δασὺ, laeve et hirtum dicatur, eam iam ex parte levaverat Gesnerus de Aquatil. pag. 529. animadvertens, τὸ λεῖον nihil aliud hic valere atque id quod proxime ante dictum est: οὐ διέγλυπται, nempe non ita caelatam atque incisam esse hanc concham, ut sunt pectines, cum quibus illam comparat hic auctor: (in eamdem sententiam ῥαβδωτοὶ, virgati, dicuntur pectines, supra III. 88. b.) neque aliud dixisse Plinium, cum similem esse hanc concham pectini insecto ait, i. e. non secto, non caelato. In quo recte, ut videtur, Gesnero adsentitur Bochart. in Hieroz. P. I. lib. II. cap. 45. p. 488. Quam in sententiam haud incommode Rondelet l. c. aut certe qui illius librum in latinam linguam convertit, λεῖον ὄστρακον, planam concham latine reddiderat. Cui sententiae non repugnat, quod eadem concha simul hirta vel villosa dicatur: sed hoc ipsum hirtum vel villosum quale esset, prudens definire non ausus est Gesnerus. Bochartus de vellere et molli lana interpretatus est, qualis pinnarum est: pariterque Palmerius Exercit. p. 493. τὸ δασὺ refert ad cirrhos et radiculas, quas eas conchas emittere sequenti capite traditur; (ὅσαι δ᾽ ἂν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι; paulo post lit. f.) quas radices (ait) byssum et lanas etiam vocari et texi supra probavit ipse Casaubonus ad pag. 89. c. At hic non, ut sequenti capite, de pinna magaritifera agitur, sed de mitulo margaritifero: quem si vel ipsum statuas aliquam eiusmodi barbam habere, qualis pinnae est, non idcirco ipsa concha vel testa δασὺς, i. e. hirta vel villosa dici posset. Ego, quamquam nec a recentioribus auctoribus, qui

Συμβαίνει δὲ τὰ μὲν οὐράνια σπάνια γίνεσθαι, τούτοις δ' ἐκτρέφεσθαι καὶ τὰ δένδρα καὶ τὸν σῖτον καὶ τἄλλα· διὸ καὶ πᾶσαν ὥραν σπείρουσι. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐξ ὑποθέσεως εἰρήσθω.

„Hic (Androsthenes) igitur auctor est narrationis de insulae Tyli arboribus, quae extat in hist. pl. 4, 9., ubi res eadem traditur his verbis: *ὕδωρ δὲ οὐράνιον γίνεσθαι μέν, οὐ μὴν χρῆσθαί γε πρὸς τοὺς καρποὺς, ἀλλ' εἶναι κρήνας μὲν ἐν τῇ νήσῳ πολλὰς, ἀφ' ὧν πάντα βρέχειν, ἃ καὶ συμφέρει μᾶλλον τῷ σίτῳ καὶ τοῖς δένδρεσι· διὸ καὶ ὅταν ὕσῃ, τοῦτο ἐπαφιέναι καθαπερεὶ καταπλύνοντας ἐκεῖνο.* Unde patet, e vestigiis vitiosae scripturae h. l. corrigendum esse: *ὕσῃ, τῷ σίτῳ ἐπαφιέντας τοὺς ἐγχωρίους ἀποβρέχειν.* — — Ceterum Gaza vulgatam, *τούτοις εἰωθότας ἐγχωρίους ἀποβρέχειν*, ex parte ita vertit: et hinc agricolas loci illius statim post imbrem rivis eiusmodi abluere sata solere, consuetudinem esse. Heinsius inde supplevit scripturam A. B. Med. *τούτοις εἰ παρέχειν*, quam Guil. Canterus Nov. Lect. 2, 99. ita corrigebat: *τούτοις οὐ βρέχειν τοὺς ἐγχωρίους.* Scaliger ad verba *εἰ παρέχει* intelligebat *ἀληθές ἐστι.* Quum nemo locum historiae plantarum comparasset, non mirum est, omnes a vero aberrasse. Ceterum de eadem re narrantem alium scriptorem secutus Plutarchus esse videbatur mihi in Quaestt. nat. 1., ubi de eodem argumento salsarum aquarum disputat: *ἃ δ' ἱστοροῦσιν ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ βλαστάνειν ὑλήματα καὶ φυτὰ, καρπὸν μὲν οὐδένα φέρει, τρέφεται δὲ τοῖς ποταμοῖς πολλὴν ἐμβάλλουσιν ἰλὺν, ὅθεν οὐ πρόσω τῆς γῆς, ἀλλὰ πλησίον ἔχει τὴν γένεσιν*: verum, re accuratius considerata, loqui Plutarchum puto de zoophytis maris erythraei, non de arboribus insulae Tyli." Schneid. Eadem vero insula *Τύρος* appellatur apud Strab. l. XVI. t. VI. p. 389 (766. Cas.): *Πλεύσαντι δ' ἐπὶ πλέον ἄλλαι νῆσοι, Τύρος καὶ Ἄραδός εἰσιν, ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια· καὶ φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποίκους ἑαυτῶν. Διέχουσι δὲ αἱ νῆσοι αὗται Τερηδόνος μὲν δεχήμερον πλοῦν, τῆς δὲ κατὰ τὸ στόμα ἄκρας τῆς ἐν Μάκαις ἡμερήσιον.* Ad quem locum de nominis scriptura haec animadvertit Tschuckius: „Ita extat in libris omnibus, nec aliter legit Eustathius ad Dionys. v. 911. (cf. Bernhardy. ad h. l.), etsi ab aliis auctoribus *Τῆλος* vocatur. Cf. Arr. Exp. Alex. VII, 20, 11. Plin. N. H. VI, 32, 28. et de promiscua scriptura Stephan. s. v. *Τύρος* et quae disputat Salmas. ad Solin. p. m. 720. praeter Geographos." Sunt vero insulae istae, quae hodie

vocantur Baharein, de quibus cf. Annot. ad Aristob. Fragm. XL. (p. 66.).

SECT. II.

MEDII PHARSALII ET CYRSILI LARISSAEI

FRAGM. I.

Strab. l. XI. t. IV. p. 590 sqq. (530. Cas.)

De Armeniae terrae nomine et Thessalica gentis origine.

Ἀρχαιολογία δέ τίς ἐστι περὶ τοῦ ἔθνους τοῦδε (Ἀρμενίου) τοιαύτη. Ἄρμενος ἐξ Ἀρμενίου, πόλεως Θετταλικῆς, ἣ κεῖται μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσσης ἐπὶ τῇ Βοίβῃ, καθάπερ εἴρηται, συνεστράτευσεν Ἰάσονι ἐς τὴν Ἀρμεμίαν· τούτου φασὶν ἐπώνυμον τὴν Ἀρμενίαν οἱ περὶ Κυρσίλον τὸν Φαρσάλιον καὶ Μήδιον τὸν Λαρισσαῖον, ἄνδρες συνεστρατευκότες Ἀλεξάνδρῳ. τῶν δὲ μετὰ τοῦ Ἀρμένου τοὺς μὲν τὴν Ἀκιλισηνὴν οἰκῆσαι τὴν ὑπὸ τοῖς Σωφηνοῖς πρότερον οὖσαν, τοὺς δὲ ἐν τῇ Συσπιρίτιδι ἕως τῆς Καλαχηνῆς καὶ τῆς Ἀδιαβηνῆς ἔξω τῶν Ἀρμενιακῶν ὅρων. Καὶ τὴν ἐσθῆτα δὲ τὴν Ἀρμενιακὴν Θετταλικήν φασιν, οἷον τοὺς βαθεῖς χιτῶνας, οὓς καλοῦσιν Αἰτωλικοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη, καὶ ἐφαπτίδας, ὡς καὶ τῶν τραγῳδῶν μιμησαμένων τοὺς Θετταλούς· ἔδει μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐπιθέτου κόσμου τοιούτου τινός.

Addit dein Strabo Thessalos potissimum propter septentrionales et frigidissimas sedes prolixa stola utentes commodissimam imitandi occasionem praebuisse. Item vero ex Medii et Cyrsili commentariis hausta videntur esse, quae sequuntur: *τὴν τῶν ὑποκριτῶν δὲ διασκευὴν ἐν τοῖς ἀναπλάσμασιν καὶ τὸν τῆς ἱππικῆς ζῆλόν φασιν εἶναι Θετταλικὸν, καὶ τούτοις ὁμοίως καὶ Μήδοις. Τὴν δὲ Ἰάσονος στρατείαν καὶ τὰ Ἰασόνια μαρτυρεῖ, ὧν τινα οἱ δυνάσται κατέσκαψαν παραπλησίως, ὥσπερ τὸν ἐν Ἀβδήροις νεὼν τοῦ Ἰάσονος Παρμενίων. — Τὸν δὲ Ἀράξην κληθῆναι νομίζουσι κατὰ τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸν Πηνειὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄρμενον ὁμωνύμως ἐκείνῳ· καλεῖσθαι γὰρ Ἀράξην κἀκεῖνον διὰ τὸ ἀπαράξαι τὴν Ὄσσαν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, ῥήξαντα τὰ Τέμπη· καὶ τοῦτον ἐν Ἀρμενίᾳ ἀπὸ τῶν ὀρῶν καταβάντα πλατύνεσθαί φασι τὸ παλαιὸν καὶ πελαγίζειν ἐν τοῖς ὑποκειμένοις πεδίοις, οὐκ ἔχοντα*

διέξοδον· Ἰάσονα δὲ μιμησάμενον τὰ Τέμπη ποιῆσαι τὴν διασφάγα, δι' ἧς καταῤῥάττει νυνὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Κασπίαν θάλατταν· ἐκ δὲ τούτου γυμνωθῆναι τὸ Ἀραξηνὸν πεδίον, δι' οὗ συμβαίνει ῥέων ἐπὶ τὸν καταῤῥάκτην ὁ ποταμός. — Atque haec de Araxe narratio aliquid probabilitatis habere videtur Straboni; non item Herodoti, quem sequntus sit Callisthenes. Cf. Callisth. Fragm. XVIII. et ann. ad h. l. Accuratior vero haec rerum Armenicarum et Thessalicarum comparatio quod a Medio potissimum et Cyrsilo instituta est, nemini profecto mirum videatur, si meminerit, utrumque auctorem fuisse Thessalos. Magis illud mireris, quod neque Medii neque Cyrsili commentarii excepto uno hoc loco vel apud Strabonem vel apud alium quenquam veterem scriptorem excitantur. Luciani enim locum (Macrob. c. 11.) ad alium pertinere Medium, supra (C. I, sect. I.) ostendimus. Ceterum Armenia non multo post pugnam Gaugamelensem ab Alexandro Mithreni, Sardium proditori, provincia data est, id quod testantur Curtius V, 1 (7), 44. (cf. Mütz. ad h. l.), Arr. Exp. Alex. III, 16, 5. Diod. XVII, c. 64. „Erat satrapia regni Persici et ab omni parte montibus inclusa; qui montes nive sempiterna tecti sunt. Valles autem sunt valde fertiles. Magnus erat in ea regione pecoris numerus, imprimis optimorum equorum; incolae veteres erant mercaturae studiosi, quod hodierni Armenii etiam sunt; inde fit ut per totum Orientem inveniantur. Vid. Heeren. Opp. Hist. Vol. X. p. 188 sqq." Van der Chys Comment. Geogr. p. 57, qui alio loco (p. 99) conferri etiam iubet Tzschuck. ad Pomp. Mel. I, 2. §. 5 et Sancti Martini (I. Saint-Martin) opus Francice inscriptum: Memoires historiques et Geographiques sur l'Armenie, 2 voll. Paris. 1818. — Denique de scripturae discrepantia, quae est in vv. Ἀρμενίου et Ὀρμενίου, Φερῶν et Φεῤῥῶν, Λαρίσης et Λαρίσσης, Κέρσυλον et Κύρσιλον, ὅρων et ὀρῶν cf. Tzschuck. ad Strab. l. c.

LIB. XII.

EPHEMERIDES REGIAE ET ITINERARIUM ALEXANDRI M.

CAP. I.

DE AUCTORUM VITIS ET SCRIPTIS.

SECT. I.

EUMENES ET DIODOTUS.

Eumenis Cardiani vita quum a veteribus auctoribus, Plutarcho et Cornelio Nepote, scripta unicuique in promptu sit,[1]) hoc quidem loco satis habuimus attulisse, quae ad Alexandri Ephemerides ab eo consignatas spectare viderentur. Hic igitur, Hieronymi filius,[2]) „peradulescentulus," ut ait Cornelius Nepos (l. c.), (i. e. viginti fere annos natus cf. Nep. c. 13.), „ad amicitiam accessit Philippi, Amyntae filii, bre-

1) Ex recentioribus viris doctis praeter Fabricium Bibl. Gr. Vol. III, p. 41. Harl., Vossium de hist. gr. I, c. 10. p. 96. Westerm., Santo-Crucium (Ex. Crit. p. 45 sqq.), Eumenis vitam persequutum esse de Geer Spec. hist. de Eumene Card. a ceteris Alex. M. ducibus rite distinguendo (Trai. ad Rhen. 1838), docemur Hullemani annotatione in Durid. Sam. quae supers. (Traiect 1841.) p. 54.

2) In trierarcharum catalogo ap. Arr. Hist. Ind. c. XVIII, 7 post Medium nominatur *Εὐμένης Ἱερωνύμου, ἐκ Καρδίης*. Ceterum de Eumenis genere haec annotavit Hullemanus l. c. p. 53: „In Vita Eumenis iam continuo a Duride Plutarchus dissentit, qui Eumenis patrem tradiderit paupertate coactum aurigandi artem in Chersonneso exercuisse; filium vero institutum liberaliter, quum aliquando Philippo coram in puerorum pancratiis feliciter certasset, ita placuisse Regi, ut ad se reciperet (Dur. Fragm. VI.). Plutarchus credere iis mavult, qui hospitii et amicitiae paternae causa Eumenem referant ad honores provectum. Utrum verius

vique tempore in intimam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim iam in adolescentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit ad manum scribae loco; quod multo apud Graios honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos, revera sicut sunt, mercenarii scribae existimantur; at apud illos e contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco et fide et industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem. Illo interfecto eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim." Namque, Plutarcho (Vit. Eum. C. I.) auctore, *μετὰ τὴν ἐκείνου (Φιλίππου) τελευτὴν οὔτε συνέσει τινὸς οὔτε πίστει λείπεσθαι δοκῶν τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἐκαλεῖτο μὲν ἀρχιγραμματεὺς, τιμῆς δὲ, ὥσπερ οἱ μάλιστα φίλοι καὶ συνήθεις, ἐτύγχανεν, ὥστε καὶ στρατηγὸς ἀποσταλῆναι κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ἐφ' ἑαυτοῦ μετὰ δυνάμεως*[1]) *καὶ τὴν Περδίκκου παραλαβεῖν ἱππαρχίαν,*[2]) *ὅτε Περδίκκας ἀποθανόντος Ἡφαιστίωνος εἰς τὴν ἐκείνου προῆλθε*

---

sit, non dirimo. Ex ceteris scriptoribus qui de Eumenis patre vel pueritia monuerunt, solus hodie Dio Chrysostomus (Orat. LXIV. Vol. II. p. 359, 47. ed. Reisk.). Duridi apprime convenit: nam aurigae filium Eumenem vocat. Recedit Aelianus (Var. Hist. XII, 43.), ita ut eundem egeni quidem patris, sed *τυμβαύλου*, siticinis, filium faciat. Tandem Nepos peradolescentulum ad amicitiam accessisse Philippi, sed domestico summo genere ortum refert (Vit. Eum. 1. 2. 4.). Videtur tamen cum Nepote Plutarchus a vero proximus abesse. Uti enim dudum Viri docti animadverterunt (Vid. Intpp. ad Nep. l. c. et de Geer l c. p. 27.), Macedonibus Eumenes perquam fuit invisus. Ferre illi non poterant, peregrinum, quamvis alioqui praeclarum virum, se dignitate et honoribus anteire; unde facile evenit, ut fama de tenui humilique Eumenis domo divulgata sit, satis quidem incondita, sed primum prae invidia et odio arrepta avide, dein etiam vulgo credita. Ipsis saltem quibus Duris vixit temporibus, flagrante odio in Eumenem, valde haec fama increbuerat obtrectatorumque si non alebatur scriptis, at ore palam ferebatur."

1) Cf. Arr. Exp. Alex. V, 24, 9 (6): *Θάψας δὲ ὡς νόμος αὐτῷ τοὺς τελευτήσαντας Εὐμένη τὸν γραμματέα ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο πόλεις τὰς ξυναφεστώσας τοῖς Σαγγάλοις, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱππέων ἐς τριακοσίους* sqq. Fortasse huc referendus etiam locus apud Curt. VIII, 11 (39), 5: „Leviter armatis dux datus est Mullinus, scriba regis", ubi nisi nimia esset inter Mullinum et Eumenem litterarum discrepantia sine ulla dubitatione Eumenes reponendus esset. Cf. Mütz. ad h. l. An v. Mullinus (scr. Mulinus) convicii loco de Eumene aurigae filio dictum fuerit?

2) Ita recte dedit Sintenisius pro vulg. *ἐπαρχίαν*. Cf. Nep. Eum. C. I.: „Novissimo tempore praefuit etiam alterae (sic) equitum alae, quae *Ἑταιρικὴ* appellabatur."

τάξιν. διὸ καὶ Νεοπτολέμου τοῦ ἀρχιυπασπιστοῦ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν λέγοντος, ὡς αὐτὸς μὲν ἀσπίδα καὶ λόγχην, Εὐμένης δὲ γραφεῖον ἔχων καὶ πινακίδιον ἠκολούθει, κατεγέλων οἱ Μακεδόνες μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν τὸν Εὐμένη καὶ τῆς κατὰ τὸν γάμον οἰκειότητος ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰδότες ἀξιωθέντα.

Namque satis inter omnes constabat, quanta dignitate, quantis honoribus ac beneficiis Eumenem suum prosequutus esset Alexander, quippe qui in nuptiis demum Susianis Barsinen sive Artonin, Barsines Mentoris viduae sororem, ex qua Herculem filium Alexander susceperat, uxorem ei dedisset, quo coniugio non solum cum Ptolemaeo Lagida et Nearcho sed cum ipso rege affinitatis vinculis iunctus est.[1]) Idem quanquam vel propter Hephaestionis invidiam vel propter nimiam iracundiam et avaritiam Alexandri animum identidem offenderat,[2]) calliditate tamen et celeritate ingenii, „quibus vincebat omnes," regis mox non solum iram placare sed gratiam ac benevolentiam magis etiam quam antea sibi conciliare ei contigit, ut ad Alexandri usque mortem in spectatissimis eius amicis iure haberetur. „Alexandro autem Babylone mortuo quum regna singulis familiaribus dispartirentur, — — data est Eumeni Cappadocia sive potius dicta", ut ait Nepos. „Nam tum in hostium erat potestate." Atque ab hoc inde tempore quum Perdiccae regiasque partes strenue tueretur pugnans contra omnes qui vocantur Alexandri Magni successores quantis laboribus, curis, periculis iactatus, qua vigilantia, sollertia, temperantia saepe servatus, qua denique

---

1) Plut. Eumen. I. ad fin.: *Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος* (cf. Aristob. Fragm. VII. et ann.), *ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα, τῶν ταύτης ἀδελφῶν Πτολεμαίῳ μὲν Ἀπάμαν, Εὐμένει δὲ Βαρσίνην ἐξέδωκεν.* Arr. Exp. Alex. VII, 4, 8 (6): *Πτολεμαίῳ δὲ τῷ σωματοφύλακι καὶ Εὐμένει τῷ γραμματεῖ τῷ βασιλικῷ τὰς Ἀρταβάζου παῖδας τῷ μὲν Ἀρτακαμᾶν, τῷ δὲ Ἄρτωνιν· Νεάρχῳ δὲ τὴν Βαρσίνης τε καὶ Μέντορος παῖδα.* De hac nomium discrepantia diximus Lib. II. C. II. p. 36. 62—63. Cf. Lib. IV. C. I. p. 111. et Comment. nostr. de Ptolem. Lagid. Vit. p. 19 et 47 sqq.

2) De Hephaestionis invidia cf. Arr. Exp. Alex. VII, 13, 1. 14, 17 (9). Plut. Eumen. C. II, cuius ad finem haec leguntur: *Ὁ δὲ πανοῦργος ὢν καὶ πιθανὸς ἐπεχείρησεν οἷς ἀπώλλυτο σώζειν ἑαυτόν. Κατέφυγε γὰρ εἰς τὴν πρὸς Ἡφαιστίωνα φιλοτιμίαν Ἀλεξάνδρου καὶ χάριν ὑφηγούμενός τε τιμάς. αἷ μάλιστα κοσμεῖν ἔμελλον τὸν τεθνηκότα, καὶ χρήματα τελῶν εἰς τὴν τοῦ τάφου κατασκευὴν ἀφειδῶς καὶ προθύμως* Cf. Droysen. Hist. Alex p. 554 sqq.

adversariorum malignitate, fraude, crudelitate oppressus fuerit, Diodori Siculi, Plutarchi, Nepotis, aliorum scriptis satis constat[1]) neque haec cum proposito nostro arctius videntur cohaerere. Occidit autem Eumenes annorum quinque et quadraginta circa Olymp. CXV, 4=317 a. C.

Ab hoc igitur Eumene Cardiano et Diodoto Erythraeō, de quo nihil praeterea cognitum habemus, quem vero probabile est item ex Alexandri *γραμματέων* fuisse numero, quibus Eumenes *ἀρχιγραμματεὺς* praefectus erat, Alexandri Magni Ephemerides scriptae sunt,[2]) quarum de argumento recte Santo-Crucius (l. c. p. 45.) ita existimavit: „Cet ouvrage, à en juger par quelques fragmens qui nous en restent, doit être regardé comme un journal très-exact et fort circonstancié des actions et de la vie privée d'Alexandre." Atque profecto magna intercedere videtur similitudo inter has Alexandri Ephemerides ac diurna ista principum, quae hodieque nostris Ephemeridibus pervulgantur. Ceterum haud mediocrem iis fidem habendam esse, spondet auctoritas talis viri, qualem fuisse scimus Cardianum, cuius auspiciis plurima videntur esse litteris mandata. Dicitur vero praeter Eumenem et Diodotum his diurnis vel describendis vel exscribendis operam dedisse Strattis Olynthius,[3]) de quo apud Suidam haec leguntur: *Στράττις Ὀλύνθιος, ἱστορικός. Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου Ἐφημερίδων, βιβλία πέντε. Περὶ ποταμῶν καὶ κρημνῶν καὶ λιμνῶν. Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς.* Ex mentione vero libri, quem de Alexandri morte conscripsisse Strattidem tradit Lexicographus, haud temere suspicatur Santo-Crucius (l. c.),

---

1) De Eumenis moribus cf. Droysen. Hist. Diad. I. p. 308—310, ubi inter alia haec leguntur: „Ein Makel haftet an ihm, sein griechischer Ursprung; alle Siege, aller Ruhm, alle Trefflichkeiten, die ihn auszeichnen, vermögen nicht, die Erinnerung seines Ursprungs bei den stolzen Macedoniern auszutilgen; kaum dass sie für den Augenblick des Sieges jenen Schimpf vergessen, den dann ein boshaftes Geschick oder Misgunst und Hass ihnen wieder ins Gedächtniss zurück ruft, des Erfolges gewiss, dass der eben noch lebhafte Enthusiasmus für ihn verweht, er selbst wieder verlassen, verachtet, ein Fremdling unter den Macedoniern dasteht."

2) Cf. Ephemer. Fragmenta et Heeren. de fontt. et auct. Plut. p. 62 sq.

3) Cave ne confundas hunc Strattidem Olynthium cum Atheniensi eiusdem nominis poeta tragico, de quo cf. Suid. s. h. v. Plurimos autem de hoc quoque scriptore errores pervulgavit Dodwellus de Cycl. p. 471 sqq., quos refutare operae pretium esse recte negat Santo-Crucius (l. c.).

confusum fortasse esse a Suida Strattidem cum Ephippo, quem item et fuisse Olynthium et de Alexandri morte librum edidisse vidimus.[1] Neque improbabile est, quod idem coniicit Santo-Crucius, Strattidis librum si qui fuisset de Eumenis et Diodoti Ephemeridibus excerpta fortasse continuisse. Utcunque est, hac quidem de Strattidis commentariis quaestione nihil moramur, praesertim quum neque fragmentorum quicquam reliquum sit neque qua aetate vixerit auctor huius libri certo testimonio indicetur. Eumenis autem praeter Ephemerides etiam epistolae circumferebantur aetate Plutarchi, qui quidem de eius dicendi genere ex iis hoc fecit iudicium (Vit. Eumen. c. II.): *εἰπεῖν δὲ οὐ δεινὸς, αἱμύλος δὲ καὶ πιθανὸς, ὡς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν συμβάλλειν ἐστίν.* Eiusdem Eumenis epistolam ad Antipatrum scriptam excitat etiam Lucianus.[2])

SECT. II.
BAETON ET DIOGNETUS.

Restant denique bini suppares Alexandri M. rerum auctores Baeton et Diognetus, quorum de vitis nihil prorsus compertum habemus praeterquam quod eos Alexandri itinerum fuisse mensores traditum est commentariosque de iis scripsisse, qui *Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας* inscribebantur[3]). Horum paucissima extant fragmenta, quibus tamen

---

1) Cf. Lib. IX. C. I.

2) Lucian. pro laps. inter salut. §. 8. (T. I. p 734. ed. Reitz.): *ὅτε Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἰσσῷ μάχην * ἀγωνιεῖσθαι ἔμελλεν, ὡς Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέγει, ἕωθεν εἰσελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, εἴτ' ἐπιλαθόμενος εἴτ' ἐκταραχθεὶς ὥσπερ ἐγὼ εἴτε καὶ θεοῦ τινος τοῦτο καταναγκάσαντος, ταὐτὸν ἐμοὶ ἔφη, Ὑγίαινε, βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη παρατάττεσθαι. ταραχθέντων δὲ τῶν παρόντων πρὸς τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως καὶ τοῦ Ἡφαιστίωνος ὀλίγου δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκθανόντος, Ἀλέξανδρος, δέχομαι, εἶπε, τὴν κληδόνα· τὸ γὰρ σώους ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς μάχης ἤδη μοι ὑπέσχηται.*

3) Cf. Athen. X. p. 442 b. (Fragm. I), ubi unus Baeton citatur *ὁ βηματιστὴς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας*, ad quem locum haec annotat Casaubonus: „Vox est Macedonicae dialecti *βηματίζειν*, significans pedibus metiri. Inde *βηματιστὴς*, metator itinerum. Affine ministerium in iisdem castris Alexandri eius quem *σταθμοδότην* vocat Plutarchus (?): sed huius opera ad militiae usum spectavit; illius ad locorum et geographiae cognitionem. Multos autem e veteribus libros eius argumenti edidisse ex Strabone scimus et Plinio. Athenaeus Baetoni adiungit Amyntam, qui *Σταθμοὺς* conscripserat. Eusebius quoque, libro nono Praepara-

illud quidem confirmatur, quod de hoc opere scripsit Santo-Crucius (Ex. Crit. p. 46): „L'intinéraire de l'armée macédonienne, décrit par Baeton et Diognète, arpenteurs employés à la mesure de ses marches et des contrées que cette armée parcourut, aurait pu répandre un grand jour, non-seulement sur les campagnes d'Alexandre, mais encore sur la géographie de l'Orient: malheureusement cet ouvrage n'a point survécu aux ravages du temps." Fortasse autem horum commentariorum exemplo conscriptum est Itinerarium Alexandri M. ab Angelo Maio primum editum.[1]) Ceterum illud quoque recte vidit Santo-Crucius, non confundendos esse hos Baetonis ac Diogneti commentarios cum opere geographico illo, quod a viris earum rerum peritissimis[2]) de totius imperii provinciis Alexandro auctore conditum atque per Xenoclem, aerarii regii custodem, secum communicatum memorat Patrocles apud Strabonem l. II. t. I. p. 186—87. (69. Cas.), ubi haec leguntur: *Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῷ· τὴν δ' ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναι φησὶν ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος.*[3]) Non diversos autem ab illis Baetonis et Dio-

---

tionis Evangelicae, inter ceteros auctores laudat *τὸν τῆς Συρίας σχοινομέτρην* i. e. eum qui Syriae per schoenos dimensionem fecerat et ediderat." Addit Schweighaeuserus: „*Βηματίζειν* verbum esse Macedonicae dialecti annotaverat Hesychius; sic tamen, ut dicat, Macedonibus fere (vel maxime) in usu fuisse. *ἔστι δέ πως ἡ λέξις Μακεδονική*. Eo verbo Polybius usus est: *ὁδὸς βεβηματισμένη κατὰ μίλιον, κατὰ σταδίους*, III, 39, 8. XXXIV, 12, 3. — Item solus citatur Baeton in Plin. N. H. Elench. lib. V. et VII.; una autem cum Diogneto appellatur ap. Plin. N. H. VI, 17, 21. (Fragm. II.). Cf. Elench.

1) Itiner. Alex. ad Constantium Augustum Constantini M. Filium ed. Angelo Maio. Mediolan. 1817. Audaciora tamen sunt, quae de hoc Anonymi Itinerario a se edito iactat Angelus Maius in Praefat. p. X: „Itaque perinde fortasse est ac si Diodoti, Eumenis, Strattios, Amyntae, Archelai, Diogneti atque Baetonis sive compendium sive excerptum quoddam legamus nudatum omni ornatu orationis tamquam veste detracta."

2) Fuit fortasse in hoc numero etiam Archelaus ille, quem Laertius II, 4, 17. vocat *τὸν χωρογράφον τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πατηθείσης γῆς*, quanquam de eius aetate nihil certi constat. Cf. Voss. de hist. gr. I, 10. p. 96.

3) Annotat ad h. l. Santocrucius: „Vid. Politi Animadv. in Eustath. ad Dion. Perieg. C. VIII, p. 140, 141. C'est sans doute de cet

gneti *σταθμοῖς τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας* esse qui citantur apud Strabonem (C. II. Sect. II. Fragm. II.) *Ἀσιατικοὶ σταθμοὶ* recte observavit Casaubonus.

---

ouvrage qu'a voulu parler l'illustre Dominique Cassini, en ces termes: „Les descriptions exactes qu' Alexandre eut soin de faire de ses conquêtes, donnèrent une forme beaucoup plus parfaite à la géographie." Acad. des Sciences anc. mém, t. VIII, p. 13." Cf. Proleg c. II. De Patrocle autem, qui Seleuci Nicatoris et filii eius Antiochi temporibus mare Indicum classe lustravit, rerum Indicarum auctore gravissimo cf. Voss. de hist. gr. I. 12, p. 113. sqq. et lib. III. p. 482.

CAP. II.

Τῶν Βασιλείων Ἐφημερίδων

FRAGM. I.

a) Ael. Var. Hist. III, 23. b) Athen. X. p. 434. b.
c) Plut Sympos. I, 6.

De Alexandri comissationibus et compotationibus quibusdam.

a) *Δίου μηνός, φασί, πέμπτῃ ἔπινε παρ' Εὐμαίῳ† · εἶτα ἕκτῃ ἐκάθευδεν ἐκ τοῦ πότου, καὶ τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν ὅσον ἀναστὰς χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τῆς αὔριον πορείας λέγων ὅτι ἔσται πρωΐ. Καὶ ἑβδόμῃ εἱστιᾶτο παρὰ Περδίκκᾳ καὶ ἔπινε πάλιν, καὶ ὀγδόῃ ἐκάθευδε. Πέμπτῃ δὲ ἐπὶ δέκα τοῦ αὐτοῦ μηνὸς καὶ ταύτῃ ἔπινε, καὶ τῇ ἑπομένῃ τὰ εἰθισμένα ἔδρα τὰ ἐκ τοῦ πότου. Παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τετράδι μετὰ εἰκάδα· (ἀπεῖχε τῶν βασιλείων ὁ Βαγώα οἶκος δέκα σταδίους)· εἶτα τῇ τρίτῃ ἐκάθευδε. (Δυοῖν οὖν θάτερον, ἢ Ἀλέξανδρος κακῶς τοσαύτας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἑαυτὸν ζημιοῖ διὰ τὸν οἶνον ἢ οἱ ταῦτα γράψαντες ψεύδονται. Ἔξεστι δὲ ἐκ τούτων ἐννοεῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου τὰ ὅμοια αὐτοὺς λέγοντας, ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκεῖνός† ἐστι).*

b) *Ἔπινε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος πλεῖστον, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. δηλοῦται δὲ τοῦτο ἐν ταῖς Ἐφημερίσιν αὐτοῦ, ἃς ἀνέγραψαν Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ Διόδοτος ὁ Ἐρυθραῖος.*

c) *Λόγος ἦν περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ὡς οὐ πολὺ πίνοντος ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἐν τῷ πίνειν καὶ διαλέγεσθαι τοῖς φίλοις ἕλκοντος· ἀπεδείκνυε δὲ αὐτοὺς φλυαροῦντας Φίλινος ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐφημερίδων, ἐν αἷς συνεχέστατα γέγραπται καὶ πλειστάκις, ὅτι τήνδε τὴν ἡμέραν ἐκ τοῦ πότου ἐκάθευδεν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ἐφεξῆς· (διὸ καὶ πρὸς τὰς συνουσίας ἀργότερος ἦν, ὀξὺς δὲ καὶ*

θυμοειδής· ἅπερ σωματικῆς ἐστι θερμότητος. λέγεται δὲ καὶ τοῦ χρωτὸς ἥδιστον ἀποπνεῖν, ὥστε καταπιμπλάναι τοὺς χιτωνίσκους εὐωδίας ἀρωματιζούσης· ὃ δοκεῖ καὶ αὐτὸ θερμότητος εἶναι).

Primum quod ad Aeliani locum attinet verba *Δι' οὖ μηνὸς* praeeunte Gesnero Perizonius ita scribenda censuit: *Δίου μηνός*, reiecta Schotti et Schefferi opinione, qui maluerunt: *Δαισίου μηνός*. Nam non Bithynis tantum, sed et Macedonibus usitatum fuisse mensem Dium, immo Syro-Macedonibus primum fuisse anni, respondentem Romanorum Octobri. In eius initium incidere aequinoctium autumnale, ut testetur Galen. Epidem. I. Conferri iubet etiam Petan. ad Epiphan. Haeres. LI. p. 139. et Vales. ad Euseb. Hist. Eccl. p. 173. Ac sane quidem, si omnino mensis nomen verbis istis indicatur, illa Gesneri emendatio unice vera est accipienda. Recte enim vidit Kuhnius, non hic agi de morte Alexandri, de qua infra (Fragm. II.) Ephemerides commentantur, immo referri talia, quae in mensem, quo ille mortuus esset, neutiquam conveniant. Possit vero in mentem venire alicui, non mensis, sed auctorum nomen subesse syllabis *Δι' οὖ μηνός* atque legendum esse: *Διόδοτος καὶ Εὐμένης φασὶ* sqq. Ita enim melius certe intelligitur, quid velint ad finem capitis verba: *ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκεῖνός ἐστι*, in quibus non temere offendit Schefferus, qui pro vulg. *Εὐμαίῳ* vel *Εὐλαίῳ*, ut legitur in libris mss., mavult: *Εὐμένει*, „quoniam eius etiam in fine capitis fiat mentio cum hac emphasi, *καὶ ἐκεῖνος*, quod locum non habeat, si nihil de eo praecesserit." Ipsa tamen minime placet haec Schefferi coniectura neque magis arridet: *παρὰ Μηδίῳ*, quod Perizonio legendum videtur. Pro his equidem potius *παρὰ Πτολεμαίῳ* proposuerim, quod ad litterarum certe similitudinem multo propius accedat, neque sensum si spectas difficultatis quicquam habeat. Ceterum ne hoc quidem ab omni parte nobis satisfacere fatemur, sed ad finem capitis etiamnum vitii aliquid latere suspicamur, quanquam medela non in promptu est. — Dein de verbis: *καὶ τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν*, quam scripturam recte praetulit alteri: *ἔξομεν*, haec annotavit Perizonius: „Eleganter dicuntur homines tantum vivere quantum vigilant et res serias agunt. Sic Plin. Praefat. Nat. Hist. quum dixisset eam scriptam „horis nocturnis": „hoc solo praemio contenti", addit, „quod dum ista musinamur pluribus horis vivimus. Profecto enim vita vigilia est." Praeterea conferri iubet Curt. IX, 6, 22., Valer. Max. VIII,

7, 3. Huc etiam pertinet locus communis ex Clitarchi commentariis supra (p. 189) allatus: *Κρεῖττον ἀποθανεῖν ἢ δι' ἀκρασίας τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι*, ad quem Santo-Crucius Exam. Crit. p. 376. ann. 1. haec adscripsit: „Cette pensée était vraisemblablement à l'endroit où Clitarque entrait dans quelques détails sur les débauches d'Alexandre." Cf. Aristob. Fragm. XLVIII. Denique de vv. *τετράδι μετὰ εἰκάδα* h. e. non vigesimo quarto sed vigesimo septimo recte animadvertit Perizonius, solere Graecos in suis mensibus dies ultimae decadis minuendo semper numero ad exemplum decrescentis lunae designare, citato teste Plut. Solon. (p. m. 92) c. 25.

FRAGM. II.

a) Arr. Exp. Alex. VII, c. 25—26, 5 (3). b) Plut. Vit. Alex. c. 76.

De Alexandri M. vitae exitu.

a) Arrianus.

Καὶ αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες ὧδε ἔχουσι. Πίνειν παρὰ Μηδίῳ αὐτὸν κωμάσαντα[2]*· ἔπειτα ἐξαναστάντα καὶ λουσάμενον καθεύδειν τε καὶ αὖθις δειπνεῖν παρὰ Μηδίῳ καὶ αὖθις πίνειν πόῤῥω τῶν νυκτῶν· ἀπαλλαχθέντα δὲ τοῦ πότου λούσασθαι· καὶ λουσάμενον ὀλίγον τι ἐμφαγεῖν καὶ καθεύδειν αὐτοῦ, ὅτι ἤδη ἐπύρεσσεν. ἐκκομισθέντα δὲ ἐπὶ κλίνης πρὸς τὰ ἱερὰ θῦσαι ὡς νόμος ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα*[3]*) κατακεῖσθαι ἐν τῷ ἀν-*

b) Plutarchus.

Ἐν δὲ ταῖς ἐφημερίσιν οὕτως γέγραπται περὶ τὸν νόσον.[1])

Ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ Δαισίου μηνὸς ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῶνι διὰ τὸ πυρέξαι.

---

1) Annotat Sintenis: „Scribam *τὰ περὶ τὴν νόσον* cum Corae."

2) Male Gronovius huc pertinere opinatus est id quod infra apud Plutarchum legitur *κυβεύσαντα*, inepte declamitans de „altero hoc luto, in quo haeserit Alexander praeter *τὸ πίνειν*." Quae miramur ab Ellendtio repetita esse.

3) Schneiderus mavult *ἐπιδόντα*, quanquam cautius conferri iubet §. 5. (4): *καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα.* Recte autem se habere

δρῶνι ἔστε ἐπὶ κνέφας. ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἡγεμόσι παραγγέλλειν ὑπὲρ τῆς πορείας καὶ τοῦ πλοῦ, τοὺς μὲν ὡς πεζῇ ἰόντας παρασκευάζεσθαι ἐς τετάρτην ἡμέραν, τοὺς δὲ ἅμα οἷ πλέοντας ὡς εἰς πέμπτην πλευσομένους. ἐκεῖθεν δὲ κατακομισθῆναι ἐπὶ κλίνης ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν, καὶ πλοίου ἐπιβάντα διαπλεῦσαι πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸν παράδεισον, κἀκεῖ αὖθις λουσάμενον ἀναπαύεσθαι.

Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν λούσασθαί τε αὖθις καὶ θῦσαι τὰ νομιζόμενα· καὶ εἰς τὴν καμάραν εἰσελθόντα[1] *κατακεῖσθαι διαμυθολογοῦντα πρὸς Μήδιον· παραγγεῖλαι δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπαντῆσαι ἕωθεν. ταῦτα πράξαντα δειπνῆσαι ὀλίγον· κομισθέντα δὲ αὖθις ἐς τὴν καμάραν πυρέσσειν ἤδη ξυνεχῶς τὴν νύκτα ὅλην.*

Τῇ δὲ ἑξῆς λουσάμενος εἰς τὸν θάλαμον μετῆλθε καὶ διημέρευε πρὸς Μήδιον κυβεύων. Εἶτ' ὀψὲ λουσάμενος καὶ τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθεὶς ἐμφαγὼν διὰ νυκτὸς ἐπύρεξε.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι καὶ λουσάμενον θῦσαι. Νεάρχῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι παραγγεῖλαι τὰ ἀμφὶ τὸν πλοῦν ὅπως ἔσται ἐς τρίτην ἡμέραν.

Τῇ εἰκάδι λουσάμενος πάλιν ἔθυσε τὴν εἰθισμένην θυσίαν· καὶ κατακείμενος ἐν τῷ λουτρῶνι τοῖς περὶ Νέαρχον ἐσχόλαζεν ἀκροώμενος τὰ περὶ τὸν πλοῦν καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν.

ἐπιθέντα docet etiam locus Plutarcheus infra adscriptus, ubi item legitur: *καὶ τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθείς.*

1) Vocabulum *καμάρα* recte quidem Ellendtius ad h. l. animadvertit eandem habere significationem quam v. *κοιτών* VII, 24, 8 (4): *ἀπὸ δὲ τοῦ πότου αὐτὸν μὲν ἀπαλλάττεσθαι ἐθέλειν ἐπὶ κοιτῶνι εἰσὶν οἳ ἀνέγραψαν*, idemque nomen haberi quoque Arr. Epict. IV, 7 init., iubetque conferri Wessel. ad Hdt. I, 9. Adde v. *θάλαμος* loco Plutarcheo iuxta adscripto. Quod vero mire discedere ab Arriano Plutarchum annotat, ipse mirifico errore lapsus est vir doctissimus. Immo egregie utrumque sibi respondere, ex nostra verborum dispositione facile cuique apparebit.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι αὖθις καὶ θῦσαι τὰ τεταγμένα, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα οὐκέτι ἐλιννύειν πυρέσσοντα.[1] *ἀλλὰ καὶ ὣς τοὺς ἡγεμόνας εἰσκαλέσαντα παραγγέλλειν τὰ πρὸς τὸν ἔκπλουν ὅπως αὐτῷ ἔσται ἕτοιμα· λούσασθαί τε ἐπὶ τῇ ἑσπέρᾳ, καὶ λουσάμενον ἔχειν ἤδη κακῶς.*

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μετακομισθῆναι ἐς τὴν οἰκίαν τὴν πρὸς τῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θῦσαι μὲν τὰ τεταγμένα, ἔχοντα δὲ πονήρως ὅμως ἐσκαλέσαι τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐπικαιροτάτους καὶ ὑπὲρ τοῦ πλοῦ αὖθις παραγγέλλειν.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ μόγις ἐκκομισθῆναι πρὸς τὰ ἱερὰ καὶ θῦσαι, καὶ μηδὲν μεῖον ἔτι παραγγέλλειν ὑπὲρ τοῦ πλοῦ τοῖς ἡγεμόσιν.

Τῇ δεκάτῃ φθίνοντος ταῦτα ποιήσας μᾶλλον ἀνεφλέχθη καὶ τὴν νύκτα βαρέως ἔσχε

καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπύρεττε σφόδρα. καὶ μεταρθεὶς κατέκειτο παρὰ τὴν μεγάλην κολυμβήθραν, ὅτε δὴ τοῖς ἡγεμόσι διελέχθη περὶ τῶν ἐρήμων ἡγεμονίας τάξεων, ὅπως καταστήσωσι δοκιμάσαντες,

---

1) Ad hunc locum haec adscripsit Ellendtius „Cum prius verbum illustraverit iam doctissimus Leopardus Lib. I. Emendatt. c. 24, et illic nec Arriani quidem nostri mentionem neglexerit, ut qui aliquoties eo utatur, censeo non supprimendum scholion, quod in codice III. ad marginem reperi. *Ἐλιννύειν πυρέσσοντα τοῦτο βούλεται λέγειν, ἢ ὅτι πυρέσσων οὐκ ἠρέμα, ἀλλὰ τῶν στόλων ἐξήρτυεν* (l. *τὸν στόλον ἐξήρτυεν*. E.), *ἢ ὅτι ὁ πυρετὸς οὐκ ἠρέμα. Ἐλιννύειν γὰρ τὸ βραδύνειν λέγεται.* Sed et ex codice Grammatici cuiusdam inter Barocciana Oxoniensia legi *ἐλινύειν* (sic uno ν)· *ἀργεῖν, σχολάζειν.*" Gronov. Raphelius grammatici glossa permotus: „Et sane, inquit, haud facile dictu est, utrum praeferendum, febrim non cessasse, an Alexandrum non cessasse a negotiis, licet fabricantem" (sic! scr. febricitantem G.) Raphel. Scholiastae posteriorem explicationem solam veram esse vel non admonitus quisque videat. Hoc enim clarum fit (?) ex addita particula *οὐκέτι*. De forma et significatione verbi *ἐλιννύειν* diximus ad IV, 30, 3." Ibi hoc verbum Herodoto debuisse Arrianum videri dixit Ellendtius.

Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κακῶς ἤδη ἔχοντα ὅμως θῦσαι τὰ τεταγμένα. παραγγεῖλαι δὲ τοὺς μὲν στρατηγοὺς διατρίβειν κατὰ τὴν αὐλήν, χιλιάρχας δὲ καὶ πεντακοσιάρχας πρὸ τῶν θυρῶν.

Ἤδη δὲ παντάπασι πονήρως[1] ἔχοντα διακομισθῆναι ἐκ τοῦ παραδείσου εἰς τὸ βασίλεια. εἰσελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων γνῶναι μὲν αὐτούς,[2] φωνῆσαι δὲ μηδὲν ἔτι, ἀλλ' εἶναι ἄναυδον· καὶ τὴν νύκτα πυρέσσειν κακῶς

Καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἄλλην νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.[3]

Οὕτως ἐν ταῖς ἐφημερίσι ταῖς βασιλείοις ἀναγέγραπται, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅτι οἱ στρατιῶται ἐπόθησαν ἰδεῖν αὐτόν,[4] οἱ μέν, ὡς ζῶντα

Ἑβδόμῃ σφόδρα πυρέττων ἔθυσεν ἐξαρθεὶς πρὸς τὰ ἱερά· τῶν δὲ ἡγεμόνων ἐκέλευε τοὺς μεγίστους διατρίβειν ἐν τῇ αὐλῇ, ταξιάρχους δὲ καὶ πεντακοσιάρχους ἔξω νυκτερεύειν.

Εἰς δὲ τὰ πέραν βασίλεια διακομισθεὶς τῇ ἕκτῃ μικρὸν ὕπνωσεν, ὁ δὲ πυρετὸς οὐκ ἀνῆκεν. ἐπελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων ἦν ἄφωνος,

ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πέμπτην,

---

1) In Krügeri editione hoc loco πονηρῶς legitur, quum paulo ante ἔχοντα δὲ πονήρως scripserit vir doctissimus. „Edd. Basil et Schmied. προνηρῶς ἔχοντα. Grammaticorum praecepta de mutabili accentu adiectivorum πονηρός et μοχθηρός utrum vera sint nec ne, in medio reliquam. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 389." Ellendt.

2) „Eadem fere verborum constructione dixit Thucyd. I, 114: διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους — ἠγγέλθη αὐτῷ, quem locum cum multis aliis attulit Fritzsch. Qu. Luc. p. 173." Ellendt.

3) „Haec verba ab editoribus ante Gronovium male omissa non solum praebent codd. quos inspexit Gronovius, sed etiam V. C. Vulcanii. Gronovius conferri iussit VI, 9, 12: ἄλλον δὲ λίθῳ βαλὼν ἔσχε καὶ ἄλλον λίθῳ, VII, 30, 4: καὶ φάσματα ἄλλα ἄλλοις, γενόμενα καὶ ἐπύπνια φανέντα ἄλλοις ubi vide var. lect. Adde Xenoph. Anab. I, 5, 12: ἄλλος δὲ λίθῳ καὶ ἄλλος sc. ἵησι." Ellendt. Nihilominus alterum: καὶ τὴν ἡμέραν malim abesse.

4) „Mirum quantum ipsa haec verba retinuit Lucianus in Pseudomanti (t. V. p. 80. Bip.) ubi pariter edocet quae praetereundi ratio hic fuerit observata, nempe ἐτετρύπητο δὲ κατὰ τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι τοὺς Μακεδόνας ἐν Βαβυλῶνι ποιῆ-

ἔτι ἴδοιεν, οἱ δὲ, ὅτι τεθνηκέναι ἤδη ἐξηγγέλλετο, ἐπικρύπτεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐτόπαζον πρὸς τῶν σωματοφυλάκων τὸν θάνατον, ὡς ἔγωγε δοκῶ· τοὺς πολλοὺς δὲ ὑπὸ πένθους καὶ πόθου τοῦ βασιλέως βιάσασθαι ἰδεῖν Ἀλέξανδρον. τὸν δὲ ἄφωνον[1]) μὲν εἶναι λέγουσι παραπορευομένης τῆς στρατιᾶς, δεξιοῦσθαι δὲ καὶ ὡς ἑκάστους τήν τε κεφαλὴν ἐπαίροντα μόγις καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν ἐπισημαίνοντα Λέγουσι δὲ αἱ ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι ἐν τῷ τοῦ Σεράπιδος[2]) ἱερῷ Πείθωνά τε ἐγκοιμηθέντα καὶ Ἄτταλον καὶ Δημοφῶντα[4]) καὶ Πευκέσταν, πρὸς δὲ Κλεομένην τε καὶ Μενίδαν καὶ Σέλευκον, ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ κομισθέντα καὶ ἱκετεύσαντα θεραπεύεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ· καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ

διὸ καὶ τοῖς Μακεδόσιν ἔδοξε τεθνάναι καὶ κατεβόων ἐλθόντες ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ διηπειλοῦντο τοῖς ἑταίροις, ἕως ἐβιάσαντο· καὶ τῶν θυρῶν αὐτοῖς ἀνοιχθεισῶν ἐν τοῖς χιτῶσι καθ' ἕνα πάντες παρὰ τὴν κλίνην παρεξῆλθον.

Ταύτης δὲ τῆς ἡμέρας οἱ περὶ Πείθωνα[3]) καὶ Σέλευκον εἰς τὸ Σαραπεῖον ἀποσταλέντες ἠρώτων, εἰ κομίσωσίν ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον·

ὁ δὲ θεὸς κατὰ χώραν ἐᾶν ἀνεῖλε.

σαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ περιστάντες τὰ βασίλεια ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν καὶ προσειπεῖν τὸ ὕστατον." Gronov.

1) „Cf. supra ἄνανδος et ἄφωνος loco Plutarcheo, in quibus dicitur ἄφωνος qui voce destitutus est ob morbi gravitatem. De altera huius nominis significatione prae stupore mutum esse v. Piers. ad Moer. p. 59. et Locell. ad Xen. Ephes. p. 178." Ellendt.

2) „De duplici nominis scriptura Σέραπις et Σάραπις vide quae monuit Sieb. ad Pausan. II, 34, 10." Ellendt.

3) Ita dedimus secundum Arrianum pro vulg. Πύθωνα, quum recte etiam in Curtii libris ubique Pithon editum sit a Mützellio.

4) „De Demophonte nihil amplius est in Arriano. Curt. IV, 4, 28 et Diod. XVII, 98 sic vocant vatem, quem Alexandro, quum urbem Mallorum oppugnaret, periculum vitae praedixisse tradunt. De Cleomene utrum fuerit Aegyptius ille an alius nihil constat." Schmieder.

τοῦ θεοῦ μὴ κομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντι ἔσεσθαι ἄμεινον. Ταῦτά τε ἀπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους καὶ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν, ὡς τοῦτο ἄρα ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον.	*Τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος πρὸς δείλην ἀπέθανεν.*
Οὐ πόῤῥω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται.	*Τούτων τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν ταῖς ἐφημερίσιν οὕτω γέγραπται.*

Utrumque hunc locum ita esse comparatum, ut alter altero suppleatur facile unicuique apparebit. Ceterum quanquam id discriminis intercedit, ut Arrianus pluribus utatur verbis quam Plutarchus, qui ad brevius compendium retulit, quae Ephemeridibus continerentur, ita tamen, ut *τούτων τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν ταῖς ἐφημερίσιν οὕτω γεγραμμένα εἶναι* asseveret, utque singulas Daesii (Junii) mensis dies accuratius quam Arrianus adscripserit: minime tamen equidem concedo, quod Ellendtius ad Arr. l. c. §. 5. annotavit, „mire discedere ab Arriano Plutarchum in iis quae c. 76 de Alexandri aegritudine et morte narret atque eo magis hoc mirandum esse, quod utrumque scriptorem sua constet ex eodem fonte hausisse" sqq. Etenim accuratissime sibi respondere commentarios regios quales apud Arrianum leguntur Plutarcheae eorumdem relationi, ex locis iuxta positis vel oculorum obtutu demonstratur.

SECT. II.

Σταθμῶν τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας

FRAGM. I.

Athen. X. p. 442. b.

De Tapyrorum gente vini studiosissima.

Καὶ ὅλα δὲ ἔθνη περὶ μέθας διατρίβοντα μνήμης ἠξίωνται. Βαίτων γοῦν ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστὴς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας καὶ Ἀμύντας ἐν τοῖς Σταθμοῖς τὸ τῶν Ταπύρων ἔθνος φησὶν οὕτω φίλοινον εἶναι ὡς καὶ ἀλείμματι ἄλλῳ μηδενὶ χρῆσθαι ἢ τῷ οἴνῳ. τὰ δ' αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ

Κτησίας ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων (Fragm. 2. p. 381. Baehr.) *οὗτος δὲ καὶ δικαιοτάτους αὐτοὺς λέγει εἶναι.*

Simillima sunt Aeliani in Var. Hist. III, c. 18: *Ὅτι φιλοινότατον ἔθνος τὸ τῶν Ταπύρων τοσοῦτον, ὥστε ζῆν αὐτοὺς ἐν οἴνῳ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ καταναλίσκειν. Καὶ οὐ μόνον εἰς πόμα καταχρῶνται αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ χρῖσμα ἐστὶν αὐτοῖς ὁ οἶνος ὥσπερ ἄλλοις τὸ ἔλαιον.* Cf. Perizon. ann. ad h. l. Memorantur Tapyri sive Tapuri identidem apud Arrianum (Exp. Alex. III, 23, 7. 24, 3. VII, 23. 1), Strabonem (l. XI. t. IV. p. 498. (515 Cas.)) Curtium (VI, 13, 24. VIII, 13, 17), Plinium (N. H. VI, 16, 18.), Dionysium Periegetam (vs. 733). De varia nominis scriptura cf. Bernhardy. ad Dionys. l. c. et Mützell. ad Curt. l. c. De finibus eorum haec annotat Van der Chys Commentar. Geogr. in Arr. Exp. Alex. p. 59: „Vicini erant Hyrcanis; quos ad orientem habebant et quibuscum saepe in unam satrapiam coniungebantur. Ad occidentem terminus erat regio Mardorum vel Amardorum; ad septentrionem mare Caspium vel Hyrcanum; ad meridiem Media Magna. Cf. Cellarius II, p. 665. Barbieus Bocag. ap. Santo-Cruc. p. 818; et Heeren. Op. Hist. Vol. X. p. 310. Hodie dicitur Taberistan (Taburistan)." Adde Ritter. Erdk. t. VIII. p. 126.

FRAGM. II.

a) Plin. N. H. lib. VI, cap. 17, sect. 21. b) Strab. lib. XV. t. VI. p. 174 sqq. (723. Cas.).

De spatiis inter oppida quaedam Parthorum, Ariôn, Drangarum, Arachosiorum et Indorum interiectis.

a) Iunguntur inter se Imaus, Emodus, Paropamisus, Caucasus, a quibus tota (India) decurrit in planitiem immensam et Aegypto similem. Verum ut terrena demonstratio intelligatur, Alexandri Magni vestigiis insistamus. Diognetus et Baeton itinerum eius mensores scripsere, a portis Caspiis Hecatompylon Parthorum quot diximus millia esse, inde Alexandriam Ariôn quam urbem is rex condidit, DLXVI mill., inde ad Prophthasiam Drangarum CXCIX mill., inde ad Arachosiorum oppidum DXV mill., inde Ortospanum CCL mill., inde Alexandri oppidum quinquaginta M. In quibusdam exemplaribus diversi numeri reperiuntur, hanc urbem sub ipso Cau-

caso esse positam. Ab ea ad flumen Copheta et oppidum Indorum Peucolaitin CCXXVII mill., inde ad flumen Indum et oppidum Taxila sexaginta mill., ad Hydaspen fluvium clarum CXX mill., ad Hypasin non ignobiliorem XXIX. CCCXC. qui fuit Alexandri itinerum terminus, exsuperato tamen amne arisque in adversa ripa dicatis. Epistolae quoque regis ipsius consentiunt his.

b) *Πολλὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰς τὴν μεσόγαιαν ἀνέχουσα καὶ ἡ Γεδρωσία μέχρι τοῦ συνάψαι Δράγγαις τε καὶ Ἀραχωτοῖς καὶ Παροπαμισάδαις, περὶ ὧν Ἐρατοσθένης* (Fragm. CXV. Bernh.) *οὕτως εἴρηκεν· οὐ γὰρ ἔχομέν τι λέγειν βέλτιον περὶ αὐτῶν. Ὁρίζεσθαι μὲν γάρ φησι τὴν Ἀριανὴν ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἕω τῷ Ἰνδῷ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ Παροπαμισῷ καὶ τοῖς ἑξῆς ὄρεσι μέχρι Κασπίων πυλῶν, τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν τοῖς αὐτοῖς ὅροις, οἷς ἡ μὲν Παρθυηνὴ πρὸς Μηδίαν, ἡ δὲ Καρμανία πρὸς τὴν Παραιτακηνὴν καὶ Περσίδα διώρισται· πλάτος δὲ τῆς χώρας τὸ τοῦ Ἰνδοῦ μῆκος, τὸ ἀπὸ τοῦ Παροπαμισοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν μύριοι καὶ δισχίλιοι στάδιοι· οἱ δὲ τρισχιλίους φασί. μῆκος δὲ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν, ὡς ἐν τοῖς Ἀσιατικοῖς σταθμοῖς* (i. e. Baetonis et Diogneti, quod recte iam vidit Casaubonus) *ἀναγέγραπται, διττόν.*

Priorem illum Diogneti et Baetonis locum qui est apud Plinium usque ad verba Peucolaitin CCXXVII mill. solita sagacitate doctrinaeque copia e veteri libro emendavit Salmasius in Exercitt. Plin. p. 557. a. C. sqq. comparans locum Eratosthenis (Fragm. CXVI. Bernh.), quem iisdem Baetone et Diogneto auctoribus usum esse rectissime putat Salmasius, apud Strab. lib. XI. t. IV. p. 492. (514 Cas.), ubi simillima Plinianis leguntur haec: *Τὰ δὲ διαστήματα οὕτω λέγει* (*Ἐρατοσθένης*)· *Ἀπὸ μὲν τοῦ Κασπίου ἐπὶ τὸν Κῦρον ὡς χιλίους ὀκτακοσίους σταδίους· ἔνθεν δ' ἐπὶ Κασπίας πύλας πεντακισχιλίους ἑξακοσίους· εἶτα εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις ἑξακισχιλίους τετρακοσίους· εἶτ' εἰς Βάκτραν τὴν πόλιν, ἣ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται, τρισχιλίους ὀκτακοσίους ἑβδομήκοντα. Λέγει δὲ καὶ οὕτω τὰ διαστήματα· Ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Ἰνδοὺς εἰς μὲν Ἑκατόμπυλον χιλίους ἐννακοσίους ἑξήκοντά φησιν· εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα· εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δραγγῇ χιλίους χ'· οἱ δὲ φ'. εἶτ' εἰς Ἀραχωτοὺς τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσιν· εἶτ' εἰς Ὀρτόσπανα ἐπὶ τὴν ἐκ Βάκτρων τρίοδον δισχιλίους· εἶτ' εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰνδικῆς χιλίους· ὁμοῦ,*

μύριοι πεντακισχίλιοι φ'. Recte autem animadvertit Salmasius l. c. p. 556. b. c.: „Discrimen (inter Plinianam et Strabonianam computationem) est tantum centum et octoginta stadiorum, quae in Plinii computatione plus sunt. Et fortasse numerus in Graecis corruptus et reponendum: ὁμοῦ μύριοι πεντακισχίλιοι χ' π' pro πεντακισχίλιοι φ'." Dein verissime haec quoque annotavit vir summus: „Duplex iter ex Eratosthene proponit Strabo l. c. — — Utrumque miscuit Plinius VI, 15, 17, ubi scripsit: „Ipsius vero Parthiae caput Hecatompylos abest a portis CXXXIII M. passuum. Ita Parthorum quoque regna foribus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens Caspia ad litora usque quae nomen portis et mari dedit. Laeva montuosa. Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur CXXV M. passuum. Ab eodem amne si subeatur ad portas, DCC M. passuum. Hunc enim cardinem Alexandri Magni itinera fecere, ab iis portis ad Indiae principium stadia quindecim millia sexcenta octoginta prodendo, ad Bactra oppidum quod appellant Zariaspa, tria millia septingenta. Inde ad Iaxartem amnem quinque." Indiae principium, τὰ ὅρια τῆς Ἰνδικῆς in Alexandria Ariana constituit, quod multis milibus inde submovetur. Alexander non recto itinere Indiam petiit a portis Caspiis, sed ab Ariana superatis versus septemtrionem montibus in Bactra et Sogdios transiit. Inde reversurus eosdem montes iterum transgressus est, sed alia et magis compendiaria via, relicta ad sinistram India, postea rursus in eam contendit recta. Cf. Strab. l. XV. t. VI. p. 55. (697 Cas.). — — Rectum iter ab illis (Caspiis) portis ad illos (quales a Strabone afferuntur) Indiae fines per Parthos ducitur, deinde per Arios, tum per Drangas et Arachotos. Sic illud iter describit idem Plinius l. c. ex Diogneto et Baetone mensoribus Alexandri." Iam sequitur locus supra adscriptus et a Salmasio emendatus. Ceterum de portis Caspiis et Hecatompylo accuratissime egit Mützellius ad Curt. V, 13 (35), 1 (p. 488—493), de Alexandria Ariôn, de Propthasia Drangarum, de Arachosiorum oppido, denique de Ortospana (Kabul) data opera commentatus est Droysenius in Hellenism. T. II. (die Gründungen Alexanders) p. 609—614. De Peucelaoti oppido et flumine Copheta cf. Arr. Hist. Ind. I, 8. IV, 11 et Schmied. ad hh. ll.

FRAGM. III.

Plin. N. H. VII, 2, 2.

De silvestrium hominum gente ad Alexandrum M. non pertracta.

Super alios autem Anthropophagos Scythas in quadam convalle magna Imai montis regio est, quae vocatur Abarimon, in qua silvestres vivunt homines aversis post crura plantis, eximiae velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio non spirare coelo ideoque ad finitimos reges non pertrahi, neque ad Alexandrum Magnum pertractos Baeton itinerum eius mensor prodidit.

Huc spectant Gellii ista Noctt. Att. IX, 4 (cf. supra de Vit. et Scriptt. Onesicr. p. 77. ann. 1. et Addenda): „alios item esse homines apud eandem coeli plagam singulariae velocitatis; vestigia pedum habentes retro porrecta, non ut ceterorum hominum prospectantia." Praeterea de iis conferri iubet Harduin. ad Plin. l. c. Aldrov. lib. de monstris p. 15 et Augustin. de civit. 16, 8. Ceterum sincerae Baetonis fidei, quippe qui a tritis eiusmodi commentis abhorreret, testimonio haec esse queunt.

FRAGM. IV.

a) Plin. N. H. VI, 19, 22. b) Solin. polyh. c. 52.

De singulari quadam septemtrionum natura qualis in pluribus Indiae locis reperiatur.

a) Ab iis (Prasiis) in interiore situ Monedes et Suari, quorum mons Maleus, in quo umbrae ad septemtrionem cadunt hieme, aestate in austrum, per senos menses. Septemtriones eo tractu semel in anno apparere, nec nisi XV diebus, Baeton auctor est, hoc idem pluribus locis Indiae fieri, Megasthenes.

b) Septemtriones in eo tractu in anno semel, nec ultra quindecim dies (ap)parent, sicuti auctor est Baeton, qui perhibet, hoc in pluribus Indiae locis evenire.

Ad Plinii locum haec adscripsit Harduinus: „Haec verbis iisdem Martianus lib. 6. cap. de India p. 224 et Solin. l. c. Esse id tamen a veritate alienum sciunt ii qui vel a limine sideralem scientian salutarunt terrarumque situs cal-

lent. Cum enim ipsa Gangis ostia Tropico Cancri subiaceant, hoc est, ab Aequinoctiali linea partibus sive gradibus amplius tribus et vicenis: qui fieri demum potest, ut mons ille ab ipsis fluvii ostiis versus septemtrionem dissitissimus mittat umbras aestate per senos menses versus austrum, cum id solis contingat terris, quae solem habent a vertice, diei noctisque pares cum dividit umbras? — Sed fefellit Baetonem Astronomica ratio: India enim fere tota citra Cancri Tropicum sita cum sit, totus ei circulus Arcticus perinde ac nobis apparet anno toto et qui eo circulo continentur septemtriones. Vulgus Plaustrum vocat, le chariot. — Monedes et Suari ubi hodie regna Narvar et Gualeor et Agra, in umbilico fere Mogolici Imperii, inter Indum et Gangem? Suari Ptolemaeo lib. 7. c. 1. *Σαβάραι* appellantur: *Σουρασηνοὶ* Arriano in Indic. VIII, 5."

Addenda.

Lib. II. c. II. p. 31. ad Aristobuli Fragmenta addde:

FRAGM. I.[a]

Plut. Non posse suav. viv. sec. Epic. c. 10. ad. fin. (T. XIV. p. 98. ed Hutten.) Cf. De Mulier. Virtt. sb. *Τιμόκλεια* (T. VIII. p. 300. ed. Hutten.).

De Timocleae Thebanae virtute.

Τίς δ᾽ ἂν ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ μᾶλλον ἢ προσαγρυπνήσας οἷς γέγραφε περὶ Πανθείας Ξενοφῶν ἢ περὶ Τιμοκλείας Ἀριστόβουλος ἢ Θίσβης (Wyttenb. ex cod. *Θήβης*) *Θεόπομπος*; (Fragm. 294. ed. Wichers.).

Τιμόκλεια. Θεαγένης ὁ Θηβαῖος Ἐπαμινώνδᾳ καὶ Πελοπίδᾳ καὶ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι τὴν αὐτὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως λαβὼν διάνοιαν, ἔπταισε περὶ τὴν κοινὴν τύχην τῆς Ἑλλάδος ἐν Χαιρωνείᾳ κρατῶν ἤδη καὶ διώκων τοὺς κατ᾽ αὐτὸν ἀντιτεταγμένους. ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ πρὸς τὸν ἐμβοήσαντα· Μέχρι ποῦ διώκεις; ἀποκρινάμενος· Μέχρι Μακεδονίας. ἀποθανόντι δ᾽ αὐτῷ περιῆν ἀδελφὴ, μαρτυροῦσα, κἀκεῖνον ἀρετῇ γένους καὶ φύσει μέγαν ἄνδρα καὶ λαμπρὸν γενέθαι· πλὴν ταύτῃ γε καὶ χρηστὸν ἀπολαῦσαί τι τῆς ἀρετῆς ὑπῆρξεν, ὥστε κουφότερον, ὅσον τῶν κοινῶν ἀτυχημάτων εἰς αὐτὴν ἦλθεν, ἐνεγκεῖν. ἐπεὶ γὰρ ἐκράτησε Θηβαίων Ἀλέξανδρος, ἄλλοι δ᾽ ἄλλα τῆς πόλεως ἐπόρθουν ἐπιόντες, ἔτυχε τῆς Τιμοκλείας τὴν οἰκίαν καταλαβὼν ἄνθρωπος οὐκ ἐπιεικὴς οὐδὲ ἥμερος, ἀλλ᾽ ὑβριστὴς καὶ ἀνόητος· ἦρχε δὲ Θρᾳκίου τινὸς ἴλης καὶ ὁμώνυμος ἦν τοῦ βασιλέως, οὐδὲν δὲ ὅμοιος. οὔτε γὰρ τὸ γένος, οὔτε τὸν βίον αἰδεσθεὶς τῆς γυναικὸς, ὡς ἐνέπλησεν ἑαυτὸν οἴνου, μετὰ δεῖπνον ἐκάλει συναναπαυσομένην. Καὶ τοῦτο πέρας οὐκ ἦν, ἀλλὰ καὶ χρυσὸν ἐζήτει καὶ ἄργυρον, εἴ τις εἴη κεκρυμμένος ὑπ᾽ αὐτῆς, τὰ μὲν ὡς ἀπειλῶν, τὰ δὲ ὡς ἕξων διὰ παντὸς ἐν τάξει γυναικός. Ἡ δὲ δεξαμένη λαβὴν αὐτοῦ διδόντος· Ὤφελον μὲν (εἶπε) *τεθνάναι πρὸ ταύτης ἐγὼ τῆς νυκτὸς, ἢ ζῆν, τὸ*

γοῦν σῶμα πάντων ἀπολλυμένων ἀπείρατον ὕβρεως διέφυλαξα· πεπραγμένων δὲ οὕτως, εἴ σε κηδεμόνα καὶ δεσπότην καὶ ἄνδρα δεῖ νομίζειν, τοῦ δαίμονος διδόντος οὐκ ἀποστερήσω σε τῶν σῶν. ἐμαυτὴν γὰρ ὅ τι βουλήσῃ ὁρῶ γεγενημένην. ἐμοὶ περὶ σῶμα κόσμος ἦν καὶ ἄργυρος ἐν ἐκπώμασιν, ἦν τι καὶ χρυσοῦ καὶ νομίσματος. ὡς δὲ ἡ πόλις ἡλίσκετο, πάντα συλλαβεῖν κελεύσασα τὰς θεραπαινίδας ἔῤῥιψα, μᾶλλον δὲ κατεθέμην εἰς φρέαρ ὕδωρ οὐκ ἔχον. οὐδ' ἴσασιν αὐτὸ πολλοί· πῶμα γὰρ ἔπεστι, καὶ κύκλῳ περιπέφυκεν ὕλη σύσκιος. ταῦτα σὺ μὲν εὐτυχοίης λαβών, ἐμοὶ δ' ἔσται πρός σε μαρτύρια καὶ γνωρίσματα τῆς περὶ τὸν οἶκον εὐτυχίας καὶ λαμπρότητος. Ἀκούσας οὖν ὁ Μακεδὼν οὐ περιέμεινε τὴν ἡμέραν, ἀλλ' εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν τόπον ἡγουμένης Τιμοκλείας· καὶ τὸν κῆπον ἀποκλεῖσαι κελεύσας, ὅπως αἴσθοιτο μηδείς, κατέβαινεν ἐν τῷ χιτῶνι. Στυγερὰ δὲ ἡγεῖτο Κλωθὼ τιμωρὸς ὑπὸ τῆς Τιμοκλείας ἐφεστώσης ἄνωθεν. Ὡς δ' ᾔσθετο τῇ φωνῇ κάτω γεγονότος, πολλοὺς μὲν αὐτὴ τῶν λίθων ἐπέφερε, πολλοὺς δὲ καὶ μεγάλους αἱ θεραπαινίδες ἐπεκυλίνδουν ἄχρις οὗ κατέκοψαν αὐτὸν καὶ κατέχωσαν. Ὡς δ' ἔγνωσαν οἱ Μακεδόνες καὶ τὸν νεκρὸν ἀνείλοντο, κηρύγματος ἤδη γεγονότος, μηδένα κτείνειν Θηβαίων, ἦγον αὐτὴν συλλαβόντες ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ προσήγγειλαν τὸ τετολμημένον. Ὁ δὲ καὶ τῇ καταστάσει τοῦ προσώπου καὶ τῷ σχολαίῳ τοῦ βαδίσματος ἀξιωματικόν τι καὶ γενναῖον ἐνιδών, πρῶτον ἀνέκρινεν αὐτήν, τίς εἴη γυναικῶν. Ἡ δ' ἀνεκπλήκτως πάνυ καὶ τεθαῤῥηκότως εἶπεν· Ἐμοὶ Θεαγένης ἦν ἀδελφός, ὃς ἐν Χαιρωνείᾳ στρατηγῶν καὶ μαχόμενος πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἔπεσεν, ὅπως ἡμεῖς μηδὲν τοιοῦτον πάθωμεν. ἐπεὶ δὲ πεπόνθαμεν ἀνάξια τοῦ γένους, ἀποθανεῖν οὐ φεύγομεν· οὐδὲ γὰρ ἄμεινον ἴσως ζῶσαν ἑτέρας πειρᾶσθαι νυκτός, εἰ σὺ τοῦτο μὴ κωλύσῃς. Οἱ μὲν οὖν ἐπιεικέστατοι τῶν παρόντων ἐδάκρυσαν, Ἀλεξάνδρῳ δ' οἰκτείρειν μὲν οὐκ ἐπῄει τὴν ἄνθρωπον ὡς μείζονα, θαυμάσας δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸν λόγον εὖ μάλα καθαψάμενον αὐτοῦ, τοῖς μὲν ἡγεμόσι παρήγγειλε προσέχειν καὶ φυλάττειν, μὴ πάλιν ὕβρισμα τοιοῦτον εἰς οἰκίαν ἔνδοξον γένηται· τὴν δὲ Τιμόκλειαν ἀφῆκεν αὐτήν τε καὶ πάντας, ὅσοι κατὰ γένος αὐτῇ προσήκοντες εὑρέθησαν.

Eadem narratio brevius consummata non citato auctore legitur apud eundem Plutarchum in Vit. Alex. c. 12. et apud Polyaen. Strategem. VIII, 39.

Item Lib. II. c. II. p. 31. ad Aristob. commentar. Fragm. adde:

FRAGM. I.[b]

Plutarch. Vit. Demosth. c. 23.

De oratoribus Atticis, quos post Thebarum expugnationem sibi tradi iusserit Alexander.

Αἱ δὲ πόλεις πάλιν τοῦ Δημοσθένους ἀναῤῥιπίζοντος αὐτὰς συνίσταντο. Καὶ Θηβαῖοι μὲν ἐπέθεντο τῇ φρουρᾷ καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον, ὅπλα τοῦ Δημοσθένους αὐτοῖς συμπαρασκευάσαντος· Ἀθηναῖοι δ' ὡς πολεμήσοντες μετ' αὐτῶν παρεσκευάζοντο. Καὶ τὸ βῆμα κατεῖχεν ὁ Δημοσθένης καὶ πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ στρατηγοὺς τοῦ βασιλέως ἔγραφε τὸν ἐκεῖθεν ἐπεγείρων πόλεμον Ἀλεξάνδρῳ, παῖδα καὶ Μαργίτην ἀποκαλῶν αὐτόν. Ἐπεὶ μέντοι τὰ περὶ τὴν χώραν θέμενος παρῆν αὐτὸς μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἐξεκέκοπτο μὲν ἡ θρασύτης τῶν Ἀθηναίων καὶ ὁ Δημοσθένης ἀπεσβήκει, Θηβαῖοι δὲ προδοθέντες ὑπ' ἐκείνων ἠγωνίσαντο καθ' αὐτούς, καὶ τὴν πόλιν ἀπέβαλον. Θορύβου δὲ μεγάλου τοὺς Ἀθηναίους περιεστῶτος, ἀπεστάλη μὲν ὁ Δημοσθένης αἱρεθεὶς μεθ' ἑτέρων πρεσβευτὴς πρὸς Ἀλέξανδρον, δείσας δὲ τὴν ὀργὴν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνεχώρησεν ὀπίσω καὶ τὴν πρεσβείαν ἀφῆκεν. Εὐθὺς δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἐξῄτει πέμπων τῶν δημαγωγῶν δέκα μέν, ὡς Ἰδομενεὺς καὶ Δοῦρις εἰρήκασιν, ὀκτὼ δ', ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων, τούσδε, Δημοσθένην, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δήμωνα, Καλλισθένην, Χαρίδημον. Ὅτε καὶ τὸν περὶ τῶν προβάτων λόγον ὁ Δημοσθένης, ὡς τοῖς λύκοις τοὺς κύνας ἐξέδωκε, διηγησάμενος αὐτὸν μὲν εἴκασε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κυσὶν ὑπὲρ τοῦ δήμου μαχομένοις, Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα μονόλυκον προσηγόρευσεν. Ἔτι δ' „ὥσπερ, ἔφη, τοὺς ἐμπόρους ὁρῶμεν ὅταν ἐν τρυβλίῳ δεῖγμα περιφέρωσι, δι' ὀλίγων πυρῶν τοὺς πολλοὺς πιπράσκοντας, οὕτως ἐν ἡμῖν λανθάνετε πάντας αὐτοὺς συνεκδιδόντες." Ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς ἱστόρηκε.

Eodem pertinere censet Ruhnkenius in Rutil. Lup. p. 33 Suidae locum s. v. *Ἀντίπατρος*, cuius haec sunt verba: *οὗτος ἐπεὶ διεδέξατο τὴν ἀρχὴν τῶν Μακεδόνων, ἐπολιορκήθη μὲν ἐν Λαμίᾳ τῆς Θεσσαλίας ὑφ' Ἑλλήνων, ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Αἰτωλῶν, εἶτα τῶν ἄλλων, ἐσώθη. νικήσας δὲ ᾔτει τοὺς δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρασύ-*

βουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, Πατροκλέα, Κασσανδρον†. Etenim ad h. l. haec animadvertit vir clarissimus: „Foedissime truncatus est Suidae locus, et sic integritati restituendus: *Διότιμον, Στρατοκλέα. οὕτως Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεύς.* Suidas testem laudat Aristobulum, clarum historiae Alexandri M. scriptorem, ex quo totum articulum descripserat. Haec coniectura, fateor enim, audacior videri possit. Sed omnem dubitationem eximit Plutarchus, qui ubi eandem rem narrasset, subiungit: *ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς ἱστόρηκε.* Recte Ionsius de Scriptt. hist. phil. III, 6. p. 233. et Küsterus observant, Suidam, quum decem oratores postulatos dixisset, undecim recensere. Atqui huic errori medetur emendatio nostra. Nam Cassandro oratorum numero exempto tot sunt oratores, quot Suidas promisit." At vero recte Bernhardyus nimis liberaliter Ruhnkenium cum Suida egisse arbitratur, cui hominem dudum neglectum et e posterioris aevi libris deletum donarit. Dissentire etiam Toupium MS. „Excidit hic articulus, opinor, ita redintegrandus: *Ἀντίπατρος Κασσάνδρου*, ubi egerat Suidas de Antipatro Cassandri filio. Neque enim Cassandrum inter Rhetoras recensitum legisse memini." Huic assentiens Bernhardyus *Κάσσανδρον* e diverso narrationis tenore iure suo suspicatur irrepsisse. Idem rectissime observat, oratores istos, quos Antipater postulasse narretur haud paucos numero (cf. Polyb. IX, 29) cum iis esse confusos, quorum damnationem Alexander egisset. Arrianus Exp. Alex. I, 10, 7 (5), novem oratores ab Alexandro postulatos recenset: *Ἐπιστολὴν δὲ γράψας πρὸς τὸν δῆμον (Ἀλέξανδρος) ἐξῄτει τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Λυκοῦργον. καὶ Ὑπερείδην δὲ ἐξῄτει καὶ Πολύευκτον καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον καὶ Ἐφιάλτην καὶ Διότιμον καὶ Μοιροκλέα.* Decem afferunt Diodorus l. XVIII, c. 15. Praeter Plutarchum autem cf. etiam Arrian. apud Phot. Bibl. p. 69. b. Athen. XII. p. 542. e. Ruhnken. Hist. Cr. Or. LXXX.

Ibidem p. 32. ad Aristob. Fragm. III:

Adde Meinek. Philolog. Exercitt. in Athen. Deipnos. p. 5, ubi haec leguntur: „Fontem Achilleum apud Miletum ex hoc uno loco cognitum habemus; nec tamen dubitandum videtur quin vera tradiderit Aristobulus, quum etiam oppidum ab Achille appellatum iisdem regionibus fuisse coniicere liceat e Xenophont. Hell. IV, 8, 17: *ὁ δὲ* (Thibronem dicit) *διαβάς τε καὶ ὁρμώμενος ἐξ Ἐφέσου τε καὶ τῶν ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ πόλεων Πριήνης τε καὶ Λευκόφρυος καὶ Ἀχιλλείου, ἔφερε καὶ ἦγε τὴν βασιλέως.* Ubi Schneiderus, si locorum situm paulo

curiosius contemplari voluisset, facile vidisset notum illud in agro Troiano oppidum Achilleum intelligi non posse. Cfr. Xenoph. l. l. III, 2, 17. ubi itidem cum Priene coniungitur. Ab eo diversum fuit Ἀχίλλειον φρούριον in Smyrnaeorum agro situm, si fides Stephano Byzant. v. Ἀχίλλειος δρόμος. De Trambelo, qui ab aliis Telamonis filius fuisse dicitur, vide Anal. Alexandr. p. 57."

Ibid. p. 33. ad Aristob. Fragm. IV. addendum:

Cf. Marsyae Philippensis Fragm. I.

Ibid. p. 36. ad Aristobuli Commentar. Fragm. adde:

FRAGM. VII. [b]

Menand. de encom. II, 1. (T. IX. p. 160. Rhet. Gr. ed. Walz.).

De Tyri urbis situ.

Εἰ δὲ νήσῳ ἐοικυῖαν (πόλιν ἐπαινοίης) ἅ τε περὶ Τύρου Ἀριστόβουλος ἱστόρησε καὶ περὶ Κυζίκου Ἀριστείδης κ. τ. λ.

Unde apparet ex Aristobuli potissimum commentariis hausta esse quae de Tyri obsidione et expugnatione prodidit Arrianus Exp. Alex. II, c. 15—25. Maxime vero huc spectant c. 18, 3 (2): *καὶ γὰρ καὶ μέγα ἔργον τῆς Τύρου ἡ πολιορκία ἐφαίνετο· νῆσός τε γὰρ αὐτοῖς ἡ πόλις ἦν καὶ τείχεσιν ὑψηλοῖς πάντη ὠχύρωτο.* Ceterum de huius urbis expugnatione cf. quae annotavimus ad Charetis Mytilen. Fragm. II.

Ibid. p. 46. ad Aristob. Fragm. XXV et XXVI. addendum:

Cf. Charetis Mytilenaei Fragm. VII.

Ibid. p. 48. ad Aristob. Comment. Fragmenta adde:

FRAGM. XXVIII. [b]

Plut. de Fort. Alex. or. II, c. 9.

De Alexandri apud Mallos vulneratione.

Ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ στῆθος ὑπελάσας † ἔλαβε κατὰ τοῦ αὐχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἱστόρηκε.

Post v. *στῆθος* lacuna esse videbatur Reiskio; Wyttenbachius autem *ὑπέρου δὲ πληγῇ* pro *ὑπελάσας* scriben-

dum putat secundum Or. I. c. 2: ἐν δὲ Μάλλωσι βέλει μὲν ἀπὸ τόξου τὸ στέρνον ἐνερεισθέντι καὶ καταδύσαντι τὸν σίδηρον, ὑπέρου δὲ πληγῇ παρὰ τὸν τράχηλον, ὅτε προστεθεῖσαι τοῖς τείχεσιν αἱ κλίμακες ἐκλάσθησαν, et Vit. Alex. c. 63: Αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) τραύματα πολλὰ λαμβάνων, τέλος δὲ πληγεὶς ὑπέρῳ κατὰ τοῦ τραχήλου προσήρεισε τῷ τείχει τὸ σῶμα βλέπων πρὸς τοὺς πολεμίους. Nobis autem et ex horum locorum comparatione et ex nostri loci nexu desiderari videtur: Ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ στῆθος, ὑπέρῳ δὲ πληγὰς ἔλαβε κατὰ τοῦ αὐχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἱστόρηκε. Ceterum cf. ann. ad Ptolem. Fragm. XXI.

Ibid. p. 56. ad Aristobuli Commentar. Fragm. adde:

FRAGM. XXXIV.b

Plut. de Nobilitate c. 19. (T. XIV. p. 423. Hutten.).

De canibus Indicis mirae generositatis Alexandro dono datis.

Ἰνδικοὺς κύνας δῶρον πεμφθέντας Ἀλεξάνδρῳ φησὶν Ἀριστόβουλος πρὸς μὲν τοὺς ἀγρίους ταύρους καὶ ὀρεῖς ἀδμήτους προβαλλομένους ἀκινήτους κατακεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν εἰσηγμένον λέοντα ἐκθορήσαντας εἰς μάχην ἐπεῤῥίφθαι.

Eadem non citato auctore leguntur apud eundem Plutarchum de Solertia Animal. c. 15. (T. XIII. p. 168. Hutt.): φασὶ δὲ καὶ τὸν πρωτεύοντα κύνα τῶν Ἰνδικῶν προσαχθέντα[1]) πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐλάφου ἀφιεμένου καὶ κάπρου καὶ ἄρκτου, ἡσυχίαν ἔχοντα κεῖσθαι καὶ περιορᾶν, ὀφθέντος δὲ λέοντος εὐθὺς ἐξαναστῆναι καὶ διακονίεσθαι καὶ φανερὸν εἶναι αὑτοῦ ποιούμενον ἀνταγωνιστὴν, τῶν δὲ ἄλλων ὑπερφρονοῦντα πάντων. Ad eosdem canes referenda sunt, quae Onesicrito auctori a Jacobsio (ad Ael. H. N. VIII, 1) tribuuntur apud Strab. l. XV. t. VI. p. 68—69 (700 Cas.): Ἐν δὲ τῇ Σωπείθους καὶ τὰς τῶν κυνῶν ἀρετὰς διηγοῦνται θαυμαστάς. λαβεῖν γοῦν τὸν Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ Σωπείθους κύνας πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· διαπείρας δὲ χάριν λέοντι προσαφέντα δύο· κρατουμένων δ' αὐτῶν δύο ἄλλους ἐπαφεῖναι· τότε δ' ἤδη καθεστώτων εἰς ἀντίπαλα τὸν μὲν Σωπείθη κελεῦσαι τῶν κυνῶν ἕνα ἀποσπᾶν τοῦ σκέλους τινὰ λαβόμενον, ἐὰν δὲ μὴ

---

1) Ita recte emendavit Reiskius pro vulg. καὶ μαχεσθέντα; Wyttenbachius mavult εἰσαχθέντα.

ὑπακούῃ, ἀποτεμεῖν· τὸν Ἀλέξανδρον δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐ συγχωρεῖν ἀποτεμεῖν φειδόμενον τοῦ κυνός· εἰπόντος δ', ὅτι τέτταρας ἀντιδώσω σοι, συγχωρῆσαι, καὶ τὸν κύνα περιϊδεῖν ἀποτμηθέντα τὸ σκέλος βραδείᾳ τομῇ πρὶν ἀνεῖναι τὸ δῆγμα. Eadem magis exornata Clitarcho ut videtur auctore praebet Diod. XII, c. 92, inepte antem et ridicule exaggerata Ael. de Nat. Animal. VIII, 1. Cf. Jacobs ad h. l. De hybrida horum canum origine Wesselingius ad Diod. l. c. conferri inbet Aristot. Hist. Anim. VIII, 29, Ael. de Animal. IV, 19 et l. c. Gratius Cyneget. v. 165.

Ibid. p. 66. ad Aristob. Fragm. XL. et p. 69. ad Fragm. XLIII. et XLIV.

Cf. Androsth. Fragm. II.

Ibid. p. 72. ad Aristob. Fragm. XLVI et XLVII:

Cf. Ephippi Fragm. IV. et annot. ad h. l.

Ibid. ad Fragm. XLVIII:

Cf. Plut. Vit. Alex. c. 23. et Ephippi Fragm. II.

Lib. III. C. I. p. 79. ann. 2. addendum:

Cf. Lib. XI, c. I.

Lib. III. C. II. p. 90. ad Onesicriti Fragm. X. adde:

Ad eundem Onesicritum auctorem referenda fortasse sunt etiam quae in antecedentibus p. 119—129. (711—714. Cas.) de Indorum philosophis prodita sunt haecce:

Περὶ δὲ τῶν φιλοσόφων λέγων τοὺς μὲν ὀρεινοὺς αὐτῶν φησιν (Ὀνησίκριτος an *Μεγασθένης?*) *ὑμνητὰς εἶναι τοῦ Διονύσου δεικνύντας τεκμήρια τὴν ἀγρίαν ἄμπελον παρὰ μόνοις αὐτοῖς φυομένην, καὶ κιττὸν καὶ δάφνην καὶ μυῤῥίνην καὶ πύξον καὶ ἄλλα τῶν ἀειθαλῶν, ὧν μηδὲν εἶναι πέραν τοῦ Εὐφράτου, πλὴν ἐν παραδείσοις σπάνια καὶ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας σωζόμενα. Διονυσιακὸν δὲ καὶ τὸ σινδονοφορεῖν καὶ τὸ μιτροῦσθαι καὶ μυροῦσθαι καὶ βάπτεσθαι ἄνθινα καὶ τοὺς βασιλέας κωδωνοφορεῖσθαι καὶ τυμπανίζεσθαι κατὰ τὰς ἐξόδους. Τοὺς δὲ πεδιασίους τὸν Ἡρακλέα τιμᾶν. (Ταῦτα μὲν οὖν μυθώδη καὶ ὑπὸ πολλῶν ἐλεγχόμενα, καὶ μάλιστα περὶ τῆς ἀμπέλου καὶ τοῦ οἴνου· πέραν γὰρ τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐστὶ πολλή· καὶ ἡ Μεσοποταμία ὅλη καὶ ἡ Μηδία ἑξῆς μέχρι καὶ Περσίδος καὶ Καρμανίας· τούτων δὲ τῶν ἐθνῶν ἑκάστου πολὺ μέρος εὐάμπελον καὶ εὔοινον λέγεται).*

Ἄλλην δὲ διαίρεσιν ποιεῖται περὶ τῶν φιλοσόφων, δύο γένη φάσκων, ὧν τοὺς μὲν Βραχμᾶνας καλεῖ, τοὺς δὲ

Γαρμᾶνας. Τοὺς μὲν οὖν Βραχμᾶνας εὐδοκιμεῖν, μᾶλλον γὰρ καὶ ὁμολογεῖν ἐν τοῖς δόγμασιν· ἤδη δ' εὐθὺς καὶ κυομένους ἔχειν ἐπιμελητὰς λογίους ἄνδρας· οὓς προσιόντας λόγον μὲν ἐπᾴδειν δοκεῖν καὶ τὴν μητέρα καὶ τὸν κυόμενον εἰς εὐτεκνίαν· τὸ δ' ἀληθὲς σωφρονικάς τινας παραινέσεις καὶ ὑποθήκας διδόναι· τὰς δ' ἥδιστα ἀκροωμένας μᾶλλον εὐτέκνους εἶναι νομίζεσθαι. Μετὰ δὲ τὴν γένεσιν ἄλλους καὶ ἄλλους διαδέχεσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, ἀεὶ τῆς μείζονος ἡλικίας χαριεστέρων τυγχανούσης διδασκάλων. Διατρίβειν δὲ τοὺς φιλοσόφους ἐν ἄλσει πρὸ τῆς πόλεως ὑπὸ περιβόλῳ συμμέτρῳ λιτῶς ζῶντας ἐν στιβάσι καὶ δοραῖς, ἀπεχομένους ἐμψύχων καὶ ἀφροδισίων, ἀκροωμένους λόγων σπουδαίων, μεταδιδόντας καὶ τοῖς ἐθέλουσι· τὸν δ' ἀκροώμενον οὔτε λαλῆσαι θέμις οὔτε χρέμψασθαι, ἀλλ' οὐδὲ πτύσαι· ἢ ἐκβάλλεσθαι τῆς συνουσίας τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὡς ἀκολασταίνοντα. Ἔτη δ' ἑπτὰ καὶ τριάκοντα οὕτως ζήσαντα ἀναχωρεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κτῆσιν ἕκαστον, καὶ ζῆν ἀδεῶς καὶ ἀνειμένως μᾶλλον σινδονοφοροῦντα καὶ χρυσοφοροῦντα μετρίως ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ὠσί, προσφερόμενον σάρκας τῶν μὴ πρὸς τὴν χρείαν συνεργῶν ζώων, δριμέων καὶ ἀρτυτῶν ἀπεχόμενον· γαμεῖν δ' ὅτι πλείστας εἰς πολυτεκνίαν· ἐκ πολλῶν γὰρ καὶ τὰ σπουδαῖα πλείω γίνεσθαι ἄν· ἀδούλοις οὖσί τε τὴν ἐκ τέκνων ὑπηρεσίαν, ἐγγυτάτω οὖσαν, πλείω δεῖν παρασκευάζεσθαι. Ταῖς δὲ γυναιξὶ ταῖς γαμεταῖς μὴ συμφιλοσοφεῖν τοὺς Βραχμᾶνας· εἰ μὲν μοχθηραὶ γένοιντο, ἵνα μή τι τῶν οὐ θεμιτῶν ἐκφέροιεν εἰς τοὺς βεβήλους, εἰ δὲ σπουδαῖαι, μὴ καταλείποιεν αὐτούς. Οὐδένα γὰρ ἡδονῆς καὶ πόνου καταφρονοῦντα, ὡς δ' αὔτως ζωῆς καὶ θανάτου, ἐθέλειν ὑφ' ἑτέρῳ εἶναι· τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν σπουδαῖον καὶ τὴν σπουδαίαν. Πλείστους δ' αὐτοῖς εἶναι λόγους περὶ τοῦ θανάτου· νομίζειν γὰρ δὴ τὸν μὲν ἐνθάδε βίον ὡς ἂν ἀκμὴν κυομένων εἶναι, τὸν δὲ θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι· διὸ τῇ ἀσκήσει πλείστῃ χρῆσθαι πρὸς τὸ ἑτοιμοθάνατον· ἀγαθὸν δὲ ἢ κακὸν μηδὲν εἶναι τῶν συμβαινόντων ἀνθρώποις· οὐ γὰρ ἂν τοῖς αὐτοῖς τοὺς μὲν ἄχθεσθαι, τοὺς δὲ χαίρειν, ἐνυπνιώδεις ὑπολήψεις ἔχοντας· καὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν ἄχθεσθαι, τοτὲ δ' αὖ χαίρειν μεταβαλλομένους. Τὰ δὲ περὶ φύσιν τὰ μὲν εὐήθειαν ἐμφαίνειν φησίν· ἐν ἔργοις γὰρ αὐτοὺς κρείττους ἢ λόγοις εἶναι, διὰ μύθων τὰ πολλὰ πιστουμένους. Περὶ πολλῶν δὲ τοῖς Ἕλλησιν ὁμοδοξεῖν· ὅτι γὰρ γενητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτός, λέγειν κἀκείνους, καὶ ὅτι σφαιροειδής· ὅ, τε διοικῶν αὐτὸν καὶ ποιῶν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ· ἀρχαὶ δὲ τῶν μὲν συμπάντων ἕτεραι, τῆς δὲ κοσμοποιΐας τὸ ὕδωρ· πρὸς δὲ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις πέμπτη τίς ἐστι φύσις, ἐξ ἧς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ ἄστρα· γῆ δ' ἐν μέσῳ ἵδρυται τοῦ παντός· καὶ περὶ

σπέρματος δὲ καὶ ψυχῆς ὅμοια λέγεται, καὶ ἄλλα πλείω· παραπλέκουσι δὲ καὶ μύθους, ὥςπερ καὶ Πλάτων περί τε ἀφθαρσίας ψυχῆς, καὶ τῶν καθ᾽ ᾅδου κρίσεων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Περὶ μὲν τῶν Βραχμάνων ταῦτα λέγει.

Τοὺς δὲ Γαρμᾶνας, τοὺς μὲν ἐντιμωτάτους Ὑλοβίους φησὶν ὀνομάζεσθαι· ζῶντας ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων, ἐσθῆτας δ᾽ ἔχειν ἀπὸ φλοιῶν δενδρίων, ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου· τοῖς δὲ βασιλεῦσι συνεῖναι δι᾽ ἀγγέλων πυνθανομένοις περὶ τῶν αἰτίων καὶ δι᾽ ἐκείνων θεραπεύουσι καὶ λιτανεύουσι τὸ θεῖον. Μετὰ δὲ τοὺς Ὑλοβίους δευτερεύειν κατὰ τιμὴν τοὺς ἰατρικούς, καὶ ὡς περὶ τὸν ἄθρωπον φιλοσόφους, λιτοὺς μέν, μὴ ἀγραύλους δέ, ὀρύζῃ καὶ ἀλφίτοις τρεφομένους, ἃ παρέχειν αὐτοῖς πάντα τὸν αἰτηθέντα, καὶ ὑποδεξάμενον ξενίᾳ· δύνασθαι δὲ καὶ πολυγόνους ποιεῖν καὶ ἀῤῥενογόνους καὶ θηλυγόνους διὰ φαρμακευτικῆς· τὴν δὲ ἰατρείαν διὰ σιτίων τὸ πλέον, οὐ διὰ φαρμάκων ἐπιτελεῖσθαι· τῶν φαρμάκων δὲ μάλιστα εὐδοκιμεῖν τὰ ἐπίχριστα καὶ τὰ καταπλάσματα· τἄλλα δὲ κακουργίας πολὺ μετέχειν. Ἀσκεῖν δὲ καὶ τούτους κἀκείνους καρτερίαν, τήν τε ἐν πόνοις καὶ τὴν ἐν ταῖς ὑπομοναῖς, ὥστ᾽ ἐφ᾽ ἑνὸς σχήματος ἀκίνητον διατελέσαι τὴν ἡμέραν ὅλην· ἄλλους δ᾽ εἶναι τοὺς μὲν μαντικοὺς καὶ ἐπῳδούς, καὶ τῶν περὶ τοὺς κατοιχομένους λόγων καὶ νομίμων ἐμπείρους, ἐπαιτοῦντας καὶ κατὰ κώμας καὶ πόλεις· τοὺς δὲ χαριεστέρους μὲν τούτων καὶ ἀστειοτέρους, οὐδ᾽ αὐτοὺς δὲ ἀπεχομένους τῶν καθ᾽ ᾅδου θρυλλουμένων, ὅσα δοκεῖ πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα· συμφιλοσοφεῖν δ᾽ ἐνίοις καὶ γυναῖκας, ἀπεχομένας καὶ αὐτὰς ἀφροδισίων.

Ibidem p. 101. ad Onesicriti Fragm. XX:

Ad Onesicritum fortasse item spectant subsequentia, quae referre possis etiam ad Megasthenem auctorem secundum p. 100 (707): *ἐπανιόντες δ᾽ ἐπὶ τὸν Μεγασθένη λέγωμεν τὰ ἑξῆς ὧν ἀπελίπομεν.* Melius tamen quadrare videntur ad Musicani terrae *ἄλλα πολλὰ κατορθώματα*, de quibus egit Onesicritus (cf. p. 113). Sunt vero haec:

Τῷ βασιλεῖ δ᾽ ἡ μὲν τοῦ σώματος θεραπεία διὰ γυναικῶν ἐστιν, ὠνητῶν καὶ αὐτῶν παρὰ τῶν πατέρων· ἔξω δὲ τῶν θυρῶν οἱ σωματοφύλακες καὶ τὸ λοιπὸν στρατιωτικόν· μεθύοντα δὲ κτείνασα γυνὴ βασιλέα γέρας ἔχει συνεῖναι τῷ ἐκεῖνον διαδεξαμένῳ· διαδέχονται δ᾽ οἱ παῖδες· οὐδ᾽ ὑπνοῖ μεθ᾽ ἡμέραν ὁ βασιλεύς· καὶ νύκτωρ δὲ καθ᾽ ὥραν ἀναγκάζεται τὴν κοίτην ἀλλάττειν διὰ τὰς ἐπιβουλάς. Τῶν γε μὴν κατὰ πόλεμον ἐξόδων μία μέν ἐστιν ἡ

ἐπὶ τὰς κρίσεις, ἐν αἷς διημερεύει διακούων οὐδὲν ἧττον, κἂν ὥρα γένηται τῆς τοῦ σώματος θεραπείας· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ διὰ τῶν σκυταλίδων τρῖψις· ἅμα γὰρ καὶ διακούει καὶ τρίβεται τεττάρων περιστάντων τριβέων. Ἑτέρα δ' ἐστὶν ἡ ἐπὶ τὰς θυσίας ἔξοδος. Τρίτη δ' ἐπὶ θήραν βακχική τις, κύκλῳ γυναικῶν περικεχυμένων, ἔξωθεν δὲ τῶν δορυφόρων· παρεσχοίνισται δ' ἡ ὁδός· τῷ δὲ παρελθόντι ἐντὸς μέχρι γυναικῶν θάνατος· προηγοῦνται δὲ τυμπανισταὶ καὶ κωδωνοφόροι. Κυνηγετεῖ δ' ἐν μὲν τοῖς περιφράγμασιν ἀπὸ βήματος τοξεύων· παρεστᾶσι δ' ἔνοπλοι δύο ἢ τρεῖς γυναῖκες· ἐν δὲ ταῖς ἀφράκτοις θήραις ἀπ' ἐλέφαντος· αἱ δὲ γυναῖκες αἱ μὲν ἐφ' ἁρμάτων, αἱ δ' ἐφ' ἵππων, αἱ δὲ καὶ ἐπ' ἐλεφάντων, ὡς καὶ συστρατεύουσιν ἠσκημέναι παντὶ ὅπλῳ. Cf. Bohlen. de Vet. Ind. II, 54.

Dein haec sequuntur:

Ἔχει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πολλὴν ἀήθειαν πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν· ἔτι μέντοι μᾶλλον τὰ τοιάδε. Φησὶ γὰρ τοὺς τὸν Καύκασον οἰκοῦντας ἐν τῷ φανερῷ γυναιξὶ μίσγεσθαι καὶ σαρκοφαγεῖν τὰ τῶν συγγενῶν σώματα· πετροκυλιστὰς δ' εἶναι κερκοπιθήκους, οἳ λίθους κατακυλίουσι κρημνοβατοῦντες ἐπὶ τοὺς διώκοντας· τά τε παρ' ἡμῖν ἥμερα ζῶα τὰ πλεῖστα παρ' ἐκείνοις ἄγρια εἶναι· ἵππους τε λέγει μονοκέρωτας ἐλαφοκράνους· καλάμους δὲ μῆκος μὲν τριάκοντα ὀργυιῶν τοὺς ὀρθίους, τοὺς δὲ χαμαικλινεῖς πεντήκοντα· πάχος δὲ, ὥστε τὴν διάμετρον τοῖς μὲν εἶναι τριπήχη, τοῖς δὲ διπλασίαν.

Ὑπερεκπίπτων δ' ἐπὶ τὸ μυθῶδες πεντασπιθάμους ἀνθρώπους λέγει καὶ τρισπιθάμους, ὧν τινας ἀμύκτηρας, ἀναπνοὰς ἔχοντας μόνον δύο ὑπὲρ τοῦ στόματος· πρὸς δὲ τοὺς τρισπιθάμους πόλεμον εἶναι ταῖς γεράνοις (ὃν καὶ Ὅμηρον δηλοῦν) καὶ τοῖς πέρδιξιν, οὓς χηνομεγέθεις εἶναι· τούτους δ' ἐκλέγειν αὐτῶν τὰ ᾠὰ καὶ φθείρειν· ἐκεῖ γὰρ ᾠοτοκεῖν τὰς γεράνους· διόπερ μηδαμοῦ μηδ' ᾠὰ εὑρίσκεσθαι γεράνων, μήτ' οὖν νεόττια· πλειστάκις δ' ἐκπίπτειν γέρανον χαλκῆν ἔχουσαν ἀκίδα ἀπὸ τῶν ἐκεῖθεν πληγμάτων. Ὅμοια δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν Ἐνωτοκοιτῶν καὶ τῶν ἀγρίων ἀνθρώπων καὶ ἄλλων τερατωδῶν. Τοὺς μὲν οὖν ἀγρίους μὴ κομισθῆναι παρὰ Σανδρόκοττον· ἀποκαρτερεῖν γάρ· ἔχειν δὲ τὰς μὲν πτέρνας πρόσθεν, τοὺς δὲ ταρσοὺς ὄπισθεν καὶ τοὺς δακτύλους. Ἀστόμους δέ τινας ἀχθῆναι ἀνθρώπους ἡμέρους· οἰκεῖν δὲ περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Γάγγου· τρέφεσθαι δ' ἀτμαῖς ὀπτῶν κρεῶν, καὶ καρπῶν καὶ ἀνθέων ὀσμαῖς, ἀντὶ τῶν στομάτων ἔχοντας ἀναπνοάς· χαλεπαίνειν δὲ τοῖς δυσώδεσι, καὶ διὰ τοῦτο περιγίνεσθαι

μόλις, καὶ μάλιστα ἐν στρατοπέδῳ. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων διηγεῖσθαι τοὺς φιλοσόφους Ὠκύποδάς τε ἱστοροῦντας, ἵππων μᾶλλον ἀπιόντας· Ἐνωτοκοίτας δὲ ποδήρη τὰ ὦτα ἔχοντας, ὡς ἐγκαθεύδειν· ἰσχυροὺς δ', ὥςτ' ἀνασπᾶν δένδρα καὶ ῥήττειν νευράν. *Μονομμάτους* δὲ ἄλλους, ὦτα μὲν ἔχοντας κυνὸς, ἐν μέσῳ δὲ τῷ μετώπῳ τὸν ὀφθαλμὸν, ὀρθοχαίτας, λασίους τὰ στήθη· τοὺς δὲ ἀμύκτηρας εἶναι παμφάγους, ὠμοφάγους, ὀλιγοχρονίους, πρὸ γήρως θνήσκοντας· τοῦ δὲ στόματος τὸ ἄνω προχειλότερον εἶναι πολύ. Περὶ δὲ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγει Σιμωνίδῃ, καὶ Πινδάρῳ καὶ ἄλλοις μυθολόγοις. (Μῦθος δὲ καὶ τὸ ὑπὸ Τιμαγένους λεχθὲν, ὡς ὅτι χαλκὸς ὕοιτο σταλαγμοῖς χαλκοῖς, καὶ σύροιτο. Ἐγγυτέρω δὲ πίστεως φησὶν ὁ *Μεγασθένης*, ὅτι οἱ ποταμοὶ καταφέροιεν ψῆγμα χρυσοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ φόρος ἀπάγοιτο τῷ βασιλεῖ· τοῦτο γὰρ καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ συμβαίνει.)

Haec vero non ad **Onesicritum** sed **Megasthenem** auctorem pertinere satis aperte indicari videtur eiusdem Strabonis loco l. II. t. I. p. 189 (70 Cas.): Διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον *Δηϊμάχῳ* τε καὶ *Μεγασθένει*. οὗτοι γάρ εἰσιν (non Onesicritus, de quo paulo ante explicavit) οἱ τοὺς *ἐνωτοκοίτας* καὶ τοὺς *ἀστόμους* καὶ *ἄῤῥινας* ἱστοροῦντες, *μονοφθάλμους* τε καὶ μακροσκελεῖς καὶ ὀπισθοδακτύλους. ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων *γερανομαχίαν*, τρισπιθάμους εἰπόντες et cet. Ad Megasthenem igitur multo magis quam ad Onesicritum spectant quae leguntur apud Gell. Noctt. Att. IX, 4. Cf. p. 77. annot. 1. Huic vero Strabonis loco egregie respondent: „item esse in montibus terrae Indiae homines **caninis capitibus et latrantibus**; eosque vesci avium et ferarum venatibus: atque esse item alia apud ultimas orientis terras miracula homines, qui **monocoli** appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes vivacissimae pernicitatis: quosdam etiam esse nullis cervicibus, oculos in humeris habentes. Iam vero egreditur omnem modum admirationis, (cf. Strabonis: *ὑπερεκπίπτων* δ' ἐπὶ τὸ *μυθῶδες*) quod idem illi scriptores gentem esse aiunt apud extrema Indiae corporibus hirtis et avium ritu plumantibus, nullo cibatu vescentem, sed spiritu florum naribus hausto victitantem (τρέφεσθαι δ' ἀτμαῖς ὀπτῶν κρεῶν καὶ καρπῶν καὶ ἀνθέων ὀσμαῖς, ἀντὶ τῶν στομάτων ἔχοντας ἀναπνοάς): Pygmaeos quoque haud longe ab his nasci; quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo et quadrantem (πενταςπιθάμους ἀνθρώπους λέγει καὶ τρισπιθάμους).

Lib. IV. Cap. I. p. 109. ann. 1. adde:

Cf. Polyb. VI, 45. (Callisth. Hellenic. Fr. 8. p. 266), ubi legitur *Κρηταιεύς*.

Lib. VI. c. I. p. 201. ann. adde:

Contra Droysenium nimis severe ac parum accurate de Callisthenis moribus iudicantem cf. quae recte quidem multis partibus, in universum tamen nimis acriter disputavit vir eruditissimus et sagacissimus K. G. Krügerus in Jahnii *Annal.* T. XV. (1835) Fasc. II. p. 186 sqq.

Lib. VIII. c. II. p. 296. ad Charetis Fragm. adde:

FRAGM. IV.[b]

Plut. Vit. Phocion. c. 17:

Alexander Dario devicto *τὸ Χαίρειν* in epistolis omittere solet.

Ὅ γ' οὖν Δοῦρις εἴρηκεν, ὡς μέγας γενόμενος (Ἀλέξανδρος) καὶ Δαρείου κρατήσας ἀφεῖλε τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι. Τοῦτον δὲ μόνον ὥσπερ Ἀντίπατρον μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόγευε. Τοῦτο δὲ καὶ Χάρης ἱστόρηκεν.

„Insignem hanc Alexandri in Phocionem observantiam memorat item Aelianus V. H. I, 25." Hullem. ad *Durid.* Sam. Fragm. XXIII.

INDEX I.

NOMINUM.

(Quae Prolegomenis continentur, Indice non notata sunt).

B.

C.

D.

I.

L.

M.

T.

U.

V.

X.

Z.

INDEX II.

Auctorum, apud quos fragmenta reperiuntur.

HALIS,

TYPIS IMPRESSUM GEBAUERIIS.

